JVNKEN
Lexicum
Chimicum.
Pharma
ceuticum.

A
47
281

D-I-18 A 54:615 Hel.

BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 47
Número: 281

2-I-18
A 54:615 Hel.
BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 47
Número: 281

JOHANICKEN,

# LN

# CHYMIICUM,

*IN DVM,*

SELEQS

Potiſſimum ha*icorum*, non

Exhibet Compoſita In alia his ſubor-

R
1327

Novitatibmine,

*De Contracti*ei Medicæ

*Atque Medicntorum Chy-*
*micorum elaborat*, inde acri-

APUD JOHAGERUM,

C.D 54:615

# JOHANNIS HELFRICI JUNGKEN,

Phyſici Francofurtenſis,

# LEXICON CHYMICO-PHARMACEUTICUM,

*IN DUAS PARTES DISTINCTUM,*

Ubi

## PARS PRIOR

*Continet*

SELECTOS PROCESSUS CHYMICOS

Potiſſimum hactenus magis uſuales & *originaliter è Medicorum*, non vero Pharmacopolarum *Laboratoriis prodeuntes*,

## PARS ALTERA

Exhibet Compoſita Pharmaceutico-Galenica, tam hactenus uſualia, quàm alia his ſubordinata, & correctiora dicta.

R 1327

## EDITIO TERTIA,

Novitatibus nonnullis auctior reddita, & quidem cum Præfamine, *De Contractioribus Pharmacopoliis*, juxta modernæ rei Medicæ ſtatum, *rite inſtituendis*,

*Atque Medicorum* non tantum *privatam Medicamentorum Chymicorum elaborationem, ſed & Diſpenſationem*, à Pharmacopolis hinc inde acriter impugnatam, *concernente* &c.

*NORIMBERGÆ,*

APUD JOHANNEM FRIDERICUM RÜDIGERUM,

ANNO MDCCXXIX.

N 1327

# Candide, & Veritatis Modernæ Medicæ æquus Æſtimator, atque

## *Benevole Lector.*

CUm Bibliopola Editionis prioris conſumtionem, nova impreſſione reſarcire conſtituiſſet, & à me conſenſum, cum aliquali augmento rogaſſet, hoc ei denegare nolui; Hac tamen reſervatione præmiſſa me neque priorem, nec hanc Editionem, eundem in finem ſiſtere voluiſſe, ac ſi ejus contenta, in rei veritate tot ſupervacaneis compoſitis conſtantia, moderno rei Medicinæ ſtatui adhuc dum neceſſaria reputem: ſed ut loco tot Diſpenſatoriorum Pharmaceuticorum, aut Pharmacopœarum, artis ſaltem Pharmaceuticæ alumnis Compendii loco eſſet: Aut aliquando Medico rationali, loco Materiæ Medicæ inſerviret; & quæ ſunt aliæ talismodi intentiones.

*Si autem Medicus, in tot compoſitis,* non ab antiquitate ſolum invectis, & à Me-

dicis nonnullis modernis, hinc inde immutatis, variatis vel correctis, in tanta quidem plerumque male diſpoſita ingredientium farragine, *ſpecifica certa latere credit*, is in praxi Medica toties ſane irrito cum effectu, experietur contrarium; & vel ſuæ famæ, vel ſaluti ſui ægroti male proſpiciet.

Satis namque conſtat, *ſuperioribus ſeculis introductas medendi conſuetudines*, nunc temporis juxta morborum veras cauſas, ex aliis, quam aſſeclarum Galeni, inverſis principiis erutas, *& pejus excultas, moderno rei Medicæ ſtatui haud amplius convenire.*

Neque prout magis rationalium Modernorum Medicorum, deſideria optant; *Pompam Pharmaceuticam Veterum*, tot tam ſimplicibus, quam ſuperfluis, minusque neceſſariis Compoſitis adornatam, *jam dum ſtare haud amplius poſſe*, cum in delectu Medicis nil niſi confuſionem, ægrotis vero, quod potiſſimum, tot damna, non ratione ſumtuum ſolum, ſed & quoad ſanitatem, creare ſoleant.

Adeo, ut Medici magis rationales, cordatioresque, nunc dudum occupati fuerint, in perquirenda alia methodo, qua hoc negotium, in proximi ſalutem, unice dirigendum, moderno rei Medicæ ſtatui, commodius, & rationi magis conforme, appli-

applicari queat; ut non, tantum ſanitati Proximi, magis conſcientioſe conſultatur; Imo, non ditiorum ſolum, ſed minorum gentium, vel pauperum etiam crumenis quadret.

In hoc vero negotio, præ aliis ſudavit, *nunquam ſatis laudandus Clariſſimus* LUDOVICI, *Medicus &* ARCHIATER GOTHANUS, *qui de hac materia ſumme neceſſaria, aureum ſane Librum*, DE PHARMACIA, ſcil. MODERNO SECULO APPLICANDA, ATQUE TAXARUM, tot ægrotantium millium crumenas, hactenus contra omnem æquitatem emulgentium MODERATIONE, edidit.

Sed cum *Clariſſimus hic Autor*, paulo intricatiori ſcribendi modo, hæc tam neceſſaria fuſius tractarit, lubet hæc generaliter ſaltem percurrere, ejusque mentem paulo dilucidius, huc transferre.

*In Diſſertatione vero de remediorum ſelectu, & Pharmaciæ contractioris conſtitutione*, cum omni ratione demonſtrat; *quantum detrimentum*, moderno rei Medicæ ſtatui, *afferat*, illa, ab antiquorum Galenicorum commendatione; & modernorum quorundam credulitate, adhucdum enata, *ſuperflua*, & in Pharmacopœis, noſtris quidem, tot, *tam ſimplicium inutilium*,

*quam perverſe ſæpe combinatorum compoſitorum, farrago noxia*, adeo ut aliquot millena, ad unicum ſaltem Centenarium numerum, non ſolum commode, ſed & tanto, ægrotorum ſubterverſantium emolumento & commodo, jure, meritoque, reduci deberent; præcipue cum in paucioribus & potioribus nonnullis remediis ſelectis, quantum quidem rerum naturalium obſcuritas permittit, largiter inveniamus, quod tot, vel titulo, vel parum variato ingredientium ordine, aut pondere vel vili quodam ſymbolizante atque ſupervacaneo acceſſorio, inter ſe differentia compoſita, promittunt quidem, nullo modo vero præſtant.

Interim non ceſſat adhuc dum, Materia Medica, exoticis plurimis augeri; prout hoc demonſtrant ex Indiis, vel alicunde allata, *Radix* ſcil. *Hypecacoanha*, *Parera Brava*, *Noſtra Signoria*, *Ninſivera*, *Casminart*; *Cortex Iubabæ*, *Lignum Carabaccinum*, *Faba S. Ignatii*, *Herba Ackmellæ*, *Paragraji*, *Linum Catharticum* &c. ut non absque ratione, cum *Clar.* LUDOVICI quæramus *cui bono tot Exotica?* quorum vires nondum vel ſatis ſunt exploratæ, vel quorum æquipollentia, ſæpe validiora nobis ad manus ſunt; præcipue, cum talismodi, à longinquo adductis, & à credulo Medico, aut lu-

cri

cri cupido mercatore, vel Empirico tantopere commendatis Medicaminibus, tam ſumtus, *quam ſanitas*, in ſpecie *divitum*, *ita quidem volentium*, exponi ſoleant.

*Modernus rationalis rei Medicæ ſtatus*, ex *Clar.* LUDOVICI mente, *Selectum amat*; *propertereaque* è Pharmacopoliorum modernorum cenſu *exulare jubet*, *tot ſub uno genere ſymboliZantia*, imo tot exoleta, *inefficacia*, atque odere & mole, *abominabilia*, *tam ſimplicia*, nullis viribus manifeſtis, neque convenientibus, prædita; *quam tot compoſita*, quæ vel ingredientium, minus rationi conſentanea proportione, vel nulla genuinorum præceptorum componendi ratione habita, in Pharmacopoliis aſſervantur adhuc dum; utpote *in quibus ſæpe frigida calidis*, *humectantia ſiccis*, *Adſtringentia Aperitivis & purgantibus*, *Aperientia Obſtruentibus*, *Acida alcalicis*, *Culinaria medicamentoſis*, *Durabilia corruptibilibus*, atque adeo quadrata rotundis quaſi, vel ſibi invicem contraria, *commixta reperiuntur.*

Cum vero hæ, rationi omnino contrariantes ſint cauſæ, quæ *tam* abſurdam inutilium Medicamentorum farraginem, è Pharmacopoliorum Modernorum cenſu, proſcribere jubent, omni cum ratio-

ne; Hinc illam rationi conformem normam, & regulam facile invenire eſt, juxta quam in hodiernis Pharmacopoliis, Medicamenta recondenda, ſeligenda erunt: Unde & *plurima tam ex ſimplicibus, quam Compoſitis*, ab antiquitate credula, GALENI *perverſis principiis ſuperſtructa*, ſuo jure excidunt, & è Pharmacopoliis exterminari neceſſe habent.

Hinc, ſi juxta Cl. LUDOVICI initium faciendum; *primo loco*, juxta claſſes nonnullis uſitatas, *ſe ſiſtit longa illa, ex vegetabilibus deſtillatarum ſimplicium. Aquarum ſeries*; utpote ex qua vix ulla ſui ſubjecti vires refert, cum ut plurimum adeo exiſtant imbecilles, ut eis aqua fontana, commode ſubſtitui queat.

Si tamen quis deſtillatam talem Aquam, ſaltem vehiculi loco, magis appropriatam & neceſſariam, hinc in Pharmacopoliis reponendam eſſe ducit; hoc ſane, una aut altera ſaltem, vegetior abundanter præſtare poteſt, quod plures tales ſymbolizantes, melius peragere nequeunt; modo Medicus, rationi conſentaneis ſit inſtructus principiis eclecticis, qui nucleum à caſſa nuce, diſtinguere didicit.

Aquis hiſce ſimplicibus, accenſet *Cl. noſter Autor, tot inutiles & ſupervacaneas*

*neas Aquas compoſitas*, utpote ex variato ſaltem ingredientium, vel ordine, vel pondere, enatas; *Cujus farinæ ſunt pleræque Aquæ, dictæ Apoplecticæ, Epilepticæ, vel Cephalicæ*, porro *Hyſtericæ*, *Cordiales*, *Hepaticæ*, *Splenetica*, *Nephriticæ*, &c. quæ revera, nunc temporis, nullam aliam ob cauſam in officinis pharmaceuticis proſtant, *quam ut, magis inſtructa eſſe appareant*, nulla interim neceſſitate plura, quam unam ſaltem, aut alteram forte exigente: Et talem quidem, quæ abſque ſingulari ſumtuum compendio, adjectis competentibus Tincturis aut Eſſentiis, in neceſſitatis putatitiæ caſu, ex tempore confici poteſt, atque plurium aliarum deſtillatarum vires, æquat vel antecellit.

Hanc vero *cenſuram* porro *merentur, tot Decoctorum, vel Infuſorum ſpecies*, tam à Galenicis commendatæ, quam à Neotericis magis credulis, his correctiores ſuperadditæ; cum, ſi talismodi tot vegetabilium mixtura opus; unum ſaltem, aut alterum, abſque ſingulari ſumtuum compendio, è ſelectioribus ſimplicibus, facillime concinnari queat, prout hoc ex hodierna *Germanorum Thea*, ex variis herbis, intentioni utentis reſpondentibus, demonſtrare licet; Quæ quidem inventio hac ratione non eſt rejicienda; Cum ſi Medicus, illis

vires ſufficientes ineſſe credit; ægrotantes hujus perſuaſionibus facilius auſcultent, utpote in Medicina, Indiarum Theam, vel æquante, vel ſuperante, majorem fiduciam ponentes.

Et *quis Medicus* rationalis, hoc rei Medicæ ſtatu, *tot Electuariis, vel bolis inde confectis, ſuos excruciabit ægrotantes?* quoniam omnes fere, talismodi mixturas abſurdas, ſive vulgares, ſive correctiores abhorrent; adeo ut nullo vel Looch ſano, vel inſano, aut alia Electuarii forma, ſive antiqua ſive recentiori; modernus ſelectus Pharmaceuticus indigeat.

Sic *nec nulla neceſſitas*, in Pharmacopoliis adhuc dum aſſervata *requirit Magiſteria*, tam ex vegetabili, quam minerali aut alio Regno; cum ſimplex cujusque talismodi ſubjecti pulvis, magis Polycreſtus exiſtat: Magiſteria vero utpote ab acido corroſa, vel enixa, longe aliis viribus nullius uſus prædita ſint.

*Cui bono* porro *Cl. Autor, tot* in Pharmacopoliis aſſervata *Olea deſtillata?* cum pauci ægrotantes, ejusmodi ſulfurea calida, ferant: vel unum aut alterum præſentius, vel parabilius, ex aromaticis ſufficiat; inſuper Olea hæc ſibi invicem intime conveniant.

Sic & *ſupervacua porro Cl. noſter* LUDOVICI

VICI *æſtimat* pleraque *Olea compoſita, cum Balſamorum deſtillatorum variationibus*, dum ſimplex aliquod ſelectus, idem ut plurimum præſtat. Vel ſi quodam compoſito opus, id extemporanea proportionalique, competentium miſcela, compendioſius confici queat.

Idem judicium ei eſt, *de Oleorum coctorum diffuſa ſerie*, quorum pauciſſima ſaltem requirit, vel ſi emollienti atque anodino opus, hoc *Olivarum Oleum* forte, præ aliis, præſtare poſſe credit.

*Neque Balſamorum Externorum, tantam ſeriem*, & variationes, ſelectus modernus Pharmaceuticus exigit, cum Balſama talia in Praxi Medica, præciſe haud requirantur: Aut unicum ſaltem vel alterum, ex temporanea miſcella confectum, & ſpiritibus recreandis, dicatum odoratum, ſufficere queat.

*De Pulverum vel Specierum officinalium inconcinna & profuſa compoſitione, eandem Cl. Autor dictus, fovet ſententiam*; Dum enim in illis utplurimum precioſa vilioribus, durabilia facile fatiſcentibus miſcentur, vel ex ingredientibus, ſemet minus tolerantibus aut minus durabilibus, atque ſapore & mole ingratis, minusve proportionate inter ſe mixtis conſtant; atque ſimpliciſſimus talismodi, ex præparatis

con-

conſtans pulvis compoſitus omnem Medici moderni intentionem expedire queat; hinc ſane pauciſſimos tales officinales pulveres compoſitos, vel ſpecies, neceſſitas requirit.

*Et cui bono* porro ait, *tot Purgantium Pilularum Maſſa, & Extracta?* quoniam duo circiter, è vegetioribus, minoriſque molis, ſaltem ingredientibus nonnullis, ſimpliciter compoſita, omne id præſtant, *quod ratione irrationali Dirigentium & Corrigentium additione, tot Arthriticis, Catholicis, Cephalicis, Cholagogis, Lucis, Panchymagogis, Phlegmagogis, Stomachicis* &c. Galenici, perſuaſionibus plurimam partem innixi, adſcribere ſolent.

Inſuper, è nauſeoſa talismodi, & fruſtranea mole, ſæpe 20. vel 30. Pilulæ majuſculæ formantur pro doſi, ubi hodierni noſtri ægrotantes, vix ſeptem vel novem minores ut deglutiant, perſuaderi poſſunt.

*Et cui uſui adhuc dum, tot Confectionum, Conſervarum, Morſellorum, Rotularum, Tragearum,* vel ſimilium, aut inutilium, aut minus neceſſariorum, vel omni hora parabilium, farrago?

Sic & juxta *Cl. noſtrum* LUDOVICI, ſelectior apparatus Pharmaceuticus, *tot Spiritus ardentes vegetabilium* ſymbolizan-

tes *haud amplius requirit*: quoniam unicus ſaltem acceptior & parabilior, inſtar omnium eſſe poteſt, neque ullus præ alio, ſpecifici quid ſingularis, præ ſe ferre ſolet.

Si tamen quis, ex tali ſpirituum ſerie, plures expeteret; contractior apparatus, ultra tres vel quatuor haud requirit, & tales quidem, qui *ex odoratis, & volatilitate pollentibus, Floribus, vel herbis* &c. mediante fermentatione parati ſunt.

Dantur etiam curioſiores, qui ſpiritum talem, vel vini, eouſque rectificatum volunt, ut gutta decidua, inter terram & vitrum quaſi diſpareat; ſed cum ſpiritus talis, ad internos uſus, liquore denuo diluente indigeat, ad quid tot ſumtus & labores inanes perdere?

*Spiritus porro volatiles, ſive Salis volatilis*, vel vegetabilis vel animalis *liquores* quod attinet, neque de his *ultra tres aut quatuor* circiter & quidem magis parabiles, requirit Selectus Pharmaceuticus.

*Prout nec è Spirituum Mineralium claſſe*, alii, quam vulgares illi, è Vitriolo, Nitro atque Sale uſitati, & quidem magis volatiles, & non concentrati, ſive per rectificationes ſupervacaneas, ſubtilioribus ſpiritibus orbati, requiruntur.

*De Salibus Vegetabilium Fixis*, eandem fo-

fovet ſententiam *Cl. noſter Autor*, ut pote qui, ubi Sal tale alcaliſatum expetitur, non ultra duo, Diaphoreticum nimirum, & Diaphoreticum, neceſſaria eſſe ducit; & talia quidem, *quorum liquabilitas*, mediante calcinatione, *cum ſulfure, haud fuit deſtructa*, nec natura alcalica, ac vis Diaphoretica immutata, & in enixum redacta extat.

Et quis rationalis, amplius, *Salia vegetabilium Eſſentialia* dicta, in ſua praxi præſcribit?

*De Salibus volatilibus, ex Animali Regno parabilibus*, itidem *pauca ſaltem neceſſaria habentur*, præcipue, cum ſpecificas vires, ſi quæ ſubjecto deſtillando inſunt, Vulcanus alterat, vel plane auferat.

Et quod *Syruporum inutilium tantam ſeriem, & farraginem*, concernit; cum in illis conficiendis, tam ſacharum, quam ſumtus frivole perdantur; Medicis etiam modernis, nullum alium in uſum inſerviant, quam ut mixturas ſuas, ſed male ſæpe, edulcorare ſoleant, hoc vero ſimplici quodam Syrupo, vel ſacharo ſaltem præſtari commode queat, hinc & hanc inutilem farraginem, *à Pharmacopoliis modernis, exulare vult Cl. noſter Autor.*

Neque *Mella Medicata, Mivas, Oxymellita vulgaria, aut Oxyſachara*, tam ab

ab antiquitate relicta, quam nunc magis correcta, & uſualia, utpote ex tempore parabilia, in Pharmacopoliis vero diutius relicta hinc alterationi expoſita, neque vero, niſi aliquando tyroni cuidam in arte forte uſualia; *amplius neceſſaria eſſe ducit*.

Nec *Cataplaſmata*, aut *Fotus*, vel tot *Cerata*, *Emplaſtra*, & *Vnguenta*, amplius requirit *Selectus hodiernus Pharmaceuticus*, cum pauca horum requirantur amplius, vel ex tempore parabilia ſint.

Atque ex unguentis v. g. *Emollientibus anodinis* &c. unicum ſaltem, vel *ſimplex etiam pinguendo*; domi per convenientes herbas frigendo, viribusque nonnullis imprægnata, ſufficiat; Nec ultra *unicum forte refrigerans & ſiccans minerale*, requiratur. Sarcotica vero, & glutinantia vulgaria, nunc ſanior Chirurgia rejiciat, cum aliis pinguibus poros oblinentibus.

Et quod *Diſcutientia atque Nervina* concernit, hæc certe in permultis affectibus, *à Veſicatoriis*, *Fonticulis*, *aut Ptyaliſmo*, vel & *ſpiritibus aut oleis*, tanquam ſenſibiliter reſolventibus, utplurimum *ſuperantur*; id quod & de *Emplaſtris*, ac *Ceratis*, *alias Chirurgorum confectioni & directioni relictis*, certum eſt. Horum namque *pauca ſaltem*, *in chirurgicos*,

ſi illi propria manu hæc non conficiunt, *vel alios uſus, requiruntur.* Vel ſi parari neceſſe habeant, hoc legitime fiat, ex intimius ſibi invicem miſcibilibus, cum alias unico ſaltem ſelectiori, *aut viliſſimo cuidam pulti, vel cataplaſmati*, cedant &c.

Hic vero eſt *apparatus ille Pharmaceuticus*, & quidem potiſſimum Galenicus, *ex quibus ſelectus modernus Pharmaceuticus inſtitui debet*: quibus tum adjicienda ſunt magis valida, ope chimiæ, ex vegetabili, atque aliis Regnis, elaborata medicamenta, ſelectu itidem legitime inſtituto; quippe *major pars Elixiriorum, Eſſentiarum, Tincturarum*, ob ingredientium variationes, & præter rationem numeroſas multiplicationes; cum ſupra dictis Magiſteriis, Oleis deſtillatis, Salibus tam fixis, quam volatilibus, Spiritibusque ſymbolizantibus, pari paſſu ambulant, atque ex horum ſerie, *pauciſſima* ſaltem *ad contractiorem Pharmacopœam conſtituendam*, neceſſaria erunt.

Jungenda vero hiſce ſunt illa, ex minerali Regno elaborata, & *per excellentiam dicta Chymica medicamenta*, utpote quorum conſortio, Chymica illa è vegetabili, & animali Regno, deſtituta, Medicum & ægrum, in gravioribus & chronicis morbis, plerumque deſerunt. *In* hoc vero *Regno*

*Mi-*

*Minerali* videlicet, præ aliis ſubjectis *antecellunt, Antimonium & Mercurius.*

Ex Antimonio vero Medicus, Chymiæ peritus, omnia fere elaborat, quibus in ſua Praxi, ad omnes ferè morbos profligandos, neceſſe habet. Etenim *ſi Medicus judicio præditus, bono & ſecuro purgante,* item *Diaphoretico, vel Aperitivo & reſerante, eſt inſtructus,* atque reliqua, quæ de jure & ex arte præſtanda, præſtat, is morbis omnibus quantum quidem per divinam gratiam licet, reſiſtere poteſt. *Ammanno* teſte.

Omnia vero hæc, ex unico hoc ſubjecto, Antimonio nimirum elaborari poſſe, facile patet ex *Tartaro Emetico* utpote qui nobis *præbet Vomitorium & Purgans* omnibus notiſſimum.

*Diaphoreticum* ex eo parari poſſe, conſtat ex illo antiquis etiam ita dicto *Antimonio Diaphoretico,* taceo plura alia magis valida, tam Diaphoretica, quam aperitiva, vel reſerantia, *ex Antimonii ſulfure fixato,* parabilia, & nullis ſane Pharmacopœis adhuc dum ita cognita, qualem ego parare didici, & diverſo uſui aptare, maximoque emolumento, meis ægrotis, neceſſitatis tempore, aliis irritis, applicare ſcio.

Succedit huic *alterum in ſelectu habitum ſubjectum, Mercurius* videlicet, ex

cujus, & Antimonii connubio, *Cinnabaris Antimonii* à Modernis Medicis toties tanquam *Panacea* commendata, elaborari ſolet: & quid *Mercurius Diaphoreticus* præſtare queat, apud HELMONTEM legere eſt; & licet hunc pauci hactenus elaborare ſciant, tamen ad imitationem hujus, ſimilem Medicinam conficiunt alii, ad graviorum morborum Nodos penetrandos, ſatis efficacem; taceo *Mercurium Dulcem* ita dictum, quo, ad reſolvenda coagula venerea, & ſimilia maligna, hactenus nec ullus Medicus, vel Chirurgus, carere vult.

Sed *ne horum Medicamentorum* per excellentiam ita dictorum Chymicorum, *effectus, ægrotantes perhorreſcere neceſſe habeant: eorundem elaboratio, Medicis ſedulis* Chymiam colentibus, *relinqui debet*; qui nimirum, non ut plures ſolent, carbones ceu bubones peſtiferos fugiunt, ſed ceu amaſiam amplectuntur, atque illud. PLUS ULTRA, cordi habent; Neque, dum de uno aut altero, judicium ferendum, illud abſurdum ſit, quo pueris, in Pharmacopoliis, ſimplicia contundentibus, deriſui ſe exponunt. Tanta namque amplitudine patet Chymiæ utilitas, ut in ea non exercitatus, ſe ipſum ubique, ut ſorex prodere ſoleat. Conferatur huc GRACHI HERMA p. 124.

Ut vero hac occaſione pateat, *quam abſurde*, & quidem periculoſe atque abſolute *contra ſalutem publicam cum Medicis agatur*: Conſiderandum propono, quod, *dum quilibet Chirurgus ſua* ad externos affectus præſidia, vel inſtrumenta, *Emplaſtra* nimirum, *Unguenta*, *Cataplasmata* &c *propria manu conficere docetur*, atque illis in ſuorum Patientium ſecuritatem, remediorum ad id requiſitorum, elaboratio libera relinquitur: *Hoc Medicis in ſuorum Ægrotorum, ut plurimum certum detrimentum*, & irreparabile damnum, *prohibitum eſſe debuit*: & hoc quidem *à perverſis Galeni aſſeclis*, in Pharmacopœorum ſaltem utilitatem; in genere vero, *contra ſalutem proximi ita ſancitum.*

Chirurgo namque ad externos defectus & morbos, ſua *Cataplasmata, Emplaſtra, Unguenta, Fotus & Decocta vulneraria &c.* conficiendi manet libertas, imo ad hæc addiſcenda adigitur. *Medico* interim *ſane arduis, internis* nimirum, & *obſcuris morbis* incumbenti, hoc negatur: O veſana & irrationalis, rationalium hominum ratio! dum hac ratione Medicus, in ſuorum ægrotorum curatione cœcutire, & ſuo ægroto male conſulere cogitur. Etenim quomodo Medicus ſui ægroti curationem ſecure inſtituet? qui ſui Medicamenti boni-

tatem neſcit; hanc vero *à Pharmacopœo*, *Ductore cœco* perſuaſus credere cogitur?

Certum interea eſt, & in perpetuum manebit, quod, *ſi Medicus* à tam neceſſario, & abſoluto requiſito, *propria manu medicamenta generoſiora conficiendi arcetur*, id *contra ſalutem proximi*, & in certam ejus perditionem fiat, dum hac ratione in re, tam ardua, eſt, & *manet incertus & cœcus Practicus*, *certus vero idiota*, *& ſæpe inſcius homicida*; taceo alia inconvenientia, ratione vel Pharmacopolarum, vel ſuorum ſervorum, ſæpe commiſſa, lethalia.

Cum etiam *periculoſos hos*, *& pernicioſos errores*, nunc *plures Status*, *Romani Imperii* perſpexerint, atque cordi duxerint, hinc illas aſſeclarum Galeni *perverſas & omnino nocivas*, ac in perditionem certam *introductas conſtitutiones*, in ſuorum civium & ſubditorum ſalutem *abrogarunt*; & Medicis ſua medicamenta Chymica & ſingularia elaborandi libertatem reſtituerunt, *prout hoc tot reſponſa & deciſa*, *teſtantur*, quæ hinc inde à *Regibus*, *Electoribus*, *Principibus* & aliis Statibus, in controverſiis Pharmacopolarum contra Medicos, promulgata, legimus; adeo ut illi Medici, tam ſuis ægrotis, quam Rerum publicarum Magiſtratus, ſuis civibus, male con-

conſulere videantur, qui ſalutares, & in ſalutem proximi unice directas tales cõſtitutiones, retardant, vel negligunt adhuc dum.

Rationes quas Pharmacopœi in ſuorum adhuc dum, *male quidem, inſtructiſſimarum Officinarum* Pharmaceuticarum, *pernitioſam conſervationem*, acriter opponunt, *partim ab ipſis nonnullis Medicis* & quidem Galeni perverſis Succeſſoribus (nam Galenus ipſe Medicamenta confecit, & conficere docuit) in præjudicium tam Proximi, quam Medicorum Modernorum ſunt prolatæ. *Partim* vero *ab ipſis Pharmacopolis*, contra Proximi & Publici ſalutem, *opponi ſolent.*

Et hæ quidem controverſiæ non recentioribus aliquot elapſis annis, contra me, & alios nunc demum, ſunt motæ; ſed ante centum & plures annos, initium ceperunt; ubi inter alios ANONYMUS *quidam* hinc *lucem fugiens*, & perverſus Galeni aſſecla, ſequentibus ex cauſis parvi ponderis, & tunc temporis, à QUERCETANO, & aliis, graviter refutatis, Medicamentorum elaborationem, Medicis, tanquam Artis Medicæ inventoribus & reſtauratoribus, prohibitam eſſe vult, & quidem hac *ex cauſa riſu omnino digna.*

I. *Quod ſcil. Artis Medicæ nobilitati detrahat*, ſi Medicus, Pharmaceuticas

)( )( 4 ope-

operationes,ceu Mœchanicas,ſuæ dignitati haud quadrantes, adminiſtrare vellet.

2. *Quod amplitudo Artis Medicæ tanta extet*, ut neceſſum ſit levare Medicos onere parandi Medicamenta,cum, ſi prolixior illis contigerit Praxis, illa haud rite à tali confici queant.

3. Porro metuit Anonymus ille Idiota; Quod, *niſi diſtincta ſint Medicorum & Pharmacopolarum officia*; uterque horum, pro lubitu impune occidere, aut fel pro melle, venenum pro remedio, propinare queat.

*Ecce ridiculas has*,imo omnino damnoſas, talismodi ignavi & perverſi Galeni aſſeclæ, *rationes*, rationi contrarias!

Sed, ut ad primum reſpondeamus, Medicamentorum elaborationem, contra Medici dignitatem haud eſſe, vel qui hoc aſſerunt Doctorum talium Majeſtaticam ſuperbiam prodere, HORATIUS AUGENIUS & QUERCETANUS optime declarant, & SENNERTUS hoc *in inſtit. lib. 5. part. 3. ſ. 1. c. 1.* confirmat & demonſtrat, quod veteres Medici ipſi,ſua medicamenta domi compoſuerint, neque hoc ſibi dedecori,ſed laudi potius eſſe duxerint; credentes ignavorum potius eſſe, omnia ſuis concredere miniſtris vel ſervis.

Cum ideo indecorum haud ſit Medico, re-

remediorum ſimplicium inveſtigationi incumbere, prout hoc tam Veteres, quam Moderni plures ſumma cum laude, & in ſingulare artis incrementum peregere: Cur eadem præparare, vel componere, eis exprobrandum, vel prohibendum? *Quis namque hoc magis artificioſe, atque cum recta ratione magis ſecure efficere poteſt, quam ille, qui fundamentis modernis phyſicis inſtructus exiſtit: Adeo ut Medicus, ſuo munere rite omnino fungatur, qui propriis manibus medicamentorum ſuorum præparationem, vel elaborationem aggreditur*, quam ſi ægrotantis vitam ſeplaſiario committit, hinc vero ſuam ignorantiam, aut ſuperbiam, vel ſocordiam, aut fraudem prodit.

*Neque vero* (quod ſecundum erroneum Anonymi argumentum concernit) *Artis Medicæ amplitudo tanta eſt*, ut Medicum ægrotorum viſitationibus occupatum, à Medicamentorum confectione abſterrere, vel arcere omnino queat & debeat, cum *à Medico laboribus dedito, utrumque præſtari ſufficienter poſſit.*

Moderno præcipue rei Medicæ ſtatu, ubi contractior apparatus Pharmaceuticus in publici commodum magis magisque hinc inde introducitur; neque etiam tam inutilis & noxia, tam ſimplicium, quam compoſi-

)( )( 5

poſitorum farrago, prout hactenus floruit, amplius requiritur.

In ſpecie vero *Medici, nulla, niſi generoſiora & pauca*, eaque probe elaborata *& experimentis ſufficienter comprobata*, quæ HELMONTE etiam teſte Medicum nobilitant, *elaborare ſuſcipiunt*; non enim Pharmacopœos ex profeſſo agere, illis lubet. Sed hoc rei Medicæ ſtatu, *Generoſiorum ſaltem Medicamentorum Chymicorum, tam inveniendorum, quam nunc inventorum, elaborationem, ſibi liberam eſſe volunt, ex origine & de jure.*

*Tertiam* ab ANONYMO adductam *rationem, minus rationalem* quod attinet; *Diſtincta nimirum eſſe debere, Medici & Pharmacopæi officia, ne ſcil. ſingulo horum, concedatur ægrotis nocendi occaſio*: Sane, qui hoc inter Medicum & Pharmacopœum, diſcrimen admittit, utrumque ſuſpectæ fidei reddere conatur, quaſi, ſi ſeorſim agerent, non ægrotorum ſaluti reſtituendæ, ſed morti inferendæ, de induſtria ſtuderent, id quod cogitare ſaltem, in artem ſacram Medicam, maxima eſſet injuria, quoniam quilibet jure præſumitur bonus, donec probatur contrarium.

Certe, ſi Medicus religionis & conſcientiæ rationem haud haberet; etſi oculatiſſimus ei adjunctus fuerit Pharmacopœus, am-

ampla tamen fallendi, & ægro nocendi illi ſuppeteret occaſio; perinde ac *à Pharmacopæo malevolo*, vel negligente, *aut male informato*, in ejus perniciem, *ſaluberrimum remedium*, à Medico præſcriptum, *adulterari poteſt.*

Certum interea eſt & manet, ac *pro Medico militat præſumtio, quod Medicamen ab eo, hoc docto*, majori cura & ſollicitudine *elaborari ſoleat, quam à Pharmacopola*: utpote, cum *Medicus nil, niſi ſui ægroti promtam reconvaleſcentiam quærat*, per ſua Medicamenta, propria manu legitime elaborata, ut non ſolum inde peritus & ſedulus cenſeatur, ſed ex ſuorum patientium ſalute, plurium etiam aliorum fiduciam in ſe trahat, conſequenter plus emolumenti inde capiat, atque ad debitam attentionem, in præparandis ſuis medicaminibus, magis magisque moveatur. Dum *nihil Medici famam magis lædere ſolet, quam Medicamenta male, vel haud rite elaborata*, utpote quæ *teſte, Clariſſ. noſtro Autore*, LUDOVICI *ægroti jugulum ſemper petunt.*

Sed hoc *nil curant Pharmacopolæ*, an ſcil. *ſuis præparatis ſanetur, aut non ſanetur æger*: ſi namque res ad votum minus ſuccedit, tantillum ejus æſtimatio periclitatur, quoniam nunquam quæritur, quo

Phar-

Phaſmacopœo uſus, ſed quo Medico tractatus fuerit æger.

Hinc *ſi nullum aliud momentum*, pro elaboratione Medicamentorum privata, Medicis concedenda, & conſervanda ſuppeteret, ſane *Fama Medici* eſt; *& ſecuritas ægroti*, atque conſequenter *Salus publica*, tanquam *ſuprema Lex.*

Et, *ſi omnes Medici, hactenus fuerint Idiotæ, vel ignorantes*, atque Medicamentorum elaborationem omnino neglexiſſent, vel per quandam quaſi præſcriptionem, aut per fictionem Juris, eam Pharmacopolis cedere coacti fuiſſent, tamen præter modo dictas rationes, *Modernus rei Medicæ Status, omnino exigit, ut illis privata tam elaboratio, quam diſpenſatio, tanquam Inventoribus atque Proprietariis, permittatur imo injungatur*: Etiam hanc ob cauſam, cum quod fieri queat per pauca, contra rationem per plura quæratur, hoc quidem tempore, ubi ſumma rei pecuniariæ anguſtia miſeros premit; qui, ſi Medico Soſtrum, Pharmacopœo autem medicaminum precium ſolvere debent, impenſas tales declinaturi, ſine omni medela vel pereunt, vel haud ſatis tempeſtive eum quærunt, hac vero tarditate, ſuæ valetudini præjudicant: vel agyrtas *& adulterinos Medicos*, & inter hos Pharmacopœos, adeunt his-

hisque ſuam pecuniam cum vita inconſiderate committunt, unde perit æger, perit Medicus, è contra diteſcunt Pſeudo Medici, & Pharmacopolæ.

*Vt interim, & elaborationem, & diſpenſationem* Medicamentorum, *Medicis inhibeant Pharmacopolæ, viribus omnibus nituntur*, & quidem *oppoſitis ſuis Privilegiis*, vi quorum demonſtrare conantur, ſibi ſolis demandatam eſſe Provinciam, conficiendi & diſpenſandi medicamenta, Medico vero aliud nihil relictum quam illa præſcribendi, & ægros viſitandi.

Porro inſtant, *ſe eſſe Perſonas juratas.* Item *ſecurius magis eſſe, Medicum ſaltem Medicamenta præſcribere*; cum ſi minus temere peccet, interim, ſi res forte male ceſſerit, conſtet vero, quo uſus ſit remedio, cum in jus vocari haud poſſe.

*Neq.* etiam *ab avaro Medico*, pretio Medicamentorum nimio, *gravari poſſe cives*; & quæ ſunt hujus farinæ irrationales rationes v. g. in *Imperialibus Civitatibus* in den Reichs-Städten / in quibus inſtructiſſima ſcil. habentur Pharmacopolia, *ſolis Pharcopœis hactenus demandatam eſſe Provinciam medicamenta conficiendi*, neque ulli Medico hoc liberum fuiſſe, &c.

Ut vero ab origine horum argumentorum nullitas eluceſcat, ſciendum eſt, *Artis*

*Me-*

*Medicæ Inventores* vel Autores, ſive fuerint *AEgyptii, Arabes* vel *Græci*, ſed artis hujus initiis, non ſolum Medicinam, ſed & Chirurgiam atque Pharmaciam exercuiſſe, medicamenta nimirum inveniſſe & præparaſſe, atque ſingula totius artis opera peregiſſe; Prout hoc teſtantur antiqui omnes Medici in ſpecie DIOCLES, SCRIBONIUS LARGUS, GALENUS, SERAPIO, MEUSE &c. Et hoc quidem neceſſitate ita exigente, *ut non ſolum in remediorum elaborandorum vel parandorum ratione, ſed & de eorum viribus certiores redderentur*, ut ſcopo ſuo, ſive intentioni reſponderent, & ſatisfacerent; neque ab aliorum perverſa elaboratione, aut eorum fallacibus experimentis, tam propria fama, quàm ægrotorum ſalus, periclitentur. *Rationi* nimirum *haud conſentaneum*, nec congruum *judicantes*, *hoc opus arduum*, *à quo ſalus & vita hominum dependeret*, *per alios tractare*, ſed magis con ſultum, & proximi ſaluti magis proſpectum eſſe ducentes, proprios oculos, & manus proprias admovere.

Et licet tunc temporis laboribus creſcentibus, Medicus unus aut alter, ſibi ſervum, vel libertum adſciret, qui ſub inſtructione, & directorio ſuo, vel Chirurgicis levioribus operationibus, aut colligendis herbis,

vel

vel aliis vilioribus Pharmaceuticis laboribus &c. inſerviret; tamen integram ſibi ſervabat libertatem; illa peragendi, quæ ſuis ſervis aliâs committebat: Patet etiam inde, *nullum tunc temporis, nec Pharmacopœum, neq. Pharmacopolium, præter Medicum, & ejus Officinam extitiſſe.*

Cum vero ſucceſſivis temporibus, ſervitus in deſuetudinem abiret, atque *ſecula barbara ingruerent, ubi Medici, cum aliis literatis, deficere incipiebant,* factum eſt, ut ipſimet *Medicorum famuli*, Medicinam Galenicam, empiricè exercere, & Officinas Pharmaceuticas erigere inſtituerent; atque *alienam artem ſibi conarentur reddere propriam.*

Sed cum tandem benigniora tempora affulgere, & Medici rurſus augeri inciperent; *nonnulli horum, ampliſſimæ artis Medicæ Galenicæ, moleſtias declinaturi, Herbarum, Radicum, aut aliarum rerum Medicinalium collectionem & præparationem, ſuis ceſſerunt famulis*, unde temporis ſucceſſu, Pharmaceutica Galenicæ Medicinæ pars facta fuit Mechanica.

Et licet illi etiam *Medicorum famuli*, creſcentibus ſenſim laboribus ſibi itidem jungerent ſervos; & Magiſtratus Autoritate, Officinas ſuas Privilegiis munirent, atque ſibi tandem monopolium acquirerent; *tamen*

*men hæc Privelegia, ſuper Galenicum apparatum Pharmaceuticum, tunc temporis acquiſita*; utpote, cum ex ſarragine remediorum vegetabilium corruptibilium, & ſimilium inde dependentium conſtaret: &c. *ubi nec tunc temporis, libertati Medicorum Medicamenta conficiendi, quid detrahere potuerunt*; *multo minus* modernis Medicis, mutata rerum Medicarum facie, atque Artis Medicæ fundamentis, ex longe aliis, quam à GALENO, & ejus perverſis aſſeclis doctis, hinc *novæ Medicinæ Autoribus derogabunt*: Prout hoc demonſtrant, & teſtes ſunt, omni exceptione majores tot, in Arte Medica Viri Excellentes; utpote qui, etſi Pharmacopolia, jam dum Privilegiis eſſent munita, tamen ſua etiam Medicamenta conficiebant & porrigebant. v. g. FERNELIUS PLATERUS, LIBAVIUS, CRATO, ANGELUS SALA, RULANDUS, CROLLIUS, QUERCETANUS, MYLIUS, HARTMANNUS, RIVERIUS, SENNERTUS, POTERIUS, SYLVIUS, WILLISIUS, SCHROEDERUS, THOMSON, MICHELIS, HOFFMANNI, LUDOVICUS, WEDELIUS, & alii infiniti, antecedentis, & hujus ſeculi adhuc dum Clariſſimi Medici.

Cum enim antecedaneis aliquot ſeculis, Ars Medica, præter alias etiam artes, magis ma-

magisque excoleretur, atque ſic ſenſim incrementum caperet, factum porro eſt, ut *Medici magis ſolertes*, veteris Medicinæ Galenicæ errores perſpicientes, alia atque alia, magis efficacia & minus corruptibilia inquirerent Medicamenta, *Chimica Arte*, quos & hodierno tempore, præ aliis ſeduli imitantur, dum in ſuorum ægrotorum ſalutem, æque talia magis efficacia & ſecura inquirunt.

Et cum hi, novum Medicinæ genus introducerent, atque nova Medicamenta invenirent, *quid hoc ad Pharmacopolas?* & quid illis, cum noviter inventis, & quotidie adhuc, ope Chymiæ, ulterius inveniendis Medicamentis? *eorundemque certis viribus*, *per Praxin* & diſpenſationem propropriam *eruendis*?

Nullus Medicorum Pharmacopolis ſua invidet Privilegia, modo hæc non extendere incipiant, *& Medicos* contra rei naturam & ſanam rationem, *à propriis ſuis inventis*, & aliis novis, per ignem inveniendis excludere nitantur: vel etiam hæc, prout Galenica, in ſuum Monopolium, & uſuram; etiam in ſubſidium & auxilium vocato Magiſtratu, trahere omnibus viribus allaborent.

Id, ut hactenus ex omni parte haud impetraverint, Deus avertit; prout hoc, tot,

in his Pharmacopolarum controverſiis, contra Medicos, docent emanata Deciſa & concluſa: v. g. *In cauſa Pharmacopolarum Lipſienſium, contra Medicos An. 1658. 1659 1661.* &c. *Et in cauſa Medicorum & Pharmacopolarum Dresdenſium*, an. 1677. & an. 1630. res iterum deciſa & declarata in favorem Medicorum, conſequenter in ſalutem proximi ceſſit, dum his Medicamentorum non tantum elaboratio, ſed & diſpenſatio privata, conceſſa omnino fuit.

Quorum exemplum, plures etiam aliæ Provinciæ, atque Regiones, nunc ſequuntur, *prout hoc conſtat ex Conſtitutionibus Pharmaceuticis*, *Regia* ſcil. *Danica*, *Brandeburgica*, *Gothana*, & in ſpecie *Iſenacenſi*, ac aliis.

Pharmacopolæ opponunt, hoc in *Civitatibus Imperialibus* hactenus inuſitatum fuiſſe, cum conſtitutionibus à Veteribus introductis, hoc Medicis harum Civitatum adhucdum prohibitum ſit. Sed id abſolutæ haud eſt veritatis; quippe, cum non in omnibus Civitatibus Imperialibus, Medicis adhuc dum prohibitum ſit, Medicamentorum privatorum tam elaboratio, quam diſpenſatio: de hac enim prohibitione, omnio ſilet, *noviſſima illa an. 1708*, HEILBRONNÆ, juſſu Magiſtratus, reſtaurata Pharmacopœorum ordinatio.

Vel ſi in omnibus talismodi Civitatibus, *nocivæ illæ, à Veteribus, Galeni ſcil. perverſis aſſeclis introductæ conſtitutiones obſervarentur adhuc dum*: Quæritur? an Civitatum harum cives, Superiorum, Magiſtratus ſcil. providentiam & curam, non æque mereantur, ac Regnorum, vel Provinciarum aliarum ſubditi? & an non illis liberum ſit, tales Veterum conſtitutiones, moderno rei Medicæ ſtatui, haud amplius convenientes, *utpote incertum Publici, civium ſcil. detrimentum directas*, abrogare? & ſaniores ac meliores ſancire.

Certum ſane eſt, & manebit, præſenti rei Medicæ ſtatu, Medicum tam neceſſaria Artis Medicæ parte, Pharmaceutica nimirum, in ſpecie, Experientia Chymica deſtitutum, legitimi & experti Medici, nomen haud mereri; cum careat requiſito Medico omnino neceſſario: Etenim *quomodo corriget ſaltem talis, errores hac in materia, toties à Pharmacopolis, etiam in Medicamentis Galenicis, taceo Chymicis conficiendis, commiſſos?* taceo plura alia inconvenientia, ſaluti ægrotorum obſtantia, & ab illis ſæpe ſæpius commiſſa: Adeo ut illud AGRIPPÆ huc optime quadrat; dum *conqueritur, quod tales Medici, ex ignavia, vitas hominum, Apothecariorum fiducia gubernent*: Unde, dum in horum crumenas

divitiæ redeunt, damnum interim pluri-mam partem, in talismodi Medici Famam redundat; ægro interea, multo plus periculi, à tali medicamento, quam à morbo impendente. Conferatur huc SEMPRONII GRACHI HERMA; ſive MEDICUS HUJUS SECULI, *Sectione III.* DE EXISTIMATIONE ET FAMA MEDICI.

Sed ſi Pharmacopolæ his opponunt, ſe eſſe Juratos; *ſciant & Medicos tales eſſe, itidemque Privilegio munitos*; adeo ut illorum Privilegia; Medicorum Privilegiis, derogare minime queant: imo ratione Jurisjurandi eſſe pares; modo ratione conſcientiæ, ſemper tales eſſent omnes Pharmacopolæ.

*Quæ præterea de Medicorum Avaritia,* & inde veniente magno remediorum pretio, *ex invidia garriunt*, riſum merentur. *Sciant autem, quod Taxa Medicamentorum*, ob veterum Medicorum vel inſcitiam, aut alia de cauſa, vix excuſanda, præſcripta, in noſtra quidem Republica, neque Publico, nec pauperibus faveat, dum æquitatem longis paraſangis tranſcendit: Unde & *Chriſtianis convenientem, & æquam omnino meretur moderationem*; quam ab aliis Magiſtratibus, diu omnino inſtitutam, brevi etiam apud nos, *laudatiſſima Magniſi-*

*gnifici Senatus Francofurtenſis cura* habebimus.

Et quod dicunt, *ſi Medico libertas conceditur, parandi & diſpenſandi medicamenta, hoc fieri debere in ſalutem Publici, & non quæſtus privati cauſa*; Cachinno ſimiliter dignum eſt.

Dum enim Medicus, Civium ſaluti inſervit, & Pharmacopolarum errores innuit, operam ſuam Publico confert, & tam Proximi, quàm Civitatis curam perit: Sed ut lucubrationes ſuas, laboresque gratis dare, & eleemoſynarium agere debeat, neque per pietatem nec legem tenetur; cum nemini ſua officia debeant eſſe damnoſa. Et cum viliſſimo etiam Civium, imo tot Empiricis; taceo, Pharmacopœis, tantum; tantum dico, lucrum conceſſum ſit; *cur Medicus adeo liberalis eſſe debet, ut non de lucro honeſto cogitet.*

Imo, ſi Medicus ſedulus, & laboribus deditus, contra ignavorum morem, privata elaborat Medicamenta, *in ſpecie Chimica*, ut de eorum bonitate & efficacia certior ſit; neque ægrotorum ſuorum ſalutem, & vitam; in dubia *taliſmodi remediorum elaboratione*, Pharmacopolarum fidei, utpote *cum in illa*, errare admodum ſoleant, concredere neceſſe habeat: nemo hoc ei, contra Proximi ſalutem prohibebit, ſed potius

præ aliis ignavis honorandus eſt, & lucrum æquum ipſi ex merito concedendum: cum inſuper plerique vel negligentes aut ignavi, vel non intelligentes, tantis laboribus, ſe ultro ſubducant.

Quoniam etiam, tali privata Medicamentorum elaboratione, & diſpenſatione, Medicus neque *Pharmacopæo*; *utpote qui quod habet, & ſcit, Medico debet*; neque civitati, nec civibus injuriam facit; illi ſane licitum eſt, Medicamenta conficere & diſpenſare; neque jus, hoc prohibendi, penes ullos eſſe, ex eo obiter eluceſcit; *Quod Pharmacia, ſive Ars Medicamenta elaborandi ſit inſeparabilis Medicinæ pars*: quam ſi quis Medico adimit; Medicum mutilum & mancum, atque hac in parte Medicinæ, ignorantem, & idiotam eſſe vult, in ſuorum ægrotorum certam perditionem.

Cui omnino tamen obſtant Privilegia & Immunitates, quibus IMPERATORES, ELECTORES ET PRINCIPES SACRI ROMANI IMPERII, Doctores & Licentiatos, decoratos eſſe volunt: unde eoipſo, dum Medicus Immunitates tales conſequutus, eandem impetravit facultatem, omnia illa peragendi, quæ Arte Medica docentur: Conſequenter non ſolum propria manu & Autoritate Medicamenta elaboran-

randi, ſed & ſuis ægris, ex rationibus ſupra ſufficienter allatis diſpenſandi & exhibendi.

De quibus omnibus præter noſtrum ſupra ſæpius allegatum *Excellentiſſimum atque Clariſſimum Doct.* LUDOVICI, & alios, conſulatur item *Illuſtriſſimus atq; Excellentiſſimus, nunquam ſatis prædicandus Dominus* D. JOH. BOHN, *Profeſſor Lipſienſis* meritiſſimus, qui in ſuo perdocto opere DE OFFICIO MEDICI, de hac materia eſt prolixior, & præter hæc, inde deſumta argumenta, plura alia ſuppeditat.

De cætero non poſſum præterire, & intactam relinquere, iniquam illam cenſuram, qua GUNTERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER, *Med. Doct.* & tunc temporis *Helmſtadii Profeſſor*, in ſuis additamentis, an. 1688. ad HERMANNI CONRINGII *introductionem in Veterum Medicinam* editis, laborum meorum primitias, ſive primos anno 1680. & 1682. à me editos libros, rodere non erubuit; quam cenſuram, ſi ex merito, & legitime penſitatis, librorum horum editionibus tuliſſet, non curaſſem, ſed cum eandem, minus trutinatam, mihi invidi & obtrectatores Medicorum quandam famuli in mei contemtum nunc allegare incipiant, in me ipſum, & exiſtimationem meam injurius eſſem, ſi ſilentio hæc ulterius velarem.

Ne propterea maledici, quicunque ſint vel fuerint, quicquam ulterius habeant de quo, quod hanc quidem cenſuram attinet, gloriari amplius queant: Tibi B. L. ſequentes ſiſto circumſtantias, ex quibus cuilibet veritatem amanti patebit, *Cenſuram illam Schelhammerianam*, plurimam partem *abſonam eſſe, & veritati contrariam.*

Etenim cum anno 1680. *Chymiam Experimentalem curioſam, & Mathematicam dictam*; Proceſſus nonnullos Chymicos, tunc temporis in ſecretis habitos, & alios, cum manipulationibus pauciſſimis notis, continentem; rudi minerva, prout primitiæ quandoque ſolent, *Germanica* nimirum *& latina lingua* conſcripſiſſem, eamque Bibliopolæ edendam tradidiſſem; JOH. JACOB WALDSCHMIDT, *Medicinæ Profeſſor Marburgi*, ſibi ſoli ſapere perſuaſus, & forſan ut laborum meorum contemtu, ſibi vanam aucuparetur gloriam, de hac mea Chymia, cum à Sereniſſimo, de contentis ejus interrogatus eſſet, contemtim & ſiniſtre loquutus eſt.

Ea propter cum dictam Chymiam (nihil alias contemnendum continentem niſi ſcribendi methodum) tyronum Chymiæ, *vel leviter doctorum aut curioſorum dictorum*, in gratiam adornaſſem, iſto perverſo dicti Medici judicio excitatus, Chymiæ meæ ma-

materiam, alia methodo digeſſi, atque omni ex parte latinitati donavi, eamque an. 1682. *ſub titulo, Medici præſenti ſeculo accommodati*, imprimi curavi.

Et cum hi libri in manus tandem dicti *Doctoris* SCHELHAMMERI veniſſent, is, illos forte non aſpiciens, ſed amanuenſi perlegendos tradens, hujusque relatione ſiniſtra deceptus, in binos hoſce libros, nulla diſtinctione, nec differentia in illis conſiderata invehitur, ſequentibus verbis; nimirum, *in Germania Francofurti, edidit ante quinquennium bina* (ad Pharmaceuticam Veterum ſcil. & novam Chymicorum doctrinam pertinentia) *Scripta*, JOH. HELFRICH JUNCKEN ita tamen, ut magna utriusque pars, ad Pharmaciam etiam Galenicam faciat: &c. *Vtrumq; pompoſo ſuperbit titulo: Primum quidem*, MEDICI PRÆSENTI SECULO ACCOMMODATI; *Alterum*; CHYMIÆ EXPERIMENTALIS CURIOSÆ &c. porro; Quamvis propria Experientia à ſe adornatam Chymiam polliceatur, tamen maxima pars ex aliorum induſtria eſt, *unde etiam Germanica, Italica & Latina*, inter ſe ita ſunt commixta, *ut non niſi harum linguarum perito*, legi omnia poſſint.

Ecce judicium admodum incogitanter effuſum! cui, etſi plura opponi queant, dum ne-

nemo ſe ex omni parte perfectum, & absque erroribus natum novit: nec illi, qui nunquam male, nunquam etiam bene &c. attamen firmiter credo, *Doctorem* SCHELHAMMERUM *ipſum, tunc temporis hos meos libros haud inſpexiſſe nedum legiſſe.* Sed amanuenſis ſui incautæ relationi fidem habuiſſe.

Nam qui librorum horum annos editionis, obiter ſaltem inſpicit, & obſervat, *Chymiam Experimentalem &c. dictam* anno *1680*, *Medicum autem Præſenti Seculo accommodatum*, anno *1682. demum lucem vidiſſe*, facile perſpiciet SCHELHAMMERUM hallucinatum eſſe admodum. Imo quidem, quod horum librorum editionis annos permutarit, nulla ſcil. annorum, quo hic vel ille, præ alio editus fuit, conſideratione habita; *dum Medico præſenti Seculo accommodato*, & anno 1682. edito, *primum*; *Chymiæ autem Experimentali*, anno 1680. editæ, *alterum tribuit* locum, inverſo ordine.

Dehinc pro 2do refert, materiam horum librorum (binos comprehendendo) *Germanica, Italica atque Latina Lingua, ita inter ſe eſſe commixtam*, ut non niſi harum linguarum perito, legi omnia queant: Sed errorem hunc inſignem, ipſi libri certo certius decidunt. Nam *Chymia Experimentalis*

*lis in tribus alphabetis, inter miſcellanea addita, habet quidem, recipe unicum, Italico Idiomate, ſedecim lineis comprehenſum*, ſed an hæ ſedecim lineæ ſint cauſa, ob quam hi libri à nullo, niſi harum linguarum perito, legi queant, aliis dijudicandum relinquitur; Præcipue dum Medicus præſenti Seculo accommodatus, nullo alio, niſi latino Idiomate editus extet, & à Chymia Experimentali dicta, tam ſtylo, quam aliarum circumſtantiarum ratione prorſus diſtet.

Sed cum alii in ſpecie *Actorum Eruditorum Lipſienſium Clariſſimi Collectores*, de meis modo dictis, & aliis, exigui licet momenti ſcriptis, magis honorifice ſenſerint, hinc, ne maledici occaſionem habeant, meam famam ulterius lædendi, illis, & omnibus mihi invidis, eorundem judicium oppono, quam etiam *Clariſſimus Dominus* CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULINI, *Iſenacenſis Sereniſſ. Ducis Archiater, omni exceptione major*, de meis Scriptis, in Epiſtola ad me exarata dedit: In qua cum de meis ſcriptis Medicis, ſufficientia adſint teſtimonia, quibus invidorum meorum conatus, facile deſtrui poſſunt, pluribus aliis haud opus eſſe reor: *Ita autem illa habet*:

CHRI-

CHRISTIANI FRANCISCI PAULINI
*EPISTOLA*
ad D.D.

# JOH. HELFFRICUM JUNGHENIUM.

*Medicum*
ΛΟΓΩ ΚΑΙ ΠΕΙΡΑ.
*Excellentiſſimum.*

P*Oſtquam multos reperire eſt non in Medicina modo, ſed etiam in cæteris Artibus, qui videri quam eſſe malunt, ſi quid in diſciplinis ineſt optimum, negligi cœpit: contra exquiri ea, è quibus vulgo plurimi fiant: dicere inquam & agere in alienam gratiam, adulari, divites & primarios Cives mane officioſiſſime ſalutare, comitari poſtmodum, domumque reducere, cœnantibus inſuper ſatellitum inſtar adſtare, ſcurrasque agere.* Atque hinc orta eſt communis illa omnium Artium infelicitas, *quæ noſtra ætate irrepſit*, ait Pergamenus meus. (*a*) Verum nihil novi ſub ſole. Idem queſtus, quos hodie cantillamus, erant vetuſtioris ævi lamentationes. Sic enim Hippocrates: (*b*) *In Arte Medica, quæ recte fiunt, plerumque quidem hominum vulgus non admodum laudat. ſæpe vero Diis attribuit. At ſi in aliquo repugnans Natura eum, qui curatur, interemerit, Numen prætermittens, Medicos incuſat. Et ego ſane* plus reprehenſionis, quam gloriæ *ex arte mihi conſecutus videor.* Ingenua confeſſio. Ceterum bonus & integer Vir non ceſſabit cum *Japide* Mariano (*c*) *mutas agitare inglorius*

(a) Liu de præcognitione C. 1. c. p. (b) In Epiſt. ad Democrit. (c) L. XII. Æneid. v. 397.

*rius artes*. Cur Poeta ſaluberrimam Artem dixerit *mutam*, varias attulit opiniones Caſp. à Reyes. (*d*) Mihi cum *Hieronymo Mercuriali*, Medico Doctiſſimo, (*e*) *muta* eſt, quod tota ejus vis in *facto* potius, quam in *Sermone* ſit, & Medicus, cenſura *Damaſceni efficax eſſe* debet in *opere*, non *loquax in ſermone*. Hoc erat votum *Tauri* Philoſophi, Medicum ſuum ita affantis: (*f*) fac ergo, ut experiamur, Te eſſe *elegantiorem in medendo*, quam *garriendo*. Ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι παλήνοσος. Ad *naturam igitur rei, non ad Artis injuriam* reſpexit Maro, cum *mutam* diceret, ut excluderet inde omnem loquacitatem (*g*) Λογιάτρους ergo, (*h*) ſeu τῷ ὀνόματι ἰατροὺς (*i*) vel κατὰ νόμον, qui *videri* malunt, quam *eſſe*, procul ire jubemus, non ignorantes interim ex *Platonis* doctrina. (*k*) *Medici* (κατὰ φύσιν) *munus eſſe, docere ægrotantem, nec prius imperare quid ſit faciendum, quam dicendo perſuaſerit, id fieri expedire.*

Quam primum Eruditio orbi nomen Tuum innoteſcere cœpit, JUNGHENI, ocius ex ungue leonem, noſcitarunt emunctioris naris Viri, ceteris ſanam precabere mentem.

Næ, Deus nos *qs. pilas* homines habet, (*l*) quod vel Tuo comprobabis exemplo. Obtenta ſolenniter *Licentia* Anno 1672. Virtute & Doctrina dudum promerita, in antiquiſſimo heu! olim, ad Nicrum Athenæo in *monte Myrtillorum*, Medicinæ factitandæ gratia in Helvetiam ibas, ubi ſuaſore & impulſore Erudito quodam Nobili à *Mülinen*, peri-

(d) in campo elyſ. juc. quæſt. n. 7. (e) L. III. V. L. c. 13. (f) Agell. L. XVIII. 10. (g) Taubm. in comm. ad h. l. (h) Galen. L. de purg. fac. c. 5. (i) Hippocr. L. de Arte. (k) L. 1. de Legib. (l) Plaut. in Prolog. Capt. v. 22.

peritiſſimo Chymico, ad Artem hanc experimentaliter addiſcendam & excolendam manu quaſi ducebaris, Belle *Iſocrates*: *Ne te pigeat*, inquit, *longam viam ire ad eos, qui ſe aliquid utile docere profitentur. Turpe enim eſt, cum mercatores, rei familiaris augendæ gratia, tot ac tanta maria transeant, adoleſcentes ingenii excolendi cauſa, detrectare ſaltem terra, iter facere.*

Annis aliquot *Ingenio & labore* apud Helvetios feliciter conſumtis, in *Alſatiam* properabas, à Sereniſſimo Duce CHRISTIANO *de* Birckenfeld Anno M DC LXXV. Illuſtris Aulæ ſuæ Medicus conſtitutus. Sed ob Gallorum rabiem, abſente cum primis Sereniſſimo, ſolum vertere coactus, relicto, quem vetuſtiſſima *Weiblinga* offerebat, Phyſicatu, fata Te traxere *Francofurtum ad Mœnum*, ubi Celeberrimo Medicorum Ordini adſcriptus, in *ſpe* & *ſilentio* rem tuam agebas feliciter. Audientes vero Illuſtriſſimi Comites *Erpacenſes* de *fide & induſtria* Tua, A. M DC LXXXII. Te ſalutis ſuæ cuſtodem elegebant. Quo munere per ſexennium fere dexterrime functus, poſtea in Palatinatu Provinciæ *Mosbacenſis* Medicus factus, omnibus utilis, nemini moleſtus. Aſt ab improbo milite in exilium pulſus, Anno M DC LXXXIX. denuo redibas *Francofurtum*.

Tædioſa res exilium cum tamen quilibet tellus artem nutriat, adhuc tolerabilis. *Ite cura*, dicebat *Crato*, abjectis nummis; & *Bias*, direpta patria, omnia portabat ſecum. *Zeno*, bonis naufragio perditis, *nunc* ait, *fortuna me expeditius jubet philoſophari*. Fauſtiſſimum ſane naufragium, ubi meliora & pretioſiora quaeque nobiſcum enatent.

Et ne neſcirent alii, quantum ſcire tuum ſit, varia

ria vivacioris ingenii præſtantiorisque doctrinæ Specimina orbi expoſuiſti publice. CHIMIAM ſcil. EXPERIMENTALEM, (m) quæ poſtea variis acceſſionibus aucta & immutata, ſub titulo MEDICI PRÆSENTI SECULO ACCOMMODANDI, (n) denuo prodiit, ut Eruditiſſimi & æquiſſimi Collectores Cenſoresque *Actorum Eruditorum*, quæ Lipſia promit, (o) juſto elogio utrumque mactarint codicem, dicentes:

*Solertem atque ingenuoſum maxime rerum Chimicarum ac Medicarum propagatorem pronunciare haud veremur Scriptorem hunc, qui quæ in Chimia ſua experimentali tradiderat præcepta Chimica & Medica, quo veros generaret & aleret Hippocratis filios, nunc paucis mutatis repetiit, quædam prolixius explicando, quædam ibi dictorum transponendo &c.*

Edidiſti porro NOTAS IN COMMENTARIOS AGRICOLÆ AD POPPIUM, (p) & utiliſſimam PRAXIN MEDICAM. (q) Utrumque ſcriptum laudatiſſima *Eruditorum Acta* (r) iterum ſpecioſe commendant his verbis: *Autor Clariſſimus, qui ſolertem hactenus & ingenioſum ſe præſtitit Chimicum, tum in modo luſtrato Medico, tum in Chimia experimentali tum in notis ad Agricolam, in præſenti Praxi Medica rationalis promte deprehenditur Medicus practicus &c.*

Quid excandeſcit calumnia? ut nihil hic dicam de COMPENDIO CHIRURGIÆ MANUALIS

(m) in 8. 1681. (n) Anno 1682. (o) anno primo p. 393. (p) in 4. 1686. (q) in 8. 1689. (r) Ann. Octav. p. 649.

LIS (s) DE FUNDAMENTIS MEDICINÆ, ECLECTICÆ (t) & de LEXICO, PHARMACEUTICO, (u) ac PRAXEOS MEDICÆ MANUALI, (vv) dehinc CORPORE PHARMACEUTICO CHYMICO MEDICO &c. queis Bonus & Eruditus quisque BONUM præfiget FACTUM. Et quid porro nobis ſpondet. σὺν θεῷ καὶ νῷ φιλοπονία & experientia tua?

*Inſidet quædam* (verba Tulliana ſunt *Orat. pro Archia*) *in optimo quoque virtus, quæ noctes atque dies animum gloriæ ſtimulis concitat atque admonet, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam:* Merito igitur abs inclyta Republica ad illuſtre Francorum vadum receptus, cum haud inferior ullo ſis, ut plures Clariſſimi Viri, καὶ τῶν Ἰατρῶν χαρίεντες, ſcripta tua ſerio probantes, mecum teſtabuntur fuſius.

Quam *jucunda* laus hæc, quæ ab iis proficiſcitur, qui *ipſi vivunt* vixeruntq; in *laude*. (x) Solus quippe ſapiens veram gloriam poſſidet, ſtultorũ exaltatio, ignominioſa. (y) Sunt equidem multæ ſtudiorum noxæ, quas prolixius dixit facundiſſimus & χαρίεστατος *Francus de Frankenau.* At virtus tantum bonum eſt, ut iſtas acceſſiones minutas non ſentiat, *brevitatem ævi, & dolorem, & corporis varias offenſiones*: (z) Qui Reip. famulari cupit, ſui commodi obliviſcitur. Alteri vivas, ſi tibi velis vivere. Interim Deus Te ſervet, ut per Te ſerventur alii, quod bona exaudiat hora! ſcribebam vacillante crena, *Ferrariæ* Thuringiorum d. 2. Mart. An. fundatæ ſalutis M DC XCVIII.



(s) A. 1691. (t) A. 1693. (u) A. 1694. (vv) A. 1697. (x) Cic. L. XV. epiſt. 6. (y) Prov. III. 35. (z) Sen. ep. 91.

## Acetum Antimonii *D. le Mort.*

℞. *Minera Antimonii q. l.* contundatur in pulverem tenuem, dein *cum aqua communi diutiſſimè lævigetur* in mortario amplo vitreo, *ſingulis diebus* ad minimum *per horam unam aut alteram*, idque continuetur per 8. vel 10. dies; *Veſpertinis vero horis rori objiciatur pulvis madidus.* Tunc antimonio huic *ſuperfunde triplum pondus Aquæ communis*, & committatur firmo equino ad digerendum per menſem unum, ſingulo die materiam probè agitando, ut undiquaque menſtruo illo impraegnetur. *Poſtea inſtituatur deſtillatio per arenam*, primo leni igne, tum fortiori, ultimo fortiſſimo, ſi elevatur, leviſſimum Salinum Sulfur antimonii, aquæ mixtum, & uſui aſſervandum.

## Acetum Antimonii *juxta encheyreſin le Febure.*

℞. *Mineræ Antimonii q. l.* pulveriſetur groſsè ac *hoc pulvere repleantur vaſcula ſive patellæ terreæ*, inſtar Catillorum vulgo Capellen factæ, *ſingulæ repleantur Antimonii groſſe pulveriſati uncia*; hæ antimonio repletæ patellæ in retorta magna terrea, quæ ex dua-

 bus

bus conſtet partibus, ſibi invicem ſuper imponantur, ut inferior, dimidia retortæ pars cum collo, deſuper aptetur & filo ferreo jungatur, ac tuto probe muniatur, furnoque reverberii imponatur, adpoſito recipiente capaci, atque ignis adhibeatur viginti quatuor horarum ſpatio non aliter ac ſi ſpiritus vitrioli deſtillari deberet.

Finito hoc tempore ceſſetur ab opere, & *auferatur Acetum Antimonii.* Cum verò ejus ſit parva quantitas hinc *toties reiteretur opus, novam mineram deſtillationi ſubjiciendo*, donec ſufficiens aceti habeatur quantitas.

Antimonium à deſtillatione relictum ſi aëri exponitur per aliquod menſes, ac dum deſtillationi ope patellarum rurſus committitur, acquiritur novum antimonii acetum.

*Sunt, qui credunt hoc eſſe menſtruum illud, de quo loquuntur Artiſtæ, v. g.* BASILIUS VALENTINUS *in ſuo curru Triumphali*, ubi de extractione Tincturæ Antimonii ei ſermo eſt, quam per hoc acetum fieri vult, cui ego tamen parum tribuo.

*Interim ad inteſtinum ſanguinis motum, & inde excitatum calorem præter naturalem, præbet attemperans, egregium, & ſudoriferum non contemnendum, atque in morbis ſive febribus malignis remedium ſat validum*; Si loco acidi alterius, eo ad gratiam acidula redduntur medicamenta.

Ace-

## Acetum Antimonii *juxta Vreesvvyk*

℞. *Mineræ antimonii q. l.* pulveriſatæ & vitro anguſti colli immiſſæ, *ſuperaffunde aquam vernalem menſe Martio collectam, ut ter antimonii pondus excedat*, & cum ita ſteterint per 5. vel 6. ſeptimanas, tum aquam per chartam filtratam, *novæ antimonii mineræ affunde*, quam poſtmodum per deſtillationem evoca, ac novo antimonio rurſus affunde, hoc vero tam diu reitera, donec aqua ſit ſatis acida.

Quo ſæpius verò reiteratur aquæ cum antimonio infuſio, & repetita abſtractio, eo fortius inde emergit acetum.

## Acetum Deſtillatum *juxta Febur.*

℞. *Aceti optimi ſive fortiſſimi ex Vino facti q. l.* immittatur *Cucurbitæ magnæ Vitreæ*, vel terreæ probè vitreatæ, ſi vitrea ſit, immittatur hæc arenæ, & Capitello vitreo ſatis capaci, impoſito, ac *negligenter ſaltem alembico adlutato*, recipuloque adpoſito inſtituatur deſtillatio, ſic primo prodit phlegma; ubi vero guſtu deprehendas ſenſim egredi guttulas acidas, tum *recipulo mutato ſpiritum Aceti ſeorſim excipe, æquali ignis gradu, ut ab initio ſervato*: Et dum major pars Aceti egreſſa hariolatur, ceſſetur ab opere, *ne empyreumate* inquinetur acetum egreſſum.

Quo vero hoc evitetur, *poterit inter deſtillandum in alia Olla quantitas Aceti ſimplicis calefieri*, ſic phlegma ſenſim exhalat, & dum majorem ſpiritus aceti partem deſtillando egreſſam eſſe ſentis, capitello alembici remoto, *reaffundatur quantitas aceti in olla calefacti*, ac capitello adlutato, pergatur deſtillando. Sic hac encheyreſi interrupto labore ſatis magna quantitas aceti deſtillati ſive ſpiritus aceti haberi poteſt, absque metu empyreumatis.

Ea vero *aceti pars quæ remanet, acerrima eſt*, ex qua per retortam potens ad metalla ſolvenda menſtruum deſtillando exprimi poteſt, prout hoc docet ſequens *Marggraffii proceſſus* ubi parare docet.

## Acetum Deſtillatum fortius.

℞. *Aceti vini acerrimi ſive optimi q. l.* evaporetur in MB. ad dimidias, vel in olla lati orificii in arena poſita leni igne exhaletur, tum *quod reliquum eſt, retortæ vitreæ immiſſum deſtilletur ex arena*, ut exprimatur omnis humiditas, & donec vapores rubri ceſſent, ſic habebis acetum fortiſſimum empyreumaticum, ad metallorum calces ſolvendas aptiſſimum.

*Loco evaporationis poterit deſtillando fieri acetum deſtillatum*, ſic ut affuſione calefacti recentis aceti, ſufficiens quantitas, *remanentiæ craſſæ* acquiratur, *quæ tum per retortam deſtilletur*; ſic non tantum phlegma ſeorſim ad ſuos uſus aſſervandum, ſed & duplex ſpiritus, absque

abſque, & cum empyreumate haberi poteſt; abſque illius deperditione.

*Vires Aceti deſtillati* non in medicina ſolum, ſed & ſolutiones chimicas peragendas inſignes ſunt.

*Ex remanentia : quæ ſyrupi vel mellis liquidioris inſtar relinquitur , ſi per retortam haud deſtillatur , ſed aqua ſolvitur ,* & quod ſolutum eſt mox decantatur, *remanet in fundo Tartarus ,* qui edulcorari & uſui aſſervari poteſt.

## Acetum Eſcurinum *Zvvelferi.* *vide* Spiritum viride æris *Zvvelff.*

## Acetum Philoſophicum *D. Margraffii.*

℞. *Aceti deſtillati vulgaris* ℔. viij. *Æruginis* ℔ß. evaporentur leni igne ad ſiccitatem, *pulvis vero remanens deſtilletur per retortam ,* ſic prodit Spiritus aceti mirabilis.

Qui præbet *menſtruum, ad extractiones mineralium & metallorum aptiſſimum.*

## Acetum Philoſophorum *D. Le Mort.*

℞. *Cryſtallorum veneris ex ærugine parat.* ℔j. *Sulfuris vivi* ℥vj. *Alumin. uſti.* ℥iiij. *Alcohol vini ſubtiliſſimi* ℥iiij. Mixta digere in MB. per dies duos, tum ex MB. lenta deſtilla, ad omnimodam ſpiritus vini abſtractionem, qui ſubtiliſſimo odore ſulfureo præditus exit;

 reli-

*reliquum ex retorta per arenam deſtilla* ſic una cum floribus ſulfuris, à ſpiritu ſeparandis, aſcendit ſpiritus aceti fortiſſimus, acido ſulfuris & alaminis fortificatus.

*Qui præbet menſtruum ad ſolvenda mineralia & metalla ſatis potens.*

## Acetum ex Sacharo, Melle, &c. *Coll. Leid.*

℞. *Sachari* aut *Mellis* ℔iiij. *Aqua comm.* ℔xxxx. Coquantur ad quartæ partis exhalationem: Decocto refrigerato adde *Fermenti panis acidi* q. ſ. ad fermentationem: de hinc exponantur ſoli vel loco calido, ut fermenteſcant: Poſtea affunde liquorem hunc fermentatum, ſequentibus ſpeciebus, v. g. ℞. *Caulium uvarum ſive recentium ſive ſiccatorum* ℔iiij. *Radic. pyrethri*, vel *Zingib. aut Piperis longi* ℥j. *Fermenti panis acidi* ℔ß. hæc commixta & in duas partes diviſa, duobus doliolis immittantur. Tum *parti uni* huic vel illi doliolo immiſſæ *affunde liquorem ſupra fermentatum*, & macerentur viginti quatuor horarum ſpacio: de hinc liquor decantetur, & materiæ ſecundo doliolo incluſæ affundatur, ſic intra viginti quatuor horas incaleſcet materia, à qua liquor decantatus fuit, cui denuo liquor reaffundatur, atque hic labor, liquorem mox ex hoc dolio decantando, & alteri rurſus infundendo, &c. reiteretur donec inde emergit Acetum acerrimum.

Aci-

# Acidum Tartari.

*Sunt criſtalli ex 🜿e parati*, qui quando in ſubtilem rediguntur pulverem Cremor tartari audiunt.

# Acidum Tartari Aluminatum *Rolfinci.*

℞. *Criſtallorum 🜿i, Aluminis* aa. q. l. affunde eis *Aquæ q. ſ.* & coquantur, donec ſoluta ſint, tunc filtrentur, & *in frigido criſtalliſentur*, ac uſui aſſerventur.

*In Febribus Tertianis non contemnendi uſus & effectus. Doſi* ℈ß. *& ultra.*

# Acidum Tartari Aronium *&c. Rolfinci.*

℞. *Acidi ſive criſtallor. 🜿i ſubtiliſſ. trit.* ℥iij. *Rad. ari* mundat. inciſ. exiccat. & pulv. ʒj. *elæoſachari cinamom.* ʒß. *citri* ʒij M. & ſerva.

*Cruditates acidas corrigit, flatus diſcutit atque appetitum revocat &c. Doſi* ʒj.

# Æ.

## Ærugo *ſive* Æs Viride *juxta Zwelfferum.*

℞. *Laminas Cupri , ſtratificentur cum ſiliquis uvarum* recenter expreſſis, & deſuper, *affundatur una pars aceti , & tres vel quatuor partes Urinæ pueri* : addatur etiam aliquid *aluminis & nitri*, & ſi mixtura exſiccata ſit, *nova urina madefiat* , donec laminæ cupri in æs viride converſæ obſerventur.

## Æs viride *juxta le Febure.*

Fit *ex lamellis cupri cum uvis ab expreſſione relictis* mit Weintrauben Tröſter/ ſtratificatis; Nullibi vero melius parari hoc Æs viride ac in *Gallia, Monſpelii*, utpote cujus diſtrictus uvæ, ſingulare quid habere *le Febure* aſſerit , quod Tartarum eſſe credit ſingulari acido volatili præditum, cujus ope cuprum redigitur in materiam hanc, æs viride dictam, & ab eo admodum differt, ait, quod alias ex lamellis cupri cum aceto parari ſolet; vel alibi locorum conficitur.

## Æs Viride Chriſtalliſatum *juxta le Febure.*

℞. *Viride æris Monſpelienſis* libras quatuor, ſubtilliſſime pulveriſatum immitte cucurbitæ vitreæ ac *affunde aceti deſtillati optimi , ut ſex digitos latos ſuper emineat* , cucurbitam

arenæ

arenæ impone, ac materiam contentam *ſpatula lignea ſæpius agitato*, & ſi menſtruum ſive acetum conſpexeris probe tinctum, tum decanta id, ac novum affunde acetum deſtillatum, & ut prius calore arenæ digere ſæpius movendo; ac tinctum decanta, atque laborem hunc, tinctum videlicet acetum decantando, & novum affundendo repete quarta vice, vel donec acetum affuſum non amplius tingitur admodum. *Tum remanentem maſſam viride æris cum aceto hoc, non ſatis tincto, aheno cupreo immitte*, & coquendo ſolve & extrahe, quod ſolvi poteſt, ultra unicas 5. vel 6. vero nil relinquitur, & hoc quidem nil eſt niſi terreſtris materia nullius valoris.

*Omne vero acetum tinctum confundatur, ac frigide per chartam filtretur*, filtratum vero in patella forti, probe vitreata, leni igne evaporetur, & in frigore ad criſtalliſandum reponatur; id quod in filtro remanet, novo aceto deſtillato ſolutum filtretur frigide, & ut prius exhaletur ac criſtalliſetur.

*Liquor poſt criſtalliſationem relictus, de novo ulterius evaporetur*: & criſtalli inde colligantur, ac ſic procedatur usque omnis liquor, ſive acetum tinctum in criſtallos abierit.

*Si vero criſtalli hæ ex viride æris non ſint pulcherrimæ & pellucidæ* inſtar ſaphiri, tum *de novo ſolvantur mediante aceto deſtillato*, cujus tamen haud plus ad ſolutionem requiritur, quam ut criſtalli in frigido in eo liqueſcant. Tum vero ſolutio hæc relinquatur ſpatio 24. horarum, ut ſi quædam fœculentiæ adfuerint,

hæ fundum petant. Poſtea quod clarum eſt, leniter decantetur, quod verò turbidum videtur filtretur; liquor verò omnis tinctus & ſic puratus de novo evaporetur & in criſtallos redigatur. *Criſtalli hæ chartæ impoſitæ leniſſimo calore ſiccentur, ne ſpiritus ſui volatilis jacturam patiantur.*

LE FEBURE porro vult, *ut criſtalli hæ, tam diu novo aceto deſtillato ſolvantur, donec inter evaporandum, acetum prodeat ut affuſum eſt:* tum vero ad ſpiritum inde eliciendum perfectas eſſe criſtallos aſſerit: acetum enim omnino vitriolo huic ſe incorporare, ait, ita ut ſaltem phlegma inter evaporandum evehatur.

Criſtallis ita paratis *porrò jubet affundere ſpiritum vini rectificatiſſimum, ſive Alcoholiſatum*, ad trium digitorum eminentiam, ac viginti horis in digeſtione ponere, poſtea eo rurſus in MB. abſtrahere atque hoc opus ter reiterare, ut eo melius recludatur hoc vitriolum veneris, & ad ſpiritum volatilem reddendum aptetur.

Eundem hunc proceſſum, æs viride criſtallinum, ſive criſtallos viride æris conficiendas, docet ZWELFFERUS *ad Alcaheſt ſuum conficiendum.*

## Æs Uſtum.

Vel fit more vulgari dum *laminæ cupri in furno reverberii vel ſigulino tam diu reverberantur*, donec conteri & in crocum quaſi redigi queunt.

Vel

Vel ℞. *fruſtum cupri oblongum*, *candefac* igne ſatis forti, donec ſcintillet, tum ſubito ex igne extracto *applica fruſtum ſulfuris* & extemplo cuprum liqueſcet, ac in vas, frigida, repletum delabetur.

Hic vero modus conficiendi æs uſtum, compendioſius eſt illo, qui fit, dum *laminæ cupri in tigillo cum ſulfure ſtratificatæ pluribus ambagibus in idem æs uſtum calcinatione rediguntur.*

Hoc æs uſtum *Emplaſtris & Unguentis ſolet admiſceri, ad ulcera fiſtuloſa ſiccanda, & humorum ſive ſaniei acrimoniam imbibendam.*

Melius tamen erit, ſi cuprum ope ſulfuris ſic ſimpliciter calcinatum, & pulveriſatum in furno reverberii per tres dies reverberetur, *& in crocum rubrum vertatur, ad emplaſtra & unguenta tum magis utilem, & recluſum.*

## Æthiops Mineralis *Harris.*

℞. ☿ *vivi* & *Florum* 🜍 aa. p. æq. probe mixta *deflagrent*, *& calcinentur*, ut redigantur in pulverem nigrum.

Vel ℞. ☿ *vivi* p. iiij. *Florum* 🜍. part. iij. Agitentur in mortario vitreo, *donec omnes globuli mercuriales penitus evaneſcant*, & maſſa redigatur in pulverem fuſcum tenuiſſimum, qui paulatim aſſervatus maxime nigreſcet, ad uſum aſſervandus.

*Eſt ſpecificum ad expellendos lumbricos*, ubi puero 13. annorum à ℈j. ad ʒß. exhibetur mane & veſperi, quarto tamen quoque die alvum laxando. Præterea *cum Balſamo Copai-*

*va*

*va ac rob juniperino propinatum gonorrhæam Veneream curat*, item *ſcabiem inveteratam profligat*, & *diaphoreticis* ſi miſcetur, *ſudorem*, purgantibus vero catharſin promovet.

## Alcaheſt Glauberi

℞. *Nitri puriſſimi* ℥iiij. vel q l. repleatur eo crucibulum, fortiſſimum ignem ferens, ad dimidias, ne inter ebulliendum, nitrum oras crucibuli transgrediatur: imponatur tum crubiculum carbonibus accenſis, & *permitte fluere inſtar aquæ*, tum vero *injiciatur aliquid carbonumpulveriſatorum*, qui maximum cum nitro efficient ſtrepitum, & conflictum; quo finito *continuetur carbonum pulv. injectio*, & *deflagratio*, *donec ſtrepitus ex injectis corbonibus non amplius obſervatur* & nitrum in crucibulo ſiccum ſub maſſa virideſcente in fundo ſubſidet; eſt opus dimidiæ circiter horæ.

Hoc labore peracto *repone crucibulum in loco frigido 24. horis*, ut ex humiditate attracta maſſa ex crucibulo removeri queat, & in cella laminæ vitreæ impoſita, in liquorem deliqueſcat; qui liquor tum filtretur & uſui aſſervetur.

*Vocatur hic liquor* alias *Liquor Nitri Fixi*, *quem* GLAUBERUS tanquam celeberrimum menſtruum alcalinum, *nomine Alcaheſt donavit*, cum in corporibus ex tribus regnis, ſolvendis non ſit inidoneum.

*Præprimis vero ſolvit reſinas* & *gummita*, quæ ita aperit, *ut poſtea beneficio alcohol vini genui-*

*genuina tinctura elici queat.* Cum enim omnia ſulfura concreverint beneficio acidi, hoc alcaheſt, alcalinum acidum illud deſtruendo, vinculum eorum infringit, & partes ſulfureas recludit, ut tum aliis menſtruis partes reliquæ ſeparari poſſint facilius.

*Sumitur vero Reſina,* vel gummi aut aliud ſubjectum vegetabile contuſum, aut minerale calcinatum, *cui in vitro affunditur hoc Alcaheſt, ut bene madeſiat*; Tum digeſtio fiat horarum 24. ſpatio vaſe aperto *ad ſiccitatem usque*: Poſtea *affunditur alcohol Vini ad digitorum aliquot ſupereminentiam* ſic horarum aliquot ſpatio leni calore, reſolutas particulas extrahit. Tum vero Tinctura effundatur, remanentia autem denuo 24. horis digeratur, poſtea novum vini alcohol affundatur & ut prius procedatur, atque hic labor reiteretur donec alcohol affuſum haud amplius tingitur.

Tandem *alcaheſt à capite mortuo relicto, mediante aqua per noctem digerendo rurſus extrahi & recuperari poteſt*; filtratur nimirum poſt digeſtionem aqua, & ad ſiccitatem evaporatur, ſiccum vero alcaheſt reverberatur, iterum aqua ſolvitur, filtratur & exhalatur, tum in cella denuo deliquatur, & habebis ſic incorruptibilem alcaheſticum liquorem. Experimenta poſſunt inſtitui cum *ſuccino, myrrha macere*, & aliis omnibus vegetabilibus quæ alias difficillime ſolvuntur.

## Alcohol Vini *Helmontii.*

℞. *Salis* ♀ *ſiccisſimi* ℔ j. *Spir. Vini opt.* menſ. j. ſive ℔. vj. immittantur cucurbitæ, *agitentur invi-*

*invicem, tum* ſtent per biduum probè clauſa in loco frigido, ubi *phlegma à ſale* ♀*i imbibitur ſupernatante ſpiritu*, quem decanta, cautè, & recenti ſale ♀i ſicco affunde, atque hoc opus reitera, donec ſpiritus vini ſive alcohol, ſal ♀i non amplius humectet, ſed in ſiccum relinquat, tum ſi lubet. *poterit vel decantari, vel ex phiola* in MB. *in alcohol evehi.*

## Alcohol Vini *Boylei.*

℞. *Tartari ad albedinem calcinati* (nam ut in ſal redigatur neceſſarium haud comperio) & *probe ſiccati* q. ſ. ut cucurbitæ prolixæ fundum, ad pollicis unius eminentiam tegat. Tum huic *affunde Spir. Vini ſemel ſaltem rectificati*, tantum, ut tartarum calcinatum ad unius digiti latitudinem ſupernatet, dein capitello & recipulo probè affixis, *blando calore evoca ſpiritum:* Mutato ſi lubet recipiente, ſi dimidium extillarit: vel omnem ſpiritum evoca, & ſuper recentem ♀um calcinatum ut prius rectifica.

Refert vero BOYLE, ſe mutatis ſubinde recipulis, experimenti cauſa, ſpiritum excepiſſe, & ultimo prodeuntem, tam ſubtilem comperiſſe ac priorem, cum ultimus tam conflagratione abſumeretur, ac ille qui primo aſcenderat:

Tartarus vero in fundo remanens poteſt ſiccari, reverebari, & ad hoc negotium rurſus uſurpari,

*Vaſa verò deſtillatoria ad hoc opus ſint alta & gracilia*, nam *in latis* & humilibus *experimentum haud ſuccedere*; advertit laudatus BOYLE.

Alco-

# Alcohol Vini *Glauberi*.

℞. *Tartari crudi pulv.* ℔ j. *Salis* 🜿*i probè ſiccati* ℔ß. probè mixta immittantur cucurbitæ,*ut quarta pars maneat vacua* , tum eis ſuperaffunde *Spiritus vini rectificatioris* ℔ iij. & ſubito adpoſito capitello, & juncturis exactiſſimè clauſis, leniſſimo igne adhibito , *aſcendent ex pugna ſubtiliores ſpiritus vini particulæ*, ſimiles è ſale 🜿 i ſecum evehentes,*inſignis uſus & effectus in Podagra, Calculo,* &c.

*Vires horum Alcohol, ſive Spiritus vini per alcali rectificatiſſimi, multò præſtantiores ſunt in extrahendis quibuſcunque ſimplicibus* quam illius per Deſtillationem ſimpliciter rectificati, acuatum enim eſt illud alcohol particulis quæ facilem impreſſum præbent , atque vires medicamentorum exaltant,ut efficacius operentur.

*Ubi verò mineralium vel metallorum Tincturæ ſunt extrahendæ , tum melius erit ſumere alcohol vini abſque conſortio alcalino paratum ,* quale eſt ſequens ; imo & tunc *ſpiritus vini Rhenani, aliis in extrahendo*, ob majorem acidi vim *potentior exiſtit*, præprimis ſi ſuper 🜿um crudum aliquoties loco alcali 🜿i rectificatus fuerit,ad ℔xij. *ſpiritus vini,* 🜿*i, crudi perſati* ℔j. ſumendo.

# Alcohol Vini *le Mort*.

℞. *Vini aduſti , ſive ſpiritus vini vulgaris,* q.l. immitti veſicæ, & *leniſſimo igne per ſerpentinam ſtanneam deſtilla* , ad mediam fere partem. Spiritus prolectus denuo rectificando ad

ad dimidias abſtrahatur leni igne, & prodibit alcohol vinî ſive ſpiritus omni phlegmate liber, qui in vitro probe clauſus aſſervandus.

*Signum boni Alcohol vini eſt*, ſi deflagrans pulverem pyrium accendit, vel quod *magis perfectum ſignum eſt*, ſi cum probe ſiccato ſale alcali calcinato miſceatur & comburatur, *perſtante priſtina ſalis ſiccitate*.

*Vires omnis Alcohol vini ſunt famoſiſſimæ*, præterea enim, quod menſtruum præbet ferè univerſale in Pharmaceuticis & Chimicis ſolutionibus; *in Medicina non minus ejus uſus, & effectus, ſatis deprædicari poteſt, omni enim reſiſtit corruptioni & putredini*, multos enim in annos in eo incorrupta manent *animalium corpora*, curioſitatis gratia aſſervata.

*Inter Medicamenta cerebro & nervoſo generi dicata primas tenet*, omnium enim aquarum *Eſſentiarum, Tincturarum, Apoplecticarum Cephalicarum* &c. eſt vehiculum & menſtruum neceſſarium; imo quarumlibet Eſſentiarum Tincturarum aperientium, *ſudorem elicientium* &c. eſt conſtitutivum nunquam omittendum, ſed per ſe & abſolutum requiſitum.

Quid in externis præſtet, experimur *in Chirurgicis*, ubi ad *reſolvendos tumores, ad ulcera corrupta purificanda*, cœteris paribus nil eſt quod ei par ſit.

*In combuſtionibus* ſi ſubitò applicatur, ſtatim omnem ignem & dolorem extrahit &c.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS fit, ſi ſuper ſal ♆i funditur ſpiritus aliàs rectificatus; tum ſi quid phlegmatis adhuc adeſt, ſali

ſali ♀iſe jungit, deſtillatione vero evocatus ſpiritus, illo phlegmate orbatus, tanto ſubtilior evadit, & *puriſſima ſaltem vini Spiritus pars aſcendit quasdam ſalis ♀i particulas ſecum rapiens*, unde Spiritus vini ♀ſatus audit & *menſtruum præbet optimum, ad Vegetabilium vires extrahendas.*

## Amalgama Argenti, Auri *&c.*

℞. *Argenti cupellati, vel auri per antimonium fuſi* & ſubtiliſſime limati, aut foliati ℥ß. ☿ii *vivi optime depurati*, ſi in medicina debeat eſſe ejus uſus. ℥vj.

*Mercurius immittatur crucibulo*, qui carbonibus imponatur candentibus, & *dum ille fumum emittere* vel in fumum abire *incipit*, pro ſigno eum ſatis eſſe calefactum, ei *infunde, aurum, vel argentum limatum* aut foliatum in alio tigillo ſimul calefactum, ac cum ſpatula lignea immiſce, & ſi tum ulterius mercurium fumare vides, remove ab igne, & amalgama mortario lapideo infunde, & *piſtillo lapideo probe tere, ut probe uniantur mercurius & metallum.* tum ſi ☿ius exhalari permittitur, remanet calix Auri vel argenti quæſita.

Hac methodo ex reliquis metallis, ♂e ſcil. & ♀re cum ☿io poſſunt & ſolent fieri amalgamata, ſumuntur vero hæc metalla ſubtiliſſime limata, & cum aa. ☿ii calefacti miſcentur, ſingula calefacta ſeorſim, & terendo in amalgama rediguntur.

Si *ex Stanno* vel *Plumbo* amalgama ſit conficiendum, *fluant in crucibulo*, tum effundatur hoc vel illud in aliud crucibulum frigidum,

*& ſtatim affundatur mercurius vivus*, ſic miſcentur ambo,& conſtituunt maſſam mollem,amalgama vocatam.

## Amalgama Argenti & Auri *juxta methodum le Febure.*

℞. *Auri terper antimonium fuſi, in tenues lamellas deducti*, & in particulas minimas conciſi,partem unam, huic in crucibulo candefactæ,infundantur ☿ *vivi in alio tigillo itidem, usque dum fumare incipiat calefacti* partes ſex, atque ſpatula lignea invicem miſceantur, & dum ambo unita obſervantur, infundantur patinæ ad dimidias aqua repletæ, hoc facto decantetur aqua, & recens affundatur, atque probe agitando ſæpius *quaſi lavetur amalgama*, donec eadem claritate ac effuſa eſt aqua effundatur, *& amalgama ab omni impuritate & nigredine depuratum exiſtat.*

Qua encheyreſi ☿ius abſtrahi debeat, ut calx Auri vel argenti remaneat, *vide de calce Auri* &c.

ZWELFFERUS ad *Auri* ℥j. ut amalgama fiat,ſumit ☿*ii vivi* ℥viij ac ut modo dictus *Febure* docet, procedit. Tandem amalgama Sale & Aceto aquæ additis,lavare & à nigredine depurare præcipit, ut æthereum acquirat colorem.

*Aurifabri amalgama hoc, ſuis argenteis vaſis deaurandis, illinunt, ac carbonibus candentibus, mercurium exhalare permittunt*, ſic aurum argento firmiſſime adhæret, quod tum ut pelluciditatem acquirat ſingulari methodo,

pro-

procedunt; Sumunt vero hi neque Aurum neque argentum vivum, depurata, ſed prout eis ſunt ad manus; & ſi amalgama liquidum nimis eſt per corium exprimunt.

Si vero *ad medicamenta* ex auro conficienda expetitur amalgama, neceſſario ambo & *aurum & mercurius probe depurata* requiruntur.

## Antihecticum Poterii, *alias Antimonium Diaphoreticum Joviale dictum.*

Varia conſuevit fieri methodo. CLARISS. WEDELIUS ſumere jubet *Reguli Antimonii* p. j. & *Jovis ſive ſtanni puriſſimi* p. ij. ambo fundit ut inde fiat regulus, tunc pulveriſatum & *cum Nitri pulveriſati triplo mixtum detonat*, in calcem ex albo cæruleſcentem, quem cum aqua pluvia tepida edulcorat & terendo ſolvit, ut partes regulinæ inter calcinandum ſeparata removeri queant.

Cl. ETTMULLERUS recipit *Reguli antimonii ſimpl. optime depurati* part. iiij. & *Stanni puriſſimi* part. v. hæc fundit in regulum & tum pulveriſatum *cum Nitro triplo* ſubtiliſſime pulv. miſcet & *detonat*; *ac per horam igne* forti calcinat, *ut fiat album*, *non enim debet*, ita monente Cl. ETTMULLERO *cæruleum pro ſe ferre colorem*, *cum ſic vires obtineat vomitorias*, utpote de Sulfure Stanni volatili adhuc participans; hinc dum mixtura eſt in fuſione, agitetur bacillo ligneo, ſic flammam eructat, & ſulfure Stanni avolante candidum relinquitur

tur antihecticum, ſine periculo vomitionis tutum. *Medici Baſileenſes & Scaphuſani in Helvetia, ſumunt Reguli antimonii martialis, & Stanni puriſſimi Anglici* aa part. æq. fundunt in regulum ; quem pulveriſatum miſcent *cum Nitri triplo*, & per vices detonant, ac paulisper calcinant ; poſtmodum cum aqua frigida edulcorant, & craſſum à ſubtili ſeparant, tum ſiccant, & pulverem coloris cærulei ad uſum ſervant.

*In collectaneis Leidenſibus* D. MAETS ſequentem ſequitur proceſſum. ℞. *Reguli antimonii.* p. ij. *Stanni Anglici opt.* p. j. vel aa. part. æq. Fundantur in crucibulo, & ubi probe fuſa ſteterint, effundantur, ac quamprimum refrigerata extent, redigantur in pulverem tenuem; cui admiſce *Nitri purificati circiter partem dimidiam vel aa. part. æq.* ac probe contrita ac mixta detonentur in crucibulo, calcinatione peracta, Nitrum ablue, & pulverem edulcora, & ſubtile à grumis ſepara ac ſerva.

Modus utendi eſt, ut à gr. v. ad vj. & ultra eo usque aſcendatur, *donec æger nauſeam ab eo percipiat, tunc ab ea dosi paulo remittitur, atque ita continuatur ſingulis diebus talem doſin propinando, donec obſervetur operari per urinas.*

Sic hac methodo *curantur ulcera inveterata & maligna*; quæ ita miteſcunt, ut vel per inſperſum Pulverem vel *per Emplaſtr. incarnativa* dicta, quale præ aliis eſt *Emplaſtr. opodeldoch.* facile conſolidentur.

Præterea quod *humorum acrimoniam* demulceat, vulgo exhiberi ſolet *in incipiente extenu-*

*tenuatione Hectica*, in confirmato vero hoc malo, niſi cum Decocto Pectorali vel humectantibus aliis propinetur, haud ſemper tutum eſſe uſum monet Cl. BINNINGERUS ad Cl. WEPFERUM. Sæpe etiam conducit *in mulierculàrum teneriorum ebullitionibus*. Operatio aliquando fit per ſudores, ſæpe etiam per vomitum aut ſeceſſum, &c.

## Antimonii Balſamum, Butyrum &c.

vide *Balſamum antimonii, Butyrum antimonii* & ſic de reliquis ex antimonio emergentibus.

## Antimonii Calcinatio *ex præcipuorum Chimicorum mente & experimento.*

℞. *Antimonii pulcherrimi* q. l. immittatur & *extendatur in vaſe figulino amplo & lato non vitreato*, & ſub camino mediocri igne imponatur ut fumare incipiat, *tunc ſine intermiſſione moveatur tudiculà ænea*, non ferrea *juxta Zvvelff.* ne in cumulum confluat & in grumos concreſcat. Hoc vero *ſi contingat in pulverem denuo redigantur grumi, & continuetur agitatio* donec ſenſim in pulverem gryſeum, ſive calcem cineream abeat. Et ſi tum antimonii quædam portio calcinata eſt, nec amplius fumet, neque mediocri igni adhibito confluat, tum *ei ſubito plus antimonii crudi adjiciatur*, ſic non tam

eo citius calcinabuntur adjecti crudi ♁ particulæ, ſed & eo minus confluent & conglobabuntur ob calcinatas terreſtres intermixtas, atque ſic porro prioribus antimonii partibus calcinatis, iterum atque iterum nova ♁ crudi pulv. portio admiſceatur & calcinatio continuetur, donec ſufficiens quantitas calcinati ♁ habeatur. *Quæ calx ſaltem ad Vitrum inde conficiendum parari ſolet, ac mox poſt calcinationem in uſum dictum adhiberi debet.*

## Antimonium Diaphoreticum vulgare, prout hoc docet *le Mort, Lemerii* & alii plures.

℞. *Antimonii crudi* ℔ß. *Nitri puriſſimi* ℔jß. in ſubtiliſſimum pulverem ambo invicem redigantur; de hoc pulvere parum immittatur ollæ ſatis capaci vitreatæ candefactæ, ac carbone accendatur, ſic detonabit, tum ſubito per vices omnis pulvis ingeratur, donec omnis detonatione conflagravit, tum *olla per dimidiam horam detineatur in igne, ne tamen fluat maſſa.* Tunc ollam injice aquæ pluviæ calidæ, ſic ex tempore omnia cum fragore diſſolventur ſalia, quæ cum aqua ſupernatante effundantur, tum *iterata aquæ affuſione materia agitetur, donec à pulvere innatante lacteſcat, quam effunde, & novum affunde,* donec ſic per vices omnis antimonii calx ab olla per aquam ſit ſeparata, à qua ſubſidente tunc aquam decanta, & pulverem inſipidum ſicca & ſerva.

LEMORT præ crucibulo ad hoc opus *ollam vitreatam elegit*, cum majorem copiam recipere queat, ac præterea maſſa denotata facilius ab ea ſeparari ſe patiatur.

ZWELFFERUS Recipit *Antimonii pulv.* ℔j. *Nitri puriſſ.* ℔ß. ♀*i albi* ℥iii. hæc ſubtiliſſime pulveriſata & mixta *denotat per vices* in crucibulo, mediante carbone candente accendendo. Hanc denotationem tertia vice repetit, eadem quantitate Nitri & ♀i, relictæ priori calci, addita. Tandem aqua edulcorat, edulcatum vero & ſiccatum pulverem, crucibulo immiſſum aliquot horis calcinat, ad majorem fixitatem, & vim adſtrictoriam ipſi conciliandam.

*In edulcoratione relinquere jubet craſſiores partes quæ cito fundum petunt*, ſolo aſſervato pulviſculo, qui leviter commotæ aquæ innatat.

*Tartarum addit ad antimonii exactiorem recluſionem.*

LE FEBURE alia procedit methodo, nimirum recipit *Nitri depurati pulcherrimi & ſicciſſimi* partes. ij. & *Antimonii pulcherrimi* p. j. ſingula ſubtiliſſime pulveriſata miſcet, ac in olla vitreata vel crucibulo, ignito per vices denotat. *Hoc facto addit adhuc tertiam Nitri ſicciſſimi partem*, ac fluere permittit, ut ſpiritus Nitri maſſam probe penetrent, continuat vero ignem tum per duas adhuc horas, & poſtea refrigerari permittit, ac *ut in proceſſu le Mortiano dictum* pulverem ſeparat ab olla & edulcorat.

*Si detonatio inſtituitur per retortam tubulatam ignitam*, adpoſito recipiente magno, cui aquæ cardui ben. aliquid ineſt, negligenter ſaltem adpoſito, *tum ſimul colligitur clyſſus, & flores*, qui mediante hoc acido *figuntur in Bezoardic. pulverem*, inſignis uſus nimirum ſexies vel ſæpties ab illis floribus in retortæ collo tam, quam recipiente collectis & ablutione unitis abſtrahitur clyſſus ille, ſic tandem repetitis cohobationibus figuntur, & ut dictum *Bezoardicum egregium conſtituunt.*

Si *Pars quædam* materiæ calcinatæ *absque edulcoratione aſſervatur, præbet egregium laxans* ad ʒſs. data, præcipue in febribus ardentibus, ubi adſtricta alvus reſeranda venit; ob nitrum etiam adhuc commixtum ſimul calorem febrilem demulcet.

*Vires vero Antimonii Diaphoretici vix ſunt ſenſibiles*, licet vulgó ſudores movere perhibeatur, quod tamen raro accidit.

LE MORT hanc antimonii calcem potius ab acido Nitri dependere credit, neque vero vires, alcalicæ ejus energiæ adſcribi debere contendit, imo ſe nunquam, ejus, cum acido quovis, effervescentiam obſervaſſe, aſſerit; proptereaque vero ſimiliter credit hanc *calcem nil aliud eſſe, quam ipſum antimonium potiori ſulfure & ſale privatum. Falſumque eſſe ait, quod acidum in noſtro corpore deſtruat*, ſed quidquid agit, illud ratione ſuorum purorum, & forte tantum ratione acidi nitri ipſi calci intimius permixti efficere: probat hoc inde, *quod idem pulvis à Spiritu Nitri acido citra detonationem fieri queat, uti Bezoardicum minerale*

*vale deſtatur*, ubi ſi quid alcalici ſupereſſet, hoc per acidum plane tolleretur. Alias alii de ejus viribus mira deprædicant, ad depurandum ſanguinem, modo per plures dies in uſum veniat: Doſi ℈ß. ad ʒß. & ultra. In *quo tamen conſiſtat illa tantopere prædicata ſanguinis depuratio, nemo explicat*, præcipue cum de ejus vi vel alcalica abſorbente, aut qualem onixa vel acida exerunt, omnes ambigamus; mihi ſane rariſſimus ejus hactenus fuit, & manebit uſus, cum manifeſta alcalica tam, quam acida & enixa proſtent. Præprimis etiam vires ſuas, inſtar calcium aliarum, ultra primas vias, teſte mihi Cl. ETTMULLERO, vix extendat.

*Cautela, quam olim* ZWELFFERUS magni faciebat, nimirum *Antimonium Diaphoreticum tractu temporis* aeri expoſitum *malignam induere naturam*, & pro ſudore vomitum excitare, *mihi ignoratam vomitus talis modi cauſam, indicare videtur*, obſervamus enim ſæpe ab abſorbente etiam ſimplici excitari vomitus, *quando ſaburra turgeſcit, & ad vomitum proclivis exiſtit.*

Et poſito Antimonium hoc calcinatum ex aere quid attrahere, tamen *nitroſum hoc foret*, id quod minime malignum prædicari poterit; Si mihi abſorbens talem effectum vomendo edit, libenter audio, tum certus, ſaburram illam alia methodo eliminandam eſſe, & facillime etiam vomitorio eliminari poſſe, *neque vero cauſam innocuæ vel calci antimonii, vel alteri abſorbenti, adſcribo.*

## Antimonium Diaphoreticum *Helmontii, quod in Collect. Leid. traditus Marggraffi.*

℞. *Florum ♁ii rubr.* bene edulcorat. & ſiccat. ac pulveriſat. ℥j. *Nitri puriſſ. pulv.* ℥ij. Miſceantur exacte, & in crucibulo bene ignito, ſucceſſive materiam ingerendo, fiat detonatio, & relinquetur maſſa alba ad flaved. inclinans quæ adhuc calida & mollis ex crucibulo auferatur mediante ſpatula. Tum edulcoretur & ſiccetur, ac uſui aſſervetur pulvis.

Et teſte HELMONTE quidem, *præbet eximium Diaphoreticum, & ſpecificum in Febribus tam continuis quam intermittentibus.* Doſi ℈ß. ad ℈j. vel ʒß. vel ultra.

## Antimonium Diaphoreticum Martiale Cachecticum *Cl. Ludovici.*

℞. *Limatur Ferri ſubtiliſſ.* ℥ij. in crucibulo ignitis ſucceſſive adde *antimonii crudi* ℥iiij. ac *inter liqueſcendum maſſam continue agita* cum ſpatula, *ut in ſcorias ſalem omnia abeant*, quas ſepara, & ſi quid reſtat antimonii quod nondum in ſcorias eſt redactum, ei adde novam limaturam ferri candefactam, & repete fuſionem & agitationem, donec omne antimonium cum ferro in ſcorias fuit redactum, *quam ſubtiliſſime pulveriſato, & cum tribus Nitri pulcherrimi & ſicciſſimi pul-*

*pulveriſati partibus miſceto & detonato*, leniterque calcinato, ac Pulvis luteus ſervetur ad uſum.

*Beatus noſter* Cl. ETTMULLERUs hanc tradit encheyreſin ad conficiendum Diaphoreticum martiale v.g. ℞. *Limitaturam* ♂ operi deſtinatam, *expone eam patellæ apertæ* & ſupra carbones exacte candeſcat, tum *ei ſucceſſive aſperge antimonium minutim pulveriſatum*, ſemper materiam bacillo ferreo agitando, & in ſcorias abeant, neque vero regulus ſeparetur. Sumit ingredientum ♂ & ♁ aa. p. æq. *vid. comment. Ludov. ſcorias tum cum triplo Nitri calcinando figit.*

Vel recipe ♁ p. j. & ♂ p. ß. liquefiant debito igne, deinde refrigeratam maſſam cum triplo *Nitri* mixtam & pulveriſatam detonato, poſtea edulcorato; ſic minori cum moleſtia medicamen hoc confici poſſe, exiſtimat D. BARCKHAUS.

Vel ℞. *Limatura Ferri & Nitri pulv.* aa. p. æq. detonentur prius & calcinentur paulisper. Tum *ſume Maſſam hanc, & antimonii* aa. p. æq. & *Nitri puriſſimi & ſicciſſimi pulv. ad pondus omnium*, miſceantur omnia & in tigillo calcinentur per dimidiam horam; Poſtea exime, edulcora & ſerva Cl. LUDOVICI *medicamentum hoc admodum prædicat in Cachexia Ictero & Scabie* à ℈ß. ad ℈j. & ultra, *pellit ſudorem, & catharſin nonnunquam movet.* Aſſervetur vero ſaltem pulvis leviuſculus, qui cum aqua decantando effluit, quod vero in fundo craſſum ſubſidet, removeatur; maſſa autem aquæ immiſſa in mortario lapideo bene con-

conteratur & aqua decantetur pulvere ſubtiliori imprægnata.

## Antimonium Diaphoreticum Solare *Zwelfferi.*

℞. *Reguli antimonii puriſſimi* ℥ij. *Auriſini & puri* ʒij. Fundantur in crucibulo igne forti & illico effundantur in mortarium calidum, *ne regulus denuo cadat.* Hujus *Reguli Aurati & ſubtiliſſ. triti* ℥ij. circiter, adde *Nitri puriſſ.* ℥j. *cremoris* ♀i ʒv. Hæc in pulverem redacta ſubtiliſſimum, & mixta, in crucibulo candente detonentur.

Peracta detonatione hac prima, maſſa reſidua in pulverem conteratur, additisque ut ab initio *Nitri puriſſ.* ℥j. *& cremoris* ♀i ʒß invicem pulveriſatis & mixtis fiat ut prius in crucibulo candente detonatio; atque hic labor etiam tertia vice, eadem Nitri & crem. ♀i quantitate addita, repetatur. Poſtea Maſſa reſidua in pulverem redacta edulcoretur affuſa ſæpius aqua tepida, pulvis vero relictus ſiccetur, & in crucibulo horis aliquot moderate calcinetur, ſic *efficietur pulvis ſubflavus vires Antimonii Diaphoretici vulgaris, ratione pretii ſaltem ſuperans* Doſi ℈ß. ad ʒß.

## Aqua Apoplectica Mineralis *Zwelff.*

℞. *Crem.* ♀i ℔j. *Minera Antimonii* ℔iß. Deſtilletur ex his tritis & commixtis per retortam igne moderato Spiritus acidulus, qui re-

ctificetur. *Spiritus hujus* unciis ſex, adde *Spiritus viride æris* ℥iij. *Spir. Saturni ardentis* ℥ß. *Spirit. vitrioli volat. ſulfures*, ab acido ſuo Spiritu rectificati ℥iiij. & miſceantur ad uſum.

Doſis eſt à ℈ß. ad ʒj. vel ʒij. cum vehiculo idoneo.

## Aqua Benedicta Rulandi *Hartmanni &c. alias Vinum Emeticum.*

℞. *Croci Metallorum, ſive vitri* ♁ quantum libuerit, *affundatur huic, vel illi, vinum ad eſt digitorum eminentiam* digerantur per triduum, ſæpius de die movendo, tum facta imprægnatione ſufficienti, vinum decantetur & ad ſubſidendum reponatur, ac *ſi quid interea fundum petat, denuo decantetur vinum* & uſui aſſervetur. Datur à ʒj ad ℥ij. tum & *in alvo pertinaciter obſtructa clyſteribus ad uncias aliquot immiſcetur.*

## Aqua Calcis Vivæ *le Febure.*

℞. *Calcis vivæ probe uſtæ, recentis*, *adhuc* in fruſtris, nec ab aere in pulverem verſis, vel alteratis, ℔iiij. immitantur vaſi ſtanneo, ac deſuper affundatur *Aquæ pluviæ, vel fontanæ ut dimidium pedem emineat*, interdum ſpatula lignea miſceantur, & quando aqua, alcali calcis vivæ videtur ſatis imprægnata, tum eam claram decanta, quod turbidum eſt filtra & ad uſum aſſerva.

Pote-

*Poterit porro altera & tertia vice aqua affundi relictæ calci*, & quælibet aqua imprægnata ſeorſim aſſervari. Calx vero ipſa remanens in filtro tandem in globulos formari, hi vero ſiccari & aſſervari poſſunt; tanquam *Calx viva præparata*, quæ *absque morſu ſiccat*, *& ulcera inveterata ut eo facilius conſolidentur*, *adjuvat*, imo in ambuſtis egregiam fert opem, præcipue cremor, in ſuperficie aquæ collectus & aſſervatus.

*Aqua Calcis vivæ*, præterea quod in ulceribus depaſcentibus ſit remedium ſat validum, eſt item baſis Aquæ contra Gangrænam, & Aquæ Ophthalmicæ, ut aliarum plurium,

*Aquam Calcis vivæ admodum extollit* Cl. ETTMULLER, *comment. Ludov.* ſive enim ſolitarie *ſive cum tertia parte Spir. vini acũatur*, præſtare eam ait *in inflammationibus diſcutiendis*, ut & *in Scabie & ſerpigine* curandis. Refert porro ſe mulierem, punctura acus in imo digiti tendinem lædentem, & brevi poſt ſigna imminentis gangrænæ ad cubitum usque ſe monſtrantem; reſtituiſſe *Balſame ♀is læſo digito applicato*, ipſi vero brachio. *Aqua Calcis vivæ impoſita.*

Sic & in ambuſtis curandis eam excellere asſerit. Si ſumatur *Aquæ Calcis vivæ* probe imprægnatæ q. l. ei affundatur *Oleum roſarum*, ac hinc inde agitentur ut in conſiſtentiam butyri quaſi abeant, ſic inde aquiri remedium in ambuſtionibus tam, quam aliis cauſibus vix par habens.

*Cremor Calcis vivæ*, quæ inſtar pinguedinis, ſive cutis, Aquæ ſupernatat, *optime conducit in ulceribus diaphoreticis*, id eſt, illis quæ nolunt cicatri-

catriſari, quemadmodum & ipſa calx viva poſt aquæ elutionem reſtans redigi poteſt in linimentum & ambuſta, & ulcera alia egregium.

## Aqua ad Cutis quæque Vitia *Williſii.*

℞. ☿ *ſublimati* ℥ß. ▽ *fontanæ*, vel *flor. Fabar. Sigilli Salomonis* &c. ℔ß. immittantur patinæ ſtanneæ, & ita ſtent 24. horarum ſpatio, ſæpius ligno agitando, & liquor nigreſcet, qui vero tandem filtratus clarus evadit & ad *Serpigines, Lichenes, puſtulas Scabioſas*, præbet medicamentum non contemnendum. Et ſi liquori filtrato adduntur ☿ij *dulcis & ſachari Saturni* aa. ℨij. vel iij. ſubtiliſſime trita, ac hæ ita mixta uſui reponuntur, longe præſtantius fit liquor *etiam ad ulcera quæque ſordida & maligna mundificanda*, & ad conſolidationem deducenda.

## Aqua Divina *Fernelii.*

℞. *Aquæ plantaginis*, vel *aquæ calcis vivæ* ℔ j. ☿*ii ſublimati* ℨj. diſſolvatur ☿ius in aqua & filtrata ſervetur ad uſum. Vires ejus ſunt inſignes in mundificandis ulceribus malignis, maxime venereis.

Vel juxta CARDILUCIUM. ℞. *Aquæ Plantag.* ℔ iij. ☿*ii ſublimati* ℥ß. coquantur donec una tertia, vel dimidia pars ſit decocta, prout vel debilior vel fortior expetitur, tum addantur *camphoræ* ℨij. terantur probe, poſtea filtretur aqua, & ſervetur, ac cum petiis applicetur. In ocu-

oculorum vero affectibus miſceatur cum alia aqua ophthalmica, & oculis inſtilletur.

## Aqua Fortis *Le Mort.*

℞. *Nitri pulcherr.* p. j. *Vitrioli Goslar.* p. ßi alii ut *D. Margraff. in Coll. Leid.* item *Lemerii, Le Febur* &c. ſumunt aa. p.æq. *Vitriolum nonnulli ad albedinem calcinant* . ut eo fortior reddatur Aqua; alii eum abſque calcinatione Nitro admiſcent.

*Probe vero pulveriſata & commixta retortæ immittantur* vel terreæ, ferreæ, aut vitreæ loricatæ, ita tertia pars reſtet vacua; Facto hoc ponatur in furno reverberii, ipſique *amplum recipiens vitreum vel terreum adaptetur* , ita tamen ut in collo recipientis rima relinquatur, quæ occludi pro lubitu queat, ut impetu ab initio ſpirituum, tandem ceſſante reliquis exitus impediatur, ab initio vero illis exitus aliquis pateat, nec recipiens periclitetur: id quod tamen præcaveri comode poterit, ſi retortæ & recipientis commiſſuris probe clauſis, lentus ſaltem adhibetur ignis, donec ſic ſenſim retorta calefacta ignis pededentim augeatur, & Spiritus ſub nebularum rubicundarum forma exire incipiant, ubi tunc fortiori ignis gradu urgeatur per horas 12. vel ultra, vel *usque dum ſpiritus rubicundi exire ceſſant. & vas recipiens ſponte refrigeſcere incipiat.* Quo obſervato, ab opere ceſſa; *alias ſi ulterius urgeres, etiam ex vitriolo aſcenſuri eſſent ſpiritus* , *qui aquam fortem adulterarent,* ut ægre argentum aggrederetur. Finita ergo ope-

operatione recipiens abſtrahe, & aquam Fortem exime & ſerva.

Quo magis vitriolum calcinatur, eo fortior inde emergit Aqua Fortis prolecta, ſed minori quantitate: Hinc *ſufficit Vitriolum ſaltem in ſole vel hypocauſti calore calcinatum, utpote tertia ſaltem phlegmatis admixti parte privatum.*

Tantum vero acquiritur Aquæ Fortis, *quantum ponderat Nitrum*, Vitriolum enim aquoſis ſuis particulis liberat ſpiritus in Nitro contentos, atque eos evehit.

Hinc & *inter Spiritum Nitri & Aquam Fortem exigua intercedit differentia*; atque Nitri ſpiritus, Aquæ Fortis vices ſupplere optime poteſt.

Spiritus vero in vitriolo contenti, utpote ponderoſiores, ſpiritus in Nitro contentos expellunt, & in eorum locum ſe recipiunt, atque poris Nitri, ſpiritibus liberatis ſe inſinuant, hinc & *facilius aſcendunt hac encheyreſi ſpiritus Nitri, quam ſi alteri, intermedio ſicco Nitrum commixtum in ſpiritum deſtillatur.*

*Vires Aquæ Fortis quod concernit, conſtituit famoſum illud menſtruum, quo in Chymia, Metallurgia, Arte tinctoria &c. artifices carere haud poſſunt.*

*Si Argentum* in ea ſolvendum veniat, ad uſum Medicum, tum ab impuritatibus admixtis *prius liberari & depurari debet*; id quod ſequentem in modum fieri ſolet; Sumitur nimirum *Aquæ Fortis parum*: *in hac ſolvitur aliquid argenti* calore arenæ, de hinc *ſolutio hæc reliqua infunditur Aquæ Forti, & hæc lacteſcet,*

*ſcet*, ſicque ſenſim fæces fundum petunt; Aqua vero ſupernatans pura decantatur, vel quod melius deſtillando abſtrahitur, ſic omnino deputata exiſtit, & ad Argentum bene ſolvendum præparata eſt.

## Aqua *contra* Gangrænam *le Febur.*

℞. *Calcis vivæ recentis* ℔iij. *Aquæ Pluviæ* ℔xx. ſtent absque commotione in vaſe ſtanneo, donec ebullitio ceſſet, tum adjice *Arſenici pulv.* ℥ij. *maſtich. elect. pulv.* ℥j. agitentur omnia cum ſpatula lignea, ut probe miſceantur, tum permitte ut ſubſidant, & ſi aqua ſupernatans clara apparet, eam decanta, reliquam turbidam filtra, ac his in patina vitrea-ta, admiſce ☿ *ſublimati* ℥ij. *Spir. vini rectiſicatiſſ.* ℥vj. *Spir. vitrioli* ℨij. miſce & mixturam turbidam in Vitro ſerva ad uſum.

*In Gangræna applicatur hæc aqua linteis, turbida reddita*: conducit & egregie *in ulceribus cancroſis, fiſtuloſis ſordidis*, ut & *in inflammationibus & ambuſtis* &c.

Si acris nimis videtur *poterit temperatior reddi, addito Spiritu vini, phlegmate vitrioli aut aluminis.*

In *Oculorum affectibus* oportet, ut ſit optime filtrata, tum ſi cum *Aquæ è ſucco plantaginis vel chelidonii majoris*, remiſcetur, præbet inſignem Aquam ophthalmicam.

Aqua

## Aqua ad Lentigines *B. D. Ettmulleri.*

℞. *☿ii vivi* ℥j. coquatur in 🜄 *Flor. Fabar.* vel alterius ℔j hujus *aquæ decoctæ* ℔j. adde ☿ *dulcis* ℥ß ſtent invicem, ac hac mixtura laventur lentigines *Comment. Ludov.*

## Aqua Mannæ Laxativa *le Febur.*

℞. *Mannæ elect.* ℔j. *Nitri pulch.* ℔ij. mixta veſicæ bubulæ forti include, & hanc probe clauſam aquæ continuo calenti inter coquendum impende, donec omnia ſunt ſoluta; hoc facto ſolutionem cucurbitæ immitte & ex igne cinerum deſtilla, ſic prodit *Aqua inſipida, ſudorem tamen & alvum ciens.* Doſi cochl. dimidii ad integrum, ſive ad ℥vj. *cum juſculo vel alio vehiculo.*

## Aqua Ophthalmica *le Febur.* alias *Aqua Saphirina Agyrtarum.*

℞. *Aquæ Calcis vivæ* primæ, ſecundæ & tertiæ infuſionis aa. q. l. ad quamlibet libram hujus aquæ adde *ſalis armoniaci* ℥j. *ſolutionem immitte vaſi cupreo vel orichalceo*; & ita ſtent per diem aut noctem donec colore ſaphiri tincta appareat, tum filtra & ad uſum ſerva.

*Hanc aquam vix par habere ad omnes oculorum affectus* LE FEBURE *aſſerit* Cl. D. ETTMULLER *comment. Lud.* aſſentit, eam in

 ptery-

pterygio panno & puſtulis oculorum admodum commendans, ac vix præſentius in dictis affectibus dari remedium contendens; imo & ulcera maligna, inveterata, ſcabiem, pruritum &c. maximi æſtimans.

## Aqua anti Podagrica *D. Kraff-ten Ephem Cur.*

℞. *Cancror. fluviat. in mortario lapid. contuſ.* n. 30. *Liquoris Limacum rubr.* cum ſale communi ſtratificando, & in ſacco collocando facti ℔jß. *Lumbricorum. terr. purg.* ℔j. *Sperm. ranar. crudi.* in cella aſſervatæ ℔iiij. Omnibus invicem bene mixtis adde *Stercoris bubuli rec.* ℔ß. *Lent Paluſtr.* ℔ß. Macerentur in loco calido per 24. horas, poſtea deſtillentur in B. V. ſ. a. liquôri egreſſo admiſce *phlegma Vitrioli* per ſe abſtract. aa. & ſervetur. Tum recipe Aquæ modo commixtæ ℔ij. *Lapidis Sacutis* D. KRAFFT. ℥j. *camphor. ſol.* ʒß. *Croci* ʒj. *opii* q. l. pro diſpoſitione Medici miſceatur, & unius alteriusve diei intervallo leni calore digerantur, tandem mixtura per chartam filtrata reponatur ad uſum.

*Applicatur per petias dolentibus & tumentibus membris* calidiuſcule imponendo, donec dolor mitigatur & ceſſat.

## Aqua Regia *Le Febur.*

℞. *Spiritus Nitri optimi* ℥vj. *Salis Gemmæ pulv.* ℥iiij. immittatur Sal retortæ ſatis capaci & deſuper affundatur Spiritus Nitri, miſceantur probe, tum *retorta imponatur Arenæ*, ac

ac adponatur recipiens magnum ac commiſſuræ ſaltem leviter occludantur, *modo collum retortæ ſit amplum*, & recipienti alte immittur, tum ignis adhibeatur per gradus, qui augeatur usque Sal gemmæ plane ſiccum relinquatur, neque quid liquoris vel vaporis amplius exeat. Tum Aquam prolectam, Regiam, immitte vaſi fortiſſimo vitreo, cujus orificium obturetur operculo vitreo, ne quid exhalet; & cum alias facile viribus ſuis privetur, melius erit eam uſus ſaltem tempore parare.

D. MARGRAFF *in Collect. Leid.* ad hunc laborem ſumit *Spir. Nitri* ℥iiij. & *Salis Gemmæ* ℥j. & ut dictum deſtillat.

Alias etiam *absque deſtillatione* ſequentem in modum ſolet parari *Aqua dicta Regia* juxta D. LE MORT. LEMERY CARDILUCIUM &c.

℞. *Spiritus Nitri* vel *Aquæ Fortis* ℥iiij. *Salis armoniaci pulv.* ℥j. vel quantum leni calore ſolvi poteſt cucurbitulæ immiſſa, arenæ, partim per calidæ imponantur, *quousque ſal armoniacum ſolutum extet*, tum ſolutionem filtra, & in vitro forti probe obturato, ſerva.

D. BARKHUS Aquam Regiam, quæ de ſale culinari haud participat, invalidam eſſe, & inidoneam ad aurum diſſolvendum, aſſerit.

## Aqua Regia Fortiſſima *Collect. Leid. D. Margr. & le Mort.*

℞. *Vitrioli ad albedinem calcinati* ℔ i ß. *Nitri*, *ſalis commun.* aa. ℔ i ß. *✱ci* ℔ß. *Alum. uſti.* ℔ij. Mixta deſtillentur igne nudo per retortam vel vas ferreum ab initio igne admodum lento, cum ſpiritus ſit fugaciſſimus, atque tum ignis augeatur, usque omnes ſpiritus ſint prolecti, qui ſerventur.

## Aqua Regia, Stygia *ſive Chryſulca Baſilii.*

℞. *Nitri* part. ij. ✱ci & *Silicum contuſ.* aa. p. iij. probe mixta deſtillentur per retortam tubulatam ignitam.

Omnes Aquæ Regiæ ad Aurum ſolvendum aptæ requiruntur, præcipue vero hanc *Baſilius*, non tantum aurum ſolvere, ſed & id per alembicum ſecum vehere prædicat.

## Aqua Saphirina *cum urina pueri facta.*

℞. ▽ *Calcis vivæ*, *Urinæ pueror.* áa. ℔j. *viride æris* ℥ß. M. ſtent, donec colore Saphirino tingatur. Alias *ordinaria aqua Saphirina eſt* ſupra deſcripta *Aqua ophthalmica Le Febur.*

Aquila

## Aquila Alba. *vid.* Mercurius Vitæ.

## Aquila volans *eſt* Mercurius ſublimatus *vide proceſſum ☿ii dulcis.*

## Arcanum Corallinum *iuxta le Febur.*

Medicamenti hujus Autor *Paracelſus* fuit, ſed id adeo ænigmatice deſcribit, ut an ad ejus mentem, genuinam elaborationem, poſt eum quis aſſecutus fuerit dubium manet, interim poſteri, CROLLIUS ſcilicet, *& alii nominetenus* quidem *ſimile medicamen ex ☿io conficere docent*: præ aliis tamen placet proceſſus quem communicat LE FEBURE v. g.

℞. ☿ *purificati* ℥iij. immittatur phiolæ, ac ei affundatur *ſpiritus Nitri* ℥iiiiß, ac leni cinerum igne ſolvatur mercurius, ſolutio igni arenæ imponatur ſub camino, & *ſpiritus Nitri exhalari permittatur, hinc phiola brevioris ſit colli*, & ignis per gradus adhibeatur, donec mercurius in fundo ſiccus reſtat. Tum ſi phiola adhuc, poſtquam omnia refrigerata ſunt, integra reperiatur, opus in ea ulterius peragi poteſt, ſi vero fracta ſit, materia eximitur & in mortario marmoreo teritur, ac novæ Phiolæ includitur, & de novo affunduntur Spiritus Nitri ℥iiiiß ac in cineribus fit digeſtio, usque mercurius omnis præcipitatus, ſolutus denuo ſit, tum ut ab initio vitrum igni arenæ, imponitur, &

 igne

igne gradatim adhibito Spiritus omnis evaporatur ad ſiccitatem usque, *atque hic labor etiam tertia vice reiteratur, cum eadem Spiritus Nitri quantitate ut ab initio*, in fine vero quando omnis Nitri ſpiritus eſt exhalatus, tum fortificatur ignis & continuatur donec mercurius in pulverem rubrum redactus fuit; vel ut exacta calcinatione certior quis ſit, Pulverem hunc rubrum poſt refrigerationem eximat, in mortario marmoreo terat, ac tigillo immittat, *apertoque igne*, calcinationem inſtituat, *donec rubedinem corallinum induat*, quo peracto ex igne eximatur tigillum, & refrigeratus pulvis teratur in marmoreo ut dictum, mortario, *eidem ſuper affundatur Alcohol vini* ad dimidii lati digiti eminentiam, *ac deſuper accendatur, hocque reiteretur ſepties*, ſemper deſuper Spiritum vini ad ſiccitatem deflagrando atque paratum eſt Arcanum corallinum, quod datur à gr. ij. ad x. cum extractis purgantibus.

*Conducit vero ſpecifice in Lue venerea, Scabie maligna, ulceribus ſordidis*, ubi purgando omne id præſtat, quod ad depurandos tales humores requiritur, ſic & in dictis morbis externe applicatum, vix par habere, encomiis pluribus tradit dictus LE FEBUR.

## Arcanum Corallinum *Margr. Collect. Leid.*

℞. ☿ *crudi* ℥j. *Spiritus Nitri opt.* ℥ij. miſce & repone in digeſtione, in cucurbitula vitrea per 24. horas, vel *donec mercurius omnino ſit ſolutus,*

*lutu*. Tum ſolutionem deſtilla ex retorta vitrea per arenam ad ſiccitatem usque in fine urgendo ignem quam maxime, ut totus mercurius rubicundiſſimus evadat: ſic enim recuperabis menſtruum, quod alteri operationi inſervire poteſt; *Vel evapora, ſolutionem in vitro evaporatorio ad ſiccitatem usque*, & relinquetur pulvis albus, qui in crucibulo reverberatus colorem rubrorum coralliorum induet, unde nomen trahit.

*Tandem aliquoties ab eo alcohol vini per deſtillationem abſtrahatur*, ut miteſcat & acrimoniam deponat.

*Prædicatur Specificum purgans in Lue venerea, ac ulceribus & Scabie maligna* Doſi gr. v. ad vj.

Plura hujus farinæ ☿ii arcana, ſive præcipitata, vel calcinata corallina, vide de mercurio præcipitato.

## Arcanum Duplicatum. alias *Panacea Holſatica* ſive *Nitrum Vitriolatum* prout id parâre docet *le Febur*.

℞. *Caput Mortuum Aquæ Fortis*, digere in aqua pluvia deſtillata, ſæpius agitando, ad meliorem ſolutionem ſalis, tandem filtra, & *leni igne cinerem evapora in patella terrea forti*, ſive alio idoneo vaſe, & ubi cuticulam in ſuperficie apparere cernis, pone ad criſtalliſandum in loco frigido, liquorem relictum ulterius evapora, donec omnis in criſtallos concrevit; Quas tum una vel altera

ſolutione ulterius depuretur & chriſtalliſetur, donec ſal on nino depuratum exiſtat & criſtallinum.

*Horum criſtallorum ſive Salis duplicati* ſume partes quinque, & *criſtalli mineralis noſtro modo parati*, partem unam, probe pulveriſata & mixta, immittantur cucurbitæ vitreæ lutalæ, & aperto igne calcinenter per gradus, donec fluant, tum eximatur materia, *& ei addatur octava pars criſtalli mineralis*, ac ut ab initio in cucurbita lutata calcinetur & fluat, quo facto ſolvatur relictum Sal, filtretur, & evaporando omne humidum, ad ſiccitatem redigatur.

Porro *recipe hoc Sal*, cui octavam *Croci Auri* partem admiſce, & in porphyrio probe trita, novæ cucurbitæ lutatæ immitte, & ut ſupra per gradus ignis calcina ut fluant, tum exime hoc Sal & ſerva.

Datur à ad ℈ß. ad ℈ij. in convenienti liquore, *in Febribus tam continuis quam intermittentibus, obſtructionibus alvi, nephritide, malo hypochondriaco, ebullitionibus humorum, inquietudinibus* &c.

## Arcanum Duplicatum ſive *Nitrum Vitriolat. D. Margraff. Collect. Leid.*

℞, *Caput mortuum Aquæ fortis, ex Vitrioli calcinati & Nitri puri* aa. p. æq. paratum: Solvatur hoc aqua fervente, digeratur per 24. horas, tum filtretur per chartam. *Aquam limpidam, quæ chartam tranſit, evapora, ad*

cu-

*cuticulum, ut in frigido criſtalliſetur*, vel ad ſiccitatem, exhaletur, & relinquetur ſal quoddam albiſſimum, quodammodo ad viriditatem inclinans.

Hoc Sal ſuper charta, *in arena calida ſiccetur fortiter* & relinquetur Sal durum, album, ac ſplendens quod ſervetur. Doſis eſt, ℈ß.

*Ut ſal hoc prædicatas vires exerat*, neque vero diverſum præſtet effectum, neceſſum eſt ut *ad Aquam Fortem, æquales Vitrioli calcinati & Nitri partes*, ut dictum, *fuerint adhibitæ*, nec deſtillatio ulterius, *quam ut Spiritus rubicundi propulſi fuerint, urgeatur*: Si vero guſtus Salis, nimis eſſet auſterus, ita ut nauſeam excitet, optime, ut prior *le Febur* proceſſus *docet, tantum Nitri depurati additur*, ut cucurbitulæ, vel & crucibulo immiſſa liqueſiant, & tum rurſus ſoluta & filtrata in ſal depuratum redigantur.

Qui ZWELFFERI cenſuram hic opponunt, ac metuunt, Spiritus vitrioli corroſivos in capite mortuo remanentes, corpori humano noxam illaturos, ex HOFFMANNO & experientia edocti ſciant, longe aliam eſſe operationem *Vitrioli & Nitri* in fluore conſtitutorum, ſive ſpirituum eorum, ac in ſalina adhuc, & longe alia textura, & figura, exiſtentium.

Arca-

## Arcanum Salificatum *eſt* Spiritus Salis *per Spiritum vini alcoholiſatum dulcificatus.*

## vide *D. Barckhuſii Pyroſophia.*

## Argentum Potabile. *videatur* Tinctura Lunæ.

ARGENTUM VIVUm exque eo præparata, vide ſub nomine *Mercurii.*

## Arſenicum Fixum *Agricolæ.*

℞. *Arſenici* ℔j. *Nitri* ℔ij. mixta & pulveriſata *deſtillentur per retortam,* & aſcendit nitri ſpiritus cum acri & volatili arſenici parte mixtus, *inque collum ſublimantur quædam volatiliores arſenici particulæ*; relinquantur vero in igne ad majorem arſenici fixationem per horas decem & ultra; Tunc exime maſſam, quam edulcora & addito novo nitro ut ab initio procede. Tum *aliquoties ita calcinatam & dulcoratam maſſam cum oleo ♀i humecta* & denique per totidem horas ut ab initio calcina, poſtea elue ſal, vel maſſam in oleum reſolvi permitte. Quod *ad inſanabilia quæque ulcera, cancrum, lupum fiſtulas, herpetes* &c. *eſt medicamentum herculeum*, item *cum melle & ovi albumine mixtum* & applicatum, *tumores verminoſos equorum perfecte ſanat.*

Quoniam autem ita per ſe in cella reſolutum, ob acrimoniam haud commode corpori humano & ulcerib⁹ ejus applicabile exiſtit, hinc

*ſua-*

*ſuadent* FEBURE CARDILUCIUS & alii ut *cum Aqua Plantaginis* vel ſimili in tantum temperetur, ut lingua ejus acrimoniam ferat, atque tum ulceribus applicari queat.

## Arſenicum Fixum. *Febur.*

℞. *Arſenici criſtallini pellucidi*, vel & ſublimati, quod melius, part j. *Nitri puriſſimi* part. ij. ſingula ſeorſim pulveriſata miſceantur probe, *& tigillo capaci immittantur*, deſuper poſito tigillo alio foraminulo pervio, commiſſuris probe lutatis, & ſiccato luto, *tigillum imponatur igni circulatorio* per tres horas, ut partes magis malignæ volatiles exhalent, tum ignem propius admove & auge, ac per octo vel decem horas continua, in fine tigillum carbonibus tege & fortiter urge. Poſtea refrigerato tigillo exime materiam, & eam aqua pluviali edulcora, & nitrum extrahe, tum pulverem edulcoratum ſicca, & ſi quis de fixitate ejus dubitet, poterit laborem cum novo nitro repetere.

*Poterit etiam labor inſtitui per retortam tubulatam* ſic ſpiritus nitri cum arſenici volatiliori parte poteſt ſeorſim colligi, *erit optima aqua gradatoria*. Sed inter operandum *vitentur vapores venenati & corroſivi.*

*Arſenicum vero fixum conducit ad conſolidanda & mundificanda Ulcera inveterata*: præterea *cupro candorem conciliat*; & id argenti albedine ſuperficialiter tingit.

Argen-

# Arſenici Regulus *Lemery* &c.

℞. *Arſenici criſtallini pulv.* ℔j. *Cinerum clavellatorum* ℔ß. probe mixta incorporentur cum *Saponis mollis* ℔j. atque inde fiat paſta; hæc crucibulo capaci immittatur, & crucibulo alio perforato, occuldatur, atque furno venti imponatur, tum adhibeatur ignis ſub initio lenis, qui ſenſim ac ſenſim augeatur, donec oleoſa Saponis pars deflagraverit cum volatili 🜍e arſenicali, *tum aucto igne fundatur in regulum*, antimonii regulo quam ſimillimum qui effundatur in conum fuſorium ſevo & cera illitum, ac ſervetur.

Ex eo, cum ☿ii ſublimati aa. poteſt deſtillari Butyrum non aliter ac cum antimonio; hoc Butyrum num ſingularis quid obtineat ad ulcera maligna & cancroſa, ſtat penes experimenta. *vid.* BARCKHAUSII *Pyroſopia.*

# Arſenici Rubinus *le Febur.*

℞. *Arſenici ter abſque additione* ex cucurbita cum ſuo alembico munita *ſublimati*; aſcendit enim qualibet ſublimatione ſubtilis pulvis, qui rejiciendus tanquam magis volatilis & venenata arſenici pars; *Partem vero compactam criſtallinam, cum tantundem floribus Sulfuris probe tere, & ex arena ſublima*, ſic aſcendent rubri criſtalli, inſtar rubini; qui à gr. iij. ad octo *cum conſervis Pectoralibus* propînati, Pulmones ab infarctu materiæ tenacis liberant. Præterea *in ulceribus cancroſis, atque fiſtuloſis depaſcentibus egregie* con-

*conducunt*, modo æger ſubinde cum ☿io *dulci* vel ſimili ☿iali purgetur.

## Arſenicum Sublimatum *le Febur.*

℞. *Arſenici criſtallini* q.l. pulveriſatum ſublima per arenam ex Phiola, per gradus; ſublimatione peracta frange vitrum refrigeratum, & *volatilem farinam ſive pulverem abjice*, compactam vero maſſam pulveriſatam tigillo immitte, quem tigillo alio adlutato occlude, tum eum igne circulatorio committe per tres horas & leniter coque: Poſtmodum exime, & *cum batitura cupri* mit kupffernem Hammerſchlag/ *miſce & ſublima*: ſemicalcinatum enim hoc cuprum ruditates arſenici fixiores retinet & abſorbet. Hoc peracto adhuc *ter cum ſale fuſo ſublimationem reitera*, & omnem venenoſitatem deponet. Edulcoretur vero ſemper pulvis poſt quamlibet ſublimationem, & probe edulcoratus tandem aſſervetur.

An vero correctum ſatis ſit hoc arſenicum & à ruditatibus ſuis, & volatili & craſſo, ſatis liberatum, ſequens te docebit encheyreſis, nimirum *ſi cupro fuſo injectum, ei colorem album imprimit*, hic vero color poſt reiteratam fuſionem *conſtanter permanet*.

## Atramentum Sympatheticum.

℞. *Lythargir. argent.* q. l. affunde ei *acetum deſtillatum*, & poſt horas viginti quatuor decanta vel filtra acetum dulcificatum.

Reci-

Recipe item *calcis vivæ* ℔ß, cui affunde *aquam*, & ebulliat leni igne, tum adjice parum *Auripigmenti pulveriſati* & adhuc parum ebulliant, quo facto filtra itidem hanc aquam & ſerva.

Jam *cum aceto dulcificato* in charta ſcribe quicquid libuerit, ſic ſiccatæ literæ evaneſcunt & non ſunt viſibiles, ſi vero huic chartæ imponas aliquot volumina chartæ, & ſuperius ſaltem folium humectes altera aqua ex calce viva parata, ſic, licet tot folia chartæ intermediata ſint, tamen literæ in inferiore charta alias inviſibiles, viſibiles fiunt.

## Auri Calx, Crocus, vide *Calx Auri. Crocus Auri.*

## Aurum Fulminans *D. Cardilucii, Lemery Zuvelfferi &c.*

℞. *Auri Limati* partem unam *Aquæ Regiæ* part. iij. vel iiij. inimitte cucurbitam *arenæ calenti*, ibique relinque *donec aurum ſit ſolutum*, id quod leni calore fieri oportet, ne vitrum rumpatur, & aurum ſolutum perdatur. Solutione peracta, *inſtilletur guttatim oleum* ♀i *per deliquium*, ſive ſal ♀i reſolutum, & quidem monente *Cardilucio* tam diu donec aqua regis ſive *ſolutio non amplius flava appareat*, alias haud omne aurum præcipitaretur, ſed perderetur. Et ſi loco olei ♀i præcipitatio inſtitueretur mediante *Spiritus ſalis armoniaci* ex aa. ✱ci, & ciner. clavellat. facto, tum aurum eo melius cadere dictus

CAR-

CARDILUCIUS aſſerit, neque quicquam Auri remanere.

Peracta præcipitatione *relinquitur liquor, donec ad fundum ſedit Aurum præcipatum*, tum vero decantetur omnis aqua, & remanens auri calx aliquoties probe edulcoretur aqua ſimplici, ſic vim Fulminantem quodammodo deperdit, & deponit, tum per ſe in hypocauſto abſque ullo calore ſiccari permittitur; *levi enim calore, etiam ex trituratione accedente, accenderetur calx* & perderetur. Ut vero *periculum hoc evitetur*, admiſceantur aliquot grana *florum Sulphuris*, monente Cl. CARDILUCIO, & ſic abſque periculo poterit ſiccari & aſſervari.

Ex *Auri* ℥j. ſcrupuli quatuor Fulminantis Auri acquiruntur.

Poterit item evitari, ne fulminet ita paratum Aurum, ſi *Spiritus vel Salis, vel olei Sulfuris aliquot guttulis*, inter triturandum humectatur.

Si tamen pars quædam curioſitatis gratia aſſervari debeat, integra manente vi fulminatoria, ligno tractetur, neque vero ferro tangatur & in umbra per ſe ſiccari ſinatur, neque nimium edulcoretur.

In Medicina egregias vires obtinet Aurum hoc Fulminans, in Epilepſia Puerorum à Torminibus alvi excitata. *Si non penitus edulcoratum propinatur* à gr. j. ad ij. & ultra cum granis v. &c. *arcani duplicati* remixtum, experimento ab *Etmüllero*, & aliis facto; de quo & vide *Miſcellanea ſane curioſa & utilia Lentilii. pag. 27. part. 1.*

*Aqua Regia* hic requiritur, *quæ ex Aqua Forti & Sale armoniaco inibi ſoluto abſque deſtillatione parata eſt*, quam cautelam addit D. LE MORT: alias minori cum ſucceſſu operationem Auri fulminantis procedere aſſerit.

Datur alias Aurum fulminans à gr. j. ad ℈j. ſed *ſi ad alvum laxandam expetitur leviter ſaltem edulcorari debet*, alias deperdit hanc vim, *quod notandum circa Auri fulminantis uſum medicum.*

## Auri Fuſio & Depuratio per Antimonium.

℞. *Auri* part. j. *Antimonii* part. iij. vel iiij. fluant probe in tigillo, donec ſcintillent: tum effundantur in conum fuſorium cera vel ſævo inunctum & calidum, ſic regulus inter pulſandum conum fundum petit: Regulus ſeparetur à ſcoriis. Hoc facto Regulum pone in cantino in einen Treibſcherben / & fluat probe, ut fumet: tum *follis afflatu materiam fluentem leniter ſemper agita*, donec omne antimonium in fumum abiit, & aurum purum relinquatur.

Hoc facto *ſumantur ſcoriæ omnes, fluant in tigillo* cum additione *parum limaturæ Martis*, & dum fluunt, adjice *parum nitri*, ſic inde poſtea cadit Regulus, qui argentum, quod auro immixtum erat, continet; Regulus hic poſtea in catillo ſeparandus, ut argentum remaneat, ante follem, prout cum auro factum.

## Aurum Muſicum *D. Maets, Collect. Leid.*

℞. *Stanni Anglici opi* ℥j. *Mercurii à nigredine loti, Sulfuris, Salis armoniaci* aa. ℥ß. Ex Stanno & Mercurio fiat ſ. a. amalgama, hoc cum Sulfure & ſale armoniaco teratur in Alcohol, & ex cucurbita vitrea loricata ſublimentur.

Vel ℞. *Stanni Anglici* ℥i. *Mercurii* ℥ij. *Sulfuris & Salis armon.* aa. ℥j. procede, ut modo doctum.

Vel ℞. *Stanni Anglici* part. ij. quibus fuſis adde ☿*ii vivi* part. j. mixta ad refrigerandum ſubito effunde, iisque refrigeratis & pulveriſatis adde *Sulfuris citrini & ſalis armoniaci* aa. part. 1. bene mixta inque pulverem trita, cucurbitæ vitreæ loricatæ immitte, quam igni aperto impone, & materiam debito ignis regimine guberna, in fine autem ſatis validum ſubſterne, niſi incaſſum laborare velis, ſicque invenies materiam, maximam partem cucurbitæ collo adhærere, ſtannum autem pondere vix auctum, pulveris forma, colore aureo micantem in fundo ſubſidens: ubi vero ignem nimis intenſum applicueris, Aurum Muſicum collo cucurbitæ ſublimatum adhærebit. D. BARCKHUSII *Pyroſophia.*

## Aurum Potabile *Febur.*

℞. *Auri* ℥ß. *per Antimonium fuſum deducatur in tenues, lamellas* quæ immittantur cucurbitæ vitreæ, addanturque *Nitri puriſſimi* ℥x. *Aluminis* ℥x. & *Salis communis puriſſi-*

*mi* ℥v. atque his affunde *aquæ pluviæ deſtillatæ* ℔.v. tum vitro in arena poſito coquantur, donec omnia cum Auro ſoluta ſint, id quod *color aquæ flatus indicat*, neque Aurum in fundo reſidet, tum ſenſim aquam exhalari permitte ad ſiccitatem usque, atque *in fundo remanet maſſa Salina*, cum auro in ea diſperſo & dilatato.

℞. Hanc maſſam, eamque in pulverem tere, atque phiolæ immitte, eique *ſuper affunde alcohol vini*, ut tres latos digitos emineat: phiolam probe occluſam calore cinerum digere, & intra breve tempus, tres dies, tingetur ſpiritus: tum *filtretur tinctus, & novus affundatur*, &, ut ab initio, digeratur, atque *labor hic ter vel quater repetatur*, donec nullum alcohol vini amplius tingi velit, tum *omnem ſpiritum tinctum, & filtratum, cucurbitæ recenti immitte*, & in MB. tres partes ſpiritus abſtrahe: ſic in fundo remanet Aurum potabile factum, & ita recluſum, ut corpori humano applicatum vires ſatis conſpicuas exſerat; id quod *guſtus ſaltem denotat auſteritate quadam adſtrictiva conſpicuus*, Datur Aurum hoc potabile ad guttas v. vel vj. cum vehiculo idoneo; *ciet ſudorem & urinam, imo nonnunquam alvum ſollicitat, &c.*

Etſi vero hoc vel ſimile Aurum Potabile *non poſſit dici vera Auri recluſi Tinctura*; tamen ſalia ingredientia cum ejus particulis & poris *talem partium ſitum & texturam formarunt, quæ humoribus corporis noſtri ſingularem alterationem inducere, & vires haud con-*

*contemnendas interponere apta facta ſunt.* Cum enim metallorum aliorum ſalia, pulveres, Tincturæ &c. v. g. *ex marte plumbo &c.* non abſque ſingulari effectu morbis plurimis opponi ſoleant, etſi in priſtinum metallum omnino reduci nequeant; *ſimili modo & reliquis metallis quovis modo, vel ſuperficialiter ſaltem ſolutis*, haud omnem laudabilem effectum denegare debemus.

## Aurum Potabile *aliud.*

℞. ⊖*is volatilis urinæ* ex recenti urina inſpiſſata deſtillati, ut & *ſalis urinæ fixi* ex ejusdem urinæ inſpiſſatæ & in ſal volatile deſtillatæ, remanentia facti aa. ℥iiij. *Spiritus volatilis urinæ ex urina prius putrefacta deſtillati* & rectificati ℔j. Hæc mixta deſtillentur ex Phiola vel cucurbita præalta, repetitis cohobiis, donec omnia probe unita aſcendunt. Spiritui hoc adde *æquale pondus Spir. vini rectificati.* & circulando uniantur: ſic habebis menſtruum, mediante quo ex rite facta *Auri calce vel croco* extrahes Tincturam Auri non inefficacem ratione ſaltem ſolventis, quippe *in Apoplexia, Vertigine & aliis cerebri ſive ſpirituum morbis non erit absque effectu.* Doſ. gutt. xx. vel xxx. cum vehiculo idoneo. *Vide* Commentarium meum in Agricolam *pag. 18.*

## Aurum Sophiſticum.

R. *Argenti vivi* ℥iiij. *Viride æris pulv.* & *Salis communis ſiccati* aa. ℥vj. Primo ſolvatur Sal,

Sal, poſtea viride æris in ſ. q. *Aquæ ferratæ fabrorum*, in qua ferrum ſæpius fuerit extinctum, tum *aqua hæc cum ſalibus coquatur in cacabo ferreo continuo ſpatula ferrea agitando*, donec ebullire incipiat; tunc Mercurium vivum immitte, & perge coquendo, donec Mercurius non amplius currat, ſed ſpatulæ & fundo, inſtar ſubflavi & incraſſati malagmatis, adhæreat, quod fit fere dimidiæ horæ ſpatio. Tum *aquam rubicundam* (ſi enim ulterius coxeris, aqua & mercurius nigreſcent) *per inclinationem ſepara*, & mercurium impuritatibus commixtum, mediante repetita aquæ frigidæ affuſione lava, & à ſordibus purifica, ac orbi ligneo impone, aerique frigido expone, ut indureſcat, quod, quo diutius in loco frigido aſſervatur, eo magis ſuccedet.

Poſtea recipe mercurium hunc induratum, & cum æqualibus partibus *Tutiæ Alexandrinæ* & *Radicibus curcumæ flavæ*, pulveriſatis, in tigillo fiat S.S.S. tum tigillum probe clauſum & lutatum atque ſiccatum igni impone, ab initio leni, poſtea per horam fortiori, etiam inſtante folle, ut omnia liqueſcant: tunc refrigeratis omnibus invenies mercurium in forma metalli aurei concretum, vario uſui inſervientem.

Spectat huc Metallum Principis Robert. Quod fit ſi ℔j. ſive ℥xvj. *Cupri probe fuſi* in fluore addideris *Zinci* ℥iiß. & ferro probe immiſceas: *tum vero protinus effundat*. Metallum hoc aurum pertinaciter retinet, hinc vaſa ex eo confecta & deaurata diutius

tius auri colorem ſervant, etſi quotidiano inſerviant uſui.

## Azoth Heslingii.

℞. *Mercurii Hiſpanici vel alterius puriſſimi* ℔ iij. *purificetur* optime *cum ſpiritu vini*, *tum per acetum Sale marino ſaturatum* tam diu lavando & in vitro forti conquaſſando, donec liquor haud amplius nigredine inficitur. Hoc facto *per corium cervinum* vel hircinum *exprimatur*, relicta vero humiditas in cucurbita ab eo abſtrahatur, & ita ſiccetur. Si vero ad alembicum aſcendere incipit, ſignum eſt, eum ſatis ſiccatum exiſtere.

Hoc ita peracto recipe *Limaturæ Ferri puriſſimæ* ℔ ß. & *Mercurii purificati* ℥ vj. immittatur tigillo igni impoſito mercurius, & dum fumare incipit, adjice ſenſim limaturam ferri & ſpatula lignea commiſce, & ſi tum fumare denuo incipit mercurius, tigillum ex igne remove, & amalgama mortario lapideo infunde, & per horæ quartam partem piſtilo lapideo probe tere: *Si vero adhuc reſtet multum mercurii cum limatura ferri haud combinati, illum in tigillo calefac, & limaturam de novo admiſce, & poſtea in mortario probe tere*. Quod ſi vero exigua quantitas ☿ii reſtet cum metallo haud combinati, non opus eſt reiterato labore, cum, ſi reliqua admiſcentur metalla amalgamata, eis facile adhæreat.

Hoc facto *recipe item Limaturæ Veneris* ℔ ß. & *mercurii purificati* ℥ vj. commiſce in tigillo & omni ex parte, *ut cum limatura ferri*,

*ri factum, procede*; hoc vero amalgama priori adde ex Marte facto.

Tum porro *ſume Stanni Anglici* ℔ß, & raſpato in tigillo admiſce ☿ii *vivi* ℥vj. factum amalgama probe tere, & in vitro ſeorſim ſerva.

Porro Recipe *Plumbi optimi* ℔j. *& mercurii* ℥vj. fac item amalgama, & priori ſtanni amalgamati adde. Cum vero amalgamata ita ſteterint per quatuor dies, tum omnia commiſce & probe trita repone per octo vel plures dies, interea ſæpius probe terendo & commiſcendo.

*Peracto hoc tempore recipe Cinnabaris nativæ* ℔ij. tere ſubtiliſſime & aſſervata amalgamata ei admiſce cum ℔ß. *argenti vivi depurati*, & omnia probe tere, ac per tres ſeptimanas repone.

Poſtea recipe *Calcis vivæ* q. ſ. conſperge eam *aqua, ſale communi impragnata, paulisper ſaltem ut concidat*, ex hac collapſa calce viva, *& pane ſecalino fiat paſta*, quam cum amalgamate aſſervato, muria humectando commiſce, donec omnia probe ſubacta ſunt, & mercurius non amplius appareat: tum efformato inde globulos, eosque exſicca.

*Siccatos globulos retortæ immitte, & Recipiente maximo adhibito* cum aqua ad ſex digitorum altitudinem immiſſa, lutatis probe juncturis, *deſtillationem inſtitue per diem integrum*, leni ſaltem igne, poſtea fortiori, *donec omnis mercurius ſit expulſus*, quem aliquoties aqua lotum per corium exprime & ſerva.

Tunc

Tunc recipe *Mercurii ita parati & depurati* ℥vj. *Auri per antimonium fuſi & ſubtiliſſime limitati* ℥ß. fiat more ſupra dicto in tigillo miſcendo amalgama, quod teratur & reponatur.

Item recipe *Argenti cupellati & limati* ℥ß. & cum ☿ii *depurati illius* ℥vj. fiat itidem amalgama, quod *per dimidiam horam tritum, priori auri amalgamati commiſce*, & invicem probe per integram horam trita cucurbitulæ immitte, hancque leviter ſaltem orificio clauſo, cineribus elixiviatis impone, absque igne, ſed in loco ſicco ſaltem ita relinque per quinquaginta dies, ſingulis tamen octo diebus amalgama eximendo, ac per dimidiam horam triturando rurſus reponatur.

*Diebus hic elapſis, leviſſimus adhibeatur vel hypocauſti vel cinerum calor*, per tot, ſcil. *quinquaginta dies*, ut ab initio, *ſingulis tamen octo diebus eximendo & triturando*, ut ſi quid mercurii ſeparari velit, rurſus commiſceatur.

*Præterlapſis his centum diebus*, calorem pauliſper auctiorem adde, per centum alios dies, ſemper tandem *obſervato ſingulis octo diebus tritu*.

Poſtea *igni arenæ committe*, & calore moderato *per centum & quinquaginta dies* adhibito maſſa creſcere incipit *cypreſſi adinſtar*: tum exime & triturando rurſus omnia commiſce, ſic in priſtinam amalgamatis formam, tenaciorem tamen, abit, quam cucurbitulæ ſuæ immiſſam ulterius igni committe, *ſingulis octo*

*diebus terendo* , donec ſic ſenſim igne aucto in pulverem coloris fuſci convertatur, qui cum inter terendum in atomos elevatur, paratus eſt, Pulvis dictus *Azoth, à quo ter vel quater Spiritus vini rectificatiſſimus avocandus eſt.* Si vero quid argenti vivi reſtet, hoc ſeparandum. *Videatur Medicus meus præſenti ſeculo accommodandus, ſive chymia mea.*

## B.

## Balſamum Album *D. Rappen.*

℞. *Therebintinæ venetæ* ℔. 10. immitte ollæ capaci vitreatæ cum *aqua vernalis* ſ. q. ut aliquot digitos emineat, poſtea ſucceſſivis vicibus, prout per æſtatem haberi poſſunt, infundantur his, ſequentes herbæ & flores odore grato ſe commendantes, v. g. immitte *Flor. Liliorum convallium*, *Tunicæ ruberrim. Roſarum, tiliæ, citri, arantiorum, jaſmini* aa m. iij. *Herbarum & ſummitatum Hyſſopi*, *menthæ, meliſſæ, ſerpilli, Majoran. Pulegii*, *Roriſmarini, Lavendulæ, thymi* aa. m. ij. *Cortic. citri recent. & extim. arant. rec. & extim.* aa. ℔ß. Singula ante impoſitionem groſſe incidantur & immiſceantur, & per æſtatem probe fermententur, & computreſcant. Poſtmodum veſicæ immiſſa deſtilla, ſ. q. aquæ recen-

recentis addita, & cum aqua aſcendet oleum criſtalli inſtar clarum & album, quod ab aqua ſeparetur & ſervetur.

*Vires ejus ſunt ſatis conſpicuæ in catarrhis diſſipandis, ſi externe vertici infricatur*, præterea *vulnerarium eſt inſigne, & interne datum renes purificat*: Doſi gtt. x. ad xv.

## Balſamum Antimonii *Nob. de Mulinen.*

℞. *Antimonii pulcherrimi* ℔ß. in tigillo probe fluat, tum injice per vices *ſalis tartari* ex ⊕o & ♀o aa. pulv. d. detonatis facti tantundem. Omnibus probe liquatis *injice carbones contuſos*, tam diu id continuando, donec non amplius deſuper conflagerent, Tunc tigillum exime, & maſſam ita calide effunde, in pulverem redige, ac hunc cucurbitæ vitreæ immitte, & ei affunde *Olei Juniperi* ℥v. *Amiſi* ℥ij. *ſuccini, Spir. therebinth. Spirit. vin. rectif.* ℔j. atque capitello adlutato in MB. coque ſic inter coquendum Spiritus oleorum ſubtiliſſimis ſpiculis prægnans aſcendet, *& in fundo relinquetur Balſamum ſulfuris antimonii nobiliſſimum*, cujus vires, Balſamun ſulfuris vulgare, longe antecellunt.

## Balſamum Antimonii *Febur.*

℞. *Antimonii pulcherrimi & ſachari candi albi* aa. p. æq. ſingula ſeorſim ſubtiliſſime trita & commixta retortæ immitte, & *deſuper pone manipulum Cannabis*, ne materia inter ebulliendum in recipiens effluat, id quod hac methodo

thodo evitari poteſt; *retortam furno reverberii clauſo impone*, adlutato recipiente capaci & ab initio lenem ignem ſubſterne, qui ſenſim augeatur, donec nullæ guttæ nec vapores amplius exeunt, tum refrigeratis omnibus, id quod recipienti ineſt, phiolæ infunde & *Spirit. vini* ♆*ſatum* ad duorum digitorum eminentiam deſuper affunde, & per tres, vel quatuor dies in B. V. digere, tum refrigeratum liquorem per goſſipium filtra in cucurbitam parvam & in M. B. Spiritum vini rurſus abſtrahe, Balſamum vero aſſerva, tanquam *egregium Balſamum vulnerarium, quippe vulnera recentia, imo contuſiones & ulcera brevi ſanat.*

## Balſamum Arſenici *Thomſoni.*

R. *Arſenici, cujus virtus Nitro & Tartaro cicuratum* fuit q. l. huic pulveriſato *affunde Vini Malvatici optimi* q. ſ. & *ad ſyrupi conſiſtentiam* deſtilla, vel decoque, vini recentis affuſionem atque ad eandem prædictam craſſitiem reductionem, ter quaterve reitera, poſtea aſſerva.

*Vires ejus ſunt inſignes in ulceribus inveteratis malignis &c.*

## Balſamum Artificiale *Khunradi.*

R. *Myrrhæ el. Aloes Hepat. Thuris, Opobalſami, Bdellii, Ammoniaci, Maſtichis, Gummi Arab. Storacis liquid. Ladani, Axung. Caſtorei* aa. ℥iß. *Ambræ flav. Moſchi* aa. ʒij. *Olei. Lauri, Therebinth.* aa. ℥iiij. Contuſis & cum oleis mixtis

mixtis ac retortæ immiſſis, extractiones ſequentium ſpecierum ſuperaffunde v.g.
℞. *Spicæ Romanæ* ℥iij. *Santalini citrin.* ℥iß. *cubebarum, cardamomi, Nucis Moſch. Cinnamomi, Caryophyll. Zedoar. Galangæ* aa. ℥j. *Croci integri opt.* ʒvj. Inciſis & groſſe contuſis affunde *Spir. vini rectificatiſſ.* ad trium digitorum eminentiam: facta digeſtione decantetur Spiritus tinctus, ac recens affundatur, reiterturque hic labor, donec ſpiritus affuſus non amplius tingitur: tum omnis ſpiritus tinctus, ſpeciebus in retorta contentis affundetur, & probe mixta ponantur in arena, ac deſtillentur primo leni igne per duos dies; intra quod tempus ſpiritus cum ſubtili oleo aſcendit; quæ amovenda & ſeparanda. Poſtea recipulo novo appoſito & aucto igne per tres alios dies prodit oleum ſive Balſamum craſſum, quod ſeorſim aſſervetur.

*Balſamum ſubtile primo egreſſum inſignes obtinet vires* interne datum ad varios morbos, ſic & nervis roborandis externe applicatum egregie conducit; *craſſum vero Balſamum eſt vulnerarium non contemnendum.*

## Balſamum Galbanetum *meum.*

℞. *Galbani electi* ℔j. *Storacis liquidæ, Storac. calamit. Benzoi, Ladani, Olibani, Maſtichis aa.* ℥ſ. *Olei Nucis Moſchat. deſt. ſuccini aa.* ℥ij. *Spir. Therebinth.* ℔iiij. Mixta per retortam deſtillentur, & prodit igne debite adhibito Balſamum inſignium virium præcipue in contracturis paralyticis.

Bal-

# Balſamum Mortuorum *D. le Mort.*

℞. *Aloes lucidæ* ℥vj. *Myrrhæ el.* ℥viij. *Storacii calamit Benzoes* aa. ℥j. *Spir. Salis communis rectif.* ℥iiij. *Spir. vini rectificati* ℔iij. Digerantur omnia in MB. per dies aliquot, materiam interea ſæpius agitando, donec liquor probe tinctus extet, quem decanta & ad uſum aſſerva.

*Cadaveribus condiendis & à putredine præſervandis conducit, ſi eo illinuntur.* Præterea etiam interne datum conducit *vermibus enecandis &c.* Doſi ℈ß. ad ℈ij. vel ultra.

# Balſamum Samech *Paracelſi Maets. Collect. Leid.*

℞. *Salis* ♀i opt. ℔j. *Cum. ſuff. q. Aquæ redigito in lixivium forte*, recipe porro *Cremoris* ♀i ℔j. Diſſolvatur *in aqua pluviali coquendo*, ſolutione peracta *confundantur hæ duæ ſolutiones guttatim*, donec non amplius invicem effervescunt. Tum ſubito filtra, quod filtrari poteſt & in ſalis formam evaporato, ſic paratum erit *Balſamum Samech*, (eſt nobis tartarus ſolubilis.)

℞. Hujus *Salis ſive Balſami* q. l. *alcohol vini* ad eminentiam digit. iij. ſtent in digeſtione, quousque Spir. vini ſummam contraxerit rubedinem; Spiritum vini decanta, novum affunde, idque continua donec ſ. q. tincturæ obtinuiſti, tum omnem Spiritum tinctum confundito, & ad medias deſtillando evoca.

*Et*

*Et habes medicamen, tartarum per diureſin potenter educens, & calculos comminuens.*

## Balſamum Saturni *D. Maets Collect. Leid.*

℞. *Lithargirii Auri pulveriſati* q. l. affundito ei Acetum deſtillatum ad quatuor digitorum transverſorum eminentiam. Coquantur leniter, ſpatula lignea ſemper agitando, donec acetum dulce factum fuerit. Tum *acetum dulcificatum & flavum filtra*, filtratum in patina ſtannea aquæ ferventis vaporibus impoſita *ad conſiſtentiam ſyrupi tenuioris evapora.* Tum huic *aquam pluviam affundito, ſic ſtatim lacteſcet*; tum iterum filtra, & ut prius evapora; hanc vero operationem tam diu reitera, donec Balſamum hoc Saturni inſtar Sachari dulce, & ſanguinis inſtar rubicundum evaſerit. Singulis vero filtraturis partes magis terreſtriores & auſteræ in charta hærent & remanent.

Externe applicatum *curat Oculorum rubedinem ab acri lympha exortam*, item *eorum fiſtulas ad Cicatricem perducit*; *Cum oleo olivarum* agitatum & mixtum faceſſit *in unguentum vere Nutritum* inflammationibus variis aptum. *In Oculorum affectibus diluitur cum aqua fœniculi, euphraſiæ*, vel ſimili, & applicatur &c.

## Balſamum Saturni *D. Cardilucii.*

℞. *In Collectaneis Leidenſibus* LE MORT, ut & FEBUR. ac alii docent, Balſamum hoc parare *cum ſpiritu Therebinthinæ & Sachare Saturni*, ſed Balſamum hoc, prout illi deſcribunt, ita ſimpliciter parabilem haud exiſtere CARDILUCIUS refert; neque laborem ſuccedere, niſi ſingulari encheyreſi adhibita, *& tamen non ſemper ſuccedere aſſerit*: ſequenti tamen methodo ſe Balſamum craſſum acquiſiviſſe ait, nimirum: Recipe *Spiritum vini non rectificatum admodum*, in hoc ſolve *ſacharum vulgare, & ſacharum ſaturni*. Similiter recipe *Spiritum therebinthinæ, & in hoc ſolve ſacharum Saturni* ſæpius invicem agitando, poſtea confundantur ſolutiones, & in digeſtione ponantur, donec ſpiritus vini evaporatus eſt, ſic remanet Balſamum ſyrupi inſtar craſſum, inſignis uſus & effectus, in vulneribus, contuſionibus &c.

## Balſamum Sulfuris ſimplex *D. Le Mort. Maets &c.*

℞. *Sulfuris* part. ij. *Salis* ♀i part. j. Fundatur Sulfur leni igne in vaſe terreo vitreato, fuſo ſucceſſive admiſce Sal ♀i pulveriſatum & *ſpatula lignea ſæpius commiſceto*, ſic ſal ♀i cum Sulfure conflictum inſtituet, acidum ejus aggrediendo, multasque bullulas excitabit, *colorque ſulphuris mutabitur in fuſcum*, peracto labore acidum ſulfuris maximam partem erit

deſtructum, & ſulfur reſeratum, *ut cuivis menſtruo homogeneo oleoſo ſpirituoſo introitus pateat*, ad eliciendas oleoſas Balſamicas Sulfuris partes.

Olea, Balſamo ſulfuris vulgo deſtinata, ſunt *Oleum terebinthinæ, Juniperi, aniſi, ſuccini &c.* Si ex hoc vel illo pro lubitu & intentione Balſamum ſulfuris deſideratur.

℞. *Maſſæ prædictæ Sulfuris* ℥iiij. *Olei cujusvis* vel ſimplicis vel inter ſe mixti ℥vj. *Spir. vini opt.* ℔j. immittantur cucurbitæ alembico ſuo munitæ & recipulo appoſito, M. B. coquantur omnia, ſic *inter coquendum prodit ſpiritus, cum ſubtilioribus olei particulis* qui ad alios uſus poterit aſſervari, *in fundo vero remanet Balſamum egregium, affectibus Pulmonum* magis conducibile, ob deſtructas acidi ſulfuris particulas, ac illud, quod olim anteceſſores noſtri ex Floribus ſimpliciter cum oleo coquendo conficere docebant.

*Spiritum vini* quidem neque LE MORT, nec MAETS, vel alius addere docet, ſed experientia doctus longe nobilius Balſamum hac methodo conficitur, quoniam nullum ſic contrahit empyreuma Balſamum: ſic & *oleoſæ Balſamicæ Sulfuris extraverſæ partes expeditius extricantur & oleoſis commiſcentur.*

Quoad vires, Balſamum ſulfuris ſui menſtrui ſive olei vires potiſſimum æmulatur, vel ex hac ratione mixtas poſſidet; & *ratione ſulfuris in morbis malignis vel Peſte præſervanda* à veteribus quidem admodum fuit laudatum; ſic & hac ratione Pulmonum exulcerationibus corrigendis, conſolidandis &c. quandoque non

 eſt

eſt inidoneum Sed *Oleorum ratione eſt anticolicum, nephriticum, urinas pellit & arenulas.* Doſ. gtt. iij. ad ℈ß vel ℈j.

## Balſamum Sulfuris *magis compoſitum mihi uſuale.*

℞. *Sulfuris pulcherrimi* ℔ j. liqueſcat ſupra ignem in olla vitreata, ac liquato ſucceſſive immiſce ſpatula agitando *Salis*, ex Nitri, & ♃ i aa. detonando facti & pulv. ℔ ß. ubi omne Sal eſt immixtum, & omnia probe agitando commixta, tum operculo occlude ollam & circulari igne adhibito per aliquot horas cœmenta, ut in fluore detineantur Tunc ab igne remota olla, & maſſa exemptæ adhuc liquidæ immiſce pulveriſatæ, *Aloes Socotr. & myrrh.* aa. ℥i ß. & ſic maſſam effunde in patinam ligneam aqua prius humectatam. *Refrigeratam vero maſſam redige in pulverem & in cucurbita ei affunde Olei quodcunque velis*, v. gr. *juniperi, ſpir. therebinth.* aa. ℔ j. *ſpir. vini* ℔ iij. & in M.B. coquantur, donec ſpiritus vini eſt prolectus, ac in fundo Balſamum reſtat.

Hoc Balſamum quoad vires, *ratione Aloes & myrrhæ præſervando miasmatibus peſtiferis*, item in Febribus &c. priori præferendus aliquantum videtur.

## Balſamum *ſive* Oleum Sulfuris *Rulandi.*

℞. *Olei Roſar. ſimpl.* ℔ ij. *Thereb. claræ* ℥ ij. vel iij. 🜍 *citrini pellucidi* ℥ j. ʒ ij. vel ℥ i ß. Jam oleum Roſa-

Roſaceū affundatur therebinthinæ liquefactæ, tunc & addatur Sulfur ſeparatim liquefactum; ac lento igne bulliant, ſæpius agitando baculo ligneo: donec balſamum rubrum acquirit colorem. Quod ſervetur ad uſum externum.

Vel ℞. *Olei Lini* ℔ij. *Ol. thereb.* ℥iij. *Sulfuris citrini* ℥ij. & oleis, ſulfuri liquato affuſis, coquantur leni igne, ut fiat Balſamum.

*Rulandus* hoc ſuum Balſamum 🜍is admodum commendat, ad articulorum tophos emolliendos & diſcutiendos, & *Tulpius*, ejus utilitatem in doloribus arthriticis expertus commendat, *in ſuis obſervationibus*.

## Balſamum Sulfuris *Boylei*.

℞. *Florum Sulfuris pulcherrimorum* ℥iiij *Olei olivarum* ℥xvj. Ingredientia hæc immittantur Ollæ *quantitatis longe majoris capaci* & robuſtæ fictili, ac ab initio adhibe ignem carbonum, optime antea candeſcentium; ut ſubitanea ſit actio, ita tamen ne oleum accendatur, ſed agiliter ſaltem coquatur, & flores ſulfuris perfectè diſſolvantur, quod intra dimidiam horam circiter, pro majori vel minori florum 🜍 & olei quantitate, peragitur.

Quo vero operatio hæc rite procedat, neque vero oleum ab igne accendatur, continuo inter coquendum à prima olei in flores actione, ad omnimodam ſolutionem florum, *inſtituatur & continuetur celerrima agitatio, mediante ſpatula lignea*, & agitatio hæc etiam continuetur, dum

dum olla ex igne extracta eſt, & omnia omnimode refrigerata ſunt.

*An vero ſulfur in oleo omnimode ſolutum ſit, prius probe examinetur*, antequam olla ab igne removeatur, nimirum una vel altera guttula inter coquendum chartæ inſtilletur, & *ſi color profunde rubeus, balſamique conſiſtentia melli tenui ſimilis eſt ac ſulfur ſapore ſe vehementer prodit*, tum factum eſt Balſamum.

Quod, ſi non eſt ipſum RULANDI *Balſamum* 🜍*is*, tamen ei proxime affine eſſe dictus D. BOYLE aſſerit, quippe eo ſe *in Tuſſi* non ſolum interne, ſed & externe *in Contusſionibus, tumoribus, contracturis inveteratis*, majora præſtitiſſe, ait, quam omnibus aliis Balſamis vel unguentis venalibus, imo *deploratum ſanguinis mictum ſe eo curaſſe aſſerit*.

Datur vero *interne* ad guttulas 5.10.15.&c. *ſaccharo involutum*, ſtomacho jejuno. *Et externe* applicatur calefactum, vel linteis vel absque his illitum

Si quis ſit, qui juxta modo traditam encheyreſin Balſamum hoc conficere nimis arduum judicet, dum igne languido 🜍. haud ſolvitur, intenſiori vero oleum ebulliens facile inflammatur, vel empyreuma contrahit, eum *docet Boyle, ut in arena calida operationem inſtituat*, cujus calor inter ſolutionem aliquando ſtrepitus modicos excitat: ſic horis aliquot æque Balſamum hoc fieri poſſe aſſerit.

Hoc Balſamum *ſi ad craſſitiem ſpiſſam decoquitur*, tum *ſpiritus vini Tincturam inde extrahit* coloris ſanguinei.

Bezo-

## Bezoardicum Joviale Fabri *juxta Cl. Ludovici, Hoffmannum &c.*

℞. *Jovis Anglici*, ☿*ii vivi* aa. p. æq. fiat inde amalgama, cui adde ☿. ſublimati anaticum pondus: tum mixta, & aeri humido ad tempus expoſita per retortam ex arena deſtilla, atque *recipienti immiſſo aquæ ſimplicis quadruplo*, ſimul affunde id quod reſiduum eſt in retorta, & totum calefactum & probe agitatum per chartam duplicatam madidam filtra. Quod vero charta abſorbit, una alterave aquæ ſimplicis uncia affuſa, elue, & novæ retortæ filtraturam immitte, *adjecta, pro ſingulis primitivarum ingredientium*, videlicet ☿. *vivi, ſublimati & Jovis*, unciis, *Nitri puriſſimi* ℥ß. & omnem liquorem, in ſpiritum Nitri compoſitum, ad totalem Nitri exhauſtionem, per arenam in fine forti igne deſtilla: ſic in fundo remanet pulvis edulcorandus, *cujus vires ſunt Bezoardica, antifebriles, antihyſterica &c.* Doſ. ℈ß. ad gr. xvj.

*Bezoardicum hoc Joviale alias eſt illud ſudoriferum magnum Fabri*, quod etiam tradit *Cl. N. Ludovici*, & ab *Ettmullero in Commentario ad Ludovici Pharmaciam deſcribitur, & commendatur.*

## Bezoardicum Joviale *aliud.*

Diverſimode ab artificibus elaborari ſolet. MINSICHTUS, SCHROEDERUS & alii ſumunt *Reguli Antimonii ſimplicis* ℥iij. &

*Stanni Anglici* ℥ij. fundunt in regulum vel maſſam, quam *cum* ☿*ii ſublimati* ℥x. commiſcent, & ex retorta deſtillant, ut Butyrum prodeat.

ZWELFFERUS ita ſimpliciter *Stanni ſubtiliter limati* ℥iiij. *mercurii legitime ſublimati* ℥vj. addit, exacte commiſcet, exque iis retortæ immiſſis per arenam Butyrum elicit, butyri antimonii adinſtar.

*Recipe* vero hoc vel illo modo *Confectum Butyrum Joviale*, atque ei *pededentim inſtilla ſpiritum Nitri optimum* tam diu id continuando, donec nulla ebullitio & lucta amplius percipitur. Tum *ſolutionem retortæ immitte*. *& ex arena deſtilla* & ad ſiccitatem omne humidum abſtrahe, materiam ex retorta exemptam tere, & retortæ vel cucurbitæ rurſus immitte, & *ſpiritum abſtractum cum recenti ſpiritu nitri commixtum denuo ſuper affunde & abſtrahe*, atque hunc laborem etiam tertia vice reitera, qualibet vice abſtracto ſpiritui aliquot uncias ſpiritus nitri recentis addendo. Tandem materiam in retorta vel cucurbita relictam exime, in porphyrite tere & crucibulo immitte, ac *hora una vel altera leniter calcina, poſtea* ad uſum ſerva.

*Diaphoreticum eſt non contemnendum, in Febribus, morbis epidemicis, ut & morbis uterinis, aliisque mulierum morbis.* Doſ. gr. v. ad ℈j.

Cl. ETMULLERUS in ſua Pyrotechnia *ſingulariſſimum prædicat Bezoardicum Joviale in mulierum affectibus*, in paſſione hyſterica, in purpura puerperarum alba, in affectibus mammarum exterioribus, ex terrore ortis, in tumoribus earum,

carum, ut & *ad impediendum lactis coagulum*: item ubi poſt hæmorrhagiam narium copioſam, hydrops aut cachexia metuitur, Bezoardicum hoc Joviale laudandum eſſe remedium, aſſerit.

## Bezoardicum Lunare Zwelff.

℞. *Argenti cupellati* in tenues lamellas deducti ℥. ſolvatur *in ſpiritus nitri* rite deſtillati ſ. q.

Item ℞. *Butyri antimonii* à ſuo cinabari rectificati ℥ij. vel iij. *ſolvatur etiam cum Spir. Nitri* q. ſ. ſenſim & guttatim hunc prædicto butyro affundendo, *donec omnis ſtrepitus ceſſet*. Hoc peracto ſolutiones hæ commiſceantur, & ex cucurbita vitrea igne arenæ ad ſiccitatem maſſæ albæ virideſcentis, abſtrahantur.

*Maſſæ* huic *reſiduæ* exemptæ & tritæ, *affundatur novus Nitri ſpiritus*, & ab ea abſtrahatur, *& hoc tertia vel quarta vice reiteretur*. Poſtea remanens maſſa diligenter edulcoretur, affuſa aqua ſimplici, ac crucibulo immiſſa per horam & ultra in crucibulo leniter calcinetur, & tum ad uſum reponatur.

*Vires cum priori eædem ſunt*, niſi quis ratione Lunæ, ſibi majores vires imaginari velit ad cerebri morbos.

*Argentum vero*, *monente* Cl. ETTMULLERO, *ab omni cupro omnino ſit liberatum* & ſeparatum, alias hoc medicamen potius nauſeas & vomitus movere aſſerit.

Cl. LUDOVICI huius loco *cinabarin* ♃ii *cum Bezoardico minerali* remiſcere jubet, ita enim in malignis, ut & convulſivis morbis ſecurius anodynum & ſudoriferum obtineri aſſerit.

# Bezoardicum Minerale *ſimplex, prout hoc ab omnibus chimicis unanimi conſenſu elaboratur.*

℞. *Butyri antimonii corroſivi* ℥iij. vel q. l. immittatur cucurbitæ vitreæ parvæ, & *ei affundatur Spiritus Nitri optimi*, ſucceſſive & *guttatim*, tantum, donec butyrum ſit ſolutum, *nec ullus ſtrepitus amplius obſervetur*, quo facto abſtrahitur omnis ſpiritus ad ſiccitatem usque; tum materia ſicca ex vitro eximatur, in porphyrio probe teratur, & novæ cucurbitæ vel retortæ vitreæ immittatur, ac ei *de novo affundatur abſtractus ſpiritus, cum recenti nitri ſpiritu fortificatus*, ita monente CARDILUCIO, qui inde plus Bezoardici mineralis ſpondet, quam ſi ſemper recens ſpiritus nitri ſumeretur, atque *hic labor tertia vice repetatur*, ultimo fortiori igne, ut retorta candeſcat, ac omnes ſpiritus expellantur. Reſidua maſſa in porphyrite trita ac crucibulo immiſſa, *igne aperto, per horam* vel ultra *leniter calcinetur*, ac in vitro probe aſſervetur.

*Vires ejus prædicantur Diaphoreticæ & alexipharmacæ, unde in Febribus malignis, epidemicis, quotidianus ejus, multis ſolet eſſe uſus.* Doſ. ℈ß. ad ℈j. vel ʒß.

Qui levi opera ejus elaborationem expetit, ſuaſu CL. WEDELII *Pharmaciæ in art. form. redact.*

*redacti* recipiat *Mercurii vitæ* ℥vj. *Nitri depurati* ℔iß. pulveriſata miſceat, & detonando procedat, ut in confectione antimonii Diaphoretici ſolet. Vel uti KOENIG *in ſuo Regno minerali* habet.

℞. *Croci Metallorum* ℥ij huic in cucurbita affunde *Spiritus Nitri* ℥xij. & in arena ſpiritum abſtrahe ad ſiccitatem; abſtractum ſpiritum denuo affunde & abſtrahe, poſtea in crucibulo calcina, donec fumare ceſſat.

*Spiritus, qui ex hoc opere reſultat*, & abſtrahendo colligitur, vocari conſuevit *Spiritus Nitri Bezoardicus*, non quod vim Bezoardicam obtineat, ſed quod à Bezoardico abſtractus fuerit; præterea *vires æmulatur Aquæ Regiæ*, & ab ea vix differt, niſi quod forte ſpiculis quibusdam antimonii prægnans ab ea differentiam aliquam obtineat.

LE MORT *iterata Spiritus Nitri affuſione & abſtractione haud opus eſſe vult*, cum ſalia fluida in pulverem haud amplius agere queant, neque etiam ulla correctione pulvis amplius indigeat. *Vide ejus chimiam p. 211.* imo nos pretioſa hac præparatione optime carere poſſe, *cum nihil niſi antimonium Diaphoreticum obtineatur*, quod alias leviori opera parari queat, contendit. *Et aſſentit* LE FEBUR *in ſua chimia*, qui itidem hoc Bezoardicum nil aliud ac antimonium Diaphoreticum eſſe aſſerit.

# Bezoardicum Solare Zvvelff.

℞. *Auri per antimonium purificati & finiſati* ℥ß. ſolvatur in ſ.q. *Aquæ Regiæ*, quoad totum ſolutum ſit, quam ſolutionem aſſerva. *Porro* Recipe *Butyri Antimonii* à ſua cinabari rectificati ℥ij. huic per vices *guttatim affundatur* in cucurbita ſatis alta, ſub camino, vel in aprico, collecta *Spiritus Nitri optimi* q. ſ. ut omne butyrum ſolvatur, & donec omnis ſtrepitus ac efferveſcentia ceſſet. Tunc ſolutiones has Auri & Butyri commixtas per alembicum igne arenæ abſtrahe ad ſiccitatem maſſæ. Cui in cucurbita reſiduæ flaveſcenti *recentis Nitri ſpiritus* ℥iij. *circiter affunde*, & per deſtillationem igne arenæ abſtrahe, ultimo fortiori igne ad ſpirituum corroſivorum totalem expulſionem, atque hic labor tertia repetatur vice. Tandem *reſiduam maſſam diligenter edulcora*, & ſiccatam in crucibulo per horam vel ultra leniter calcina, ut continuo tamen candeat; poſtea eam tere & in vitro probe clauſo aſſerva.

*Vires cum prioribus ſunt æquales, niſi quis ratione Auri, majores vires imaginarias cordiales, ei largiri nimis credule velit.*

# Butyrum Antimonii.

Ratione ingredientium ab omnibus quidem *ex* ♁*io crudo &* ☿*io ſublimato confici ſolet*, ſed doſeos ratione differentes ſunt: ita ut hic ♁*ii crudi* p. ij. & ☿*ii ſublimati* p. j. alter amborum par-

partes æquales, tertius ♁ii part. ij☿ii *ſublimati* p. iß. recipere ſoleat, ex quibus hic tertius modus melius eſt.

Sume itaque ♁ *puriſſimi* ℥viij. ☿ii *ſublimati* ℥vj. terantur probe in mortario marmoreo, & mixta immittantur *retortæ vitreæ, collum largum habenti, ut dimidia pars maneat vacua*, atque igni arenæ, vel aperto impoſita, deſtillentur primo leniori igne: poſtea paulo auctiori egreditur liquor craſſus, qui ne collum retortæ obſtruat, & eum frangat, *carbone candente admoto liquandus eſt*, ut in vas ſuppoſitum deſtillet. Tum *ſi ratione butyri labor fuerit inſtitutus*, hoc egreſſo ab opere ceſſa. Sed cum continuato igne poſt butyrum cinnabaris ſoleat elevari, auge ignem per aliquot horas, & cinnabaris in collum retortæ ſublimabitur, atque finitus erit labor.

Butyrum hoc antimonii, ut cauſtica ſolent, *ſuperfluam exedit carnem & ulcera abſtergit calloſa*; præterea *ſiſtit gangrænam, ne ulterius ſerpat, ſi pars mortua eo circum linitur*. Sic & *carbunculus peſtilentialis*, butyro hoc circumlitus, paulatim *emoritur*, & aptus redditur, ut aliis, tum Emplaſtris obediat. Si ʒj. ejus in *ſpir. vini rectificat.* ℔ß. ſolvitur, tum *podagricorum dolores* quam maxime demulcet externe applicatum.

Magis liquidum prodit Butyrum. ſi mixtura antimonii & ☿ii ſubl. per aliquot dies in cella detinetur, & tum deſtillationi committitur, vel quod, teſte ETTMULL. idem eſt, ſi mixtura aqua ſimplici irrotatur, & tum deſtillationi committitur.

Cl. B. ETTMULLER *Comment.* LUDOV.

DOV. non inconſultum eſſe ait, *Butyrum aliquoties rectificari deſtillando*, cum ſic purius & tenuius vel liquidius reddatur, & ſalia contenta magis diſſolvantur, ac inde confectus mercurius vitæ, vel Bezoardicum minerale meliora evadant & teneriora.

## Butyrum Joviale *Febur.*

℞. *Stanni Anglici ſubtiliſſime limitati* ℥iiij. *Mercurii ſublimati* ℥xij. miſce probe in mortario marmoreo, atque *immitte retortæ collo largo præditæ*, eamque *arenæ impone*, ut à fundo capellæ ad dimidium pollicis ſit remota, tum ignem adhibe, atque *prodit ſpiritus continuo fumans*, poſtea egreditur butyrum, inſtar glaciei; tum & ☿ius ſui juris factus rurſus currens aſcendit, hoc elapſo, augetur ignis, & etiam deſuper admovetur, & tota Stanni ſubſtantia in collum retortæ aſcendit, ac *in fundo nil manet, niſi fæces rubræ*, finito labore, & fracta retorta, exime Stannum in forma gummi in collum elevatum, *ſubito pulveriſa atque aeri expone ſic ſolvetur in oleum flavum*, quod colligendum.

*Vires ejus ſunt inſignes ad carnem ſuperfluam abſumendam, ac callos ulcerum emolliendos & abſumendos*, modo cum penicillo illinatur hoc oleum. Butyrum vero, quod mox poſt ſpiritum egreditur, magis cauſticum eſt, & poteſt adhiberi *ad fontanella inurendas*, item *ad ſiſtendam gangrænam*, ſi circumlinitur parti emortuæ. *Spiritus autem fumans* penetrantiſſimus eſt, itidemque

que gangrænam ſiſtit, ne ulterius ſerpat, ac ultera depaſcentia cicurat, ne pergant, atque in hoc caſu omnia ſimilia antecellit.

## C.

## Cœmentatio.

Eſt calcinationis ſpecies, quæ *eundem in finem potiſſimum inſtituitur, ut Aurum ab admixtis vilioribus metallis ſeparetur.* Extenduntur vero Metalla in tenues lamellas, ex quibus in fruſta inciſis, *cum pulvere cœmentatorio*, in tigillo, vel *pyxide cœmentatoria*, fit S.S.S. quo facto crucibulum operculo obturatum, primo leni, poſtea paulo auctiori igni per horas aliquot imponitur, *ut ſaltem ſemper candeſcat metallum, neque vero fundatur.* Hac operatione cœmenti partes ſalinæ, viliora metalla corrodunt, nobiliori intacto relicto.

Si vero ſalia pulveris cœmentatorii ſint nimis acria & corroſiva, ſæpe etiam puriori metalla arrodere ſolent, hinc diverſi pulveres cœmentatorii ab artificibus ſunt inventi, ex quibus ſequentes aliis ſunt probati.

### Cœmentum Regale *Le Mort.*

℞. *Vitrioli Cyprii* ℥j. *Nitri* ℥ß. *Alum. rupei, Salis armo-*

*armoniaci* aa. ℥ij. *Æruginis* ℥j. Exacte pulveriſata miſceantur,& patellæ terrenæ non vitreatæ ſuperfuſa, calcinentur ad exhalationem omnis humiditatis, ſpatula lignea materiam diligenter movendo; ubi vapores ceſſant pulveriſetur maſſa, ac pulvere hoc ſtratificetur aurum,& cœmentetur.

## Cœmentum Regale: *Febur & aliorum.*

℞. *Farinæ laterum*, ſive laterum ſubtiliſſ. pulv. ℥iiij. *Salis armoniaci*, *Salis Gemmæ*, & *Salis communis ſiccati* aa. ℥j. pulveriſata miſceantur & *cum urina humectentur*, ut fiat paſta, quæ cum auro ſtratificetur.

## Cœmentum Vulgare.

℞. *Farinæ laterum* ℥iiij. ⊖*is comm. fuſi* ℥ij. *Nitri æruginis*, aa. ʒij. M. fiat pulvis, qui abſque humectatione. cum auro ſtratificetur.

## Calx Argenti.

Eum in finem requiritur, *ut ab omnibus aliis admixtis metallis ſit depurata & libera*, atque in medicina tum genuinas vires exerat.

Diverſo vero modo artifices hanc calcem elaborare ſolent: *Alii Argentum in quatuor partibus* ▽ *Fortis ſolvunt*, ſolutionem *cum aqua Salſa vel muria ſalina affuſa præcipitant*, calcemque ſæpius edulcorant: *Poſtea* vero hanc *cum quatuor*

*tuor partibus plumbi, in cupella ulterius ab admixtis particulis aliis metallis ſeparant*, & in calcem porro redigunt.

Cl. CARDILUCIUS ſequentem Argenti calcem aliis præfert; nimirum *ſumatur Argentum Cupellatum*; deducatur in tenues lamellas, quæ in fruſta ſciſſæ *in terrea pixide cœmentatoria ſtratificentur cum Sale communi ſicco*, ac leni igne, ne ſal fluat, per 24. horas cœmententur, tum abluatur Sal, & lamellæ in pulverem terantur vel calcem; *Si vero hac prima cœmentatione non omnino eo ſint redactæ argenti lamellæ, ut ſe pulveriſari patiantur, reiteretur cœmentatio cum recenti Sale*. donec in calcem redigi ſe patiuntur: atque habebitur depuratiſſima argenti calx, quippe Sal ipſas argenti fæces extrahit, quas in edulcatione aqua eluit, nigredine conſpicuas. Et *ſi hæc calx in argentum denuo funditur*, rurſus in lamellas extenditur *& ut prius cum Sale ſæpius cœmentatur*, *in Lunam fixam tandem redigitur*. Videatur FEBURI *chimia cum Commentario* D. CARDILUCII pag. 719.

## Calx Auri.

℞. *Auri fulminantis* part. j. *Florum Sulfuris* vel *ſulfuris vivi* part. ß. vel aa. miſceantur proba & in tigillo, vel ſub tegula in patella ſive catino ſub continua agitatione cum ſpatula ferrea polita, & remanet calx auri purpurea, ſive Crocus Si vero hæc calcinatio *aliquoties additis recentibus ſulfuris floribus peragitur*, tum calx ſive Crocus, magis magisque ſubtiliſatur & ſpongioſius redditur.

*Eadem*

*Eadem methodo etiam Auri Amalgama in calcem vertitur, ſi ei optime* loto, tum per linteum ſiccato, & per corium fortiter expreſſo, *duplum pondus ſulfuris vini pulveriſati admiſcetur*, & in porphyrio teruntur, donec unita probe ſunt. Tunc vero in tigillo capaci exacte operculo foraminulato clauſo, calcinantur, ad omnimodam ſulfuris deflagrationem: tum in tigillo ab igne remoto invenitur Aurum calcinatum & ſpongioſum, quod porro, *triplo plus* ⊖*is comm. teritur & rurſus calcinatur*, tunc vero elixiviatum, ſiccatur.

Si hæc calcinatio per 🜍. & ⊖. prout LE FEBUR vult, ſepties reiteratur; *poſtea vero calx ſub tegula reverberatur*; eam ſpatula ferrea polita diligenter movendo & removendo, *relinquitur calx purpurea* optime elaborata, & extractioni apta, modo adæquatum adhibeatur menſtruum.

## Calx Plumbi & Stanni.

x

℞. *Plumbum fluat in vaſe ferreo*, ac ei injiciantur *fruſtra parva ceræ*, & ſi tum cruſta remota plumbum apparet clarum & purum effundatur in aquam.

Tunc ſume hoc depuratum plumbum, *fluat denuo* in vaſe ferreo, *ac ei manipulus ſalis injiciatur*, ſic ſub continua agitatione *decrepitatur ſal, & plumbum in calcem vertitur*, tum rurſus Sal adjicitur, & ſub continua agitatione hoc opus continuatur, donec omne plumbun in calcem redactum fuit; tunc *calx hæc edulcoratur & à Sale liberatur*; tum vero patinæ terreæ vel

ferreæ

ferreæ immittitur, & carbonibus impoſita, ſub continua agitatione calcinatur in calcem ſpongioſam & ſi ignis ita continuatur, *redigitur in calcem vel albam, flavam aut rubram*, prout libuerit, alias *Lithargirium, Minium &c. nil ſunt, niſi Calces Plumbi*, ut ſi calce plumbi opus hæc ſufficiant.

Si calcinatio plumbi *cum Sulfure* inſtituitur, facta in tigillo S.S.S. tum *calx relicta in Pharmacopæis plumbum uſtum audit.* Vel fundantur *plumbi* libræ ſex in crucibulo, tum huic ignito paulatim injiciantur *ſulfuris citrini* ℥vj. & baculo ferreo agitentur, donec ſulfur deflagrari deſinat, hinc pulveriſetur.

## Catillus cinereus *ſive Cupella.*

Eſt vaſculum craſſum, rotundum, pauliſper cavum, *ſeparationi metalli impuri, ab auro vel argento, deſtinatum*, & ſequentem in modum optime fieri ſolent.

Eliguntur ad eos conficiendos *cineres ligni fagini, vel, ſi haberi poſſunt, Sarmentorum vitis*, his cribro immiſſis *ſuperaffunditur aqua*, ut ſubtilioribus cineribus in ſuppoſitum vas deſcendentibus, craſſiores partes cum carbonibus in cribro remaneant. Subtilioribus filtratis cineribus recens affunditur aqua, priori decantata, & quiete aliquot horis conceſſa, decantatur aqua & recens affunditur, atque hic *labor tam diu reiteratur, donec omne Sal elixiviatum extat.* Tunc remanens cinis in globulos comprimitur, qui in aere ſiccat in fornace figulina rurſus uruntur: tum pulveriſatis his cal-

cinatis cineribus *ſuper affunditur aqua fontana & per octo vel plures dies ita infuſa relinquuntur.* Quo facto hæc aqua decantatur & nova affunditur baculoque agitatur, ut turbetur. Hanc cinere turbidam aquam ſubito in aliud vas decanta, ut craſſiores remaneant cineris partes: quando ſubſederit aqua, tum eam decanta & recentem affunde, ac ſemel adhuc turbatam decanta, & ex ſubſidentia *ſubtiles cineres collige, & exſicca*, ac paratus eſt cinis.

Poſtea recipe *Oſſa vitulina vel ovilla, hæc, dempta medulla, ad albedinem calcina*, & pulveriſata per cribrum transmitte & in pulverem ſubtiliſſimum in porphyrite redige.

Tunc vero recipe *cinerum purgatorum* partes ji. *Oſſium calcinatorum & pulv.* part. j. Hæc *mixtura irroretur aqua fontana*, ut ſaltem cohæreat; atque hac *impleatur mortariolum*, manibus ei imprimendo; ſupereminentem vero removendo & *tribus vel quatuor pulſibus* piſtillum in id cudendo, *efformetur catillus*: tunc inſperſo per cibrum *polline oſſeo*, uno atque altero pulſu ſuperaddito, catillus, mortariolum cineribus imponendo, exprimatur, & ad ſiccandum reponatur.

*Pollen oſſeum*, Clär vocatum, fit *ex oſſibus cranii vitulini anterioribus*, per coctionem à pinguedine depuratis & ad albedinem calcinatis, inque porphyrio ſubtiliſſime tritis, tunc vero de novo aqua humectatis, inque tigillo clauſo per horas quatuor adhuc calcinatis, & poſt refrigationem ſubtiliſſime tritis: hic pulvis inſpergitur per cribrum catillis, ne rimas acqui-

quirant, & metallum explorandum eo melius decumbat.

## Catinus Treibſcherben.

Eſt vaſculum *inſtar parellæ efformatum*, vel *è terra pingui*, aut *cineribus elixiviatis*, factum & excoctioni metallorum deſtinatum.

## Centaureum Minerale *Cardilucii.*

*vide* Panacea Antimonii.

## Ceruſſa vulgaris.

Fit *laminas plumbi* in peculiaribus vaſis *ſuper acetum ſuſpendendo*, *loco tepido*, quo vapor aceti in poros plumbi ſemper agere, & id in ceruſſam albam convertere queat.

## Ceruſſa Antimonii.

*Eſt Antimonium Diaphoreticum ex Regulo antimonii paratum*, loco antimonii crudi.

## Chalypem ex ferro conficere *Le Mort*.

℞. *Laminas Ferri* & *cum ungulis equi*, & *ſali communi* fiat. S. S. S. ita ut fundus & ſuprema pars vaſis, Sale & ungulis cooperta ſint, operto tum vaſe ignis ſenſim augeatur, ad plenam incandeſcentiam per aliquot horas, tunc ob duritiem chalibis nomen induit. Sic & *chalybeam naturam induit ferrum*, *ſi can-*

 *de-*

*defectum ſæpius in liquore vermium & decoctione Ungularum extinguitur.*

## Cinnabaris Antimonii.

℞. *Mercurii ſublimati* propria manu parati vel non adulterati ℥vj. *Antimon. pulcherrimi* ℥iiij. *præſtat enim minori Doſi*, quam majori, ejus elaborationem inſtituere. Singula ſeorſim in mortario lapideo ſubtiliſſime pulveriſata, probe miſceantur. *Vitetur vero fumus inde excitatus.*

Poſtquam commixta omnia ſunt, retortæ vitreæ immittantur, hæc vero arenæ imponatur. *Retorta* vero *ſit probe figurata, collo nimirum ſat longo & largo prædita*, ne à copia cinnabaris facile obſtruatur, & rumpatur. Eam vero ita colloca ut pene fundum capellæ attingat ; quoniam igne ultimo intenſo opus eſt.

Tum ignem primo adhibe lenem, *ut ſaltem maceratio quaſi perficiatur*, augeatur vero poſtea ignis, ut capella ex parte candeſcat, ſic prodit liquor albedine conſpicuus, cui ſuccedit butyrum maxime limpidum, quod alio recipulo excipiendum. Ab initio tamen luto muniantur recipiens cum retorta , ne fumus acris noxam laboranti inferat.

Hic vero ignis gradus continuetur, donec liquor luteus egredi incipit, tunc ignis fortificetur, & ſi nullæ amplius guttæ decidunt, recipulum auferatur, & retortæ foramen ſaltem charta convoluta obturetur, vehementiorque ignis gradus addatur, ut materia in retorta fluat, vel liquetur, *niſi enim retortæ ima pars candeat, non aſcendit cinnabaris.*

*Ab*

*Ab initio* vero dum butyrum aſcendit, *cavea ne ignem intendas*, ſi enim citatius butyrum exeat, ita *ut gutta guttam trudat*, & retortæ collum variegato colore flavo, viridi, rubro &c. pingitur, ſignum eſt coloris nimis fortis, hinc ignis debilitetur, ne deſtruatur productio cinnabaris, *liquore vero luteo prodeunte, tempus demum eſt, ut ignis augeatur.*

Operatio hæc intra 12. horas peragitur, vel etiam citius, pro majori vel minori ingredientium copia.

Finito opere frangatur retorta, & *colligatur cinnabaris aqua fontana aliquoties abluenda*, quo aliquid butyri forte adhærens eluatur; ac ſubtiliſſime pulveriſata, ad uſum ſervetur.

Atque hæc eſt legitima cinnabaris antimonii conficiendi methodus, prout eam cum encheyreſibus tradit Cl. FRID. HOFFMANNI FILIUS jam Profeſſor Hallenſis, in ſua de Cinnabari hac, exercitatione. Qui eam inſuper adhuc aliquoties ſublimare & rectificare præcipit; ubi Cl. WEDELIUS contrarium ſuadet, & tali *rectificatione cinnabarin magis deturbari, & comburi aſſerit.*

Rectificatio Cinnabaris alias inſtituitur in crucibulo, cui inverſum crucibulum imponitur.

*Vires ejus prædicantur ſpecificæ ad Epilepſiam, vertiginem, & in genere ad reſolvendos humores coagulatos.*

Cl. ETTMULLER *comment.* LUDOV. eſſe, ait, nonnullos, qui ut majorem cinnabaris acquirant quantitatem, poſtquam ex ☿*ii ſublimati* part. ij. & ♁ii. *crudi* p. j. butyrum cum cin-

cinnabari deſtillarint, *Capiti mortuo novum addunt ☿ ſublimatum*, & denuo commixta deſtillant, ſicque copioſiorem cinnabarin acquirunt, Cum enim prioris Antimonii regulus in butyrum ſit ſolutus, atque ſolum ſulfur relictum, hinc hoc cum Mercurio coeundo in novam cinnabarin ſublimari ſolet.

Quod ſi alias plus Cinnabaris quam Butyri deſideremus, jubet Cl. ETTMULLER *duplum ☿ii ♎ ad unam partem antimonii* ſumere, *ſi vero plus Butyri* velimus, tum aa. p. æq. recipi debere vult,

## Cinnabaris Nativæ Cremor. quem *D. Maets, Collect. Leid. Panaceum ex Cinnabari nativa vocat,*

℞. *Cinnab. nativæ* q. l. conteratur in pulverem tenuem, cui ad digitorum iij. eminentiam affunde *Aquam pluvialem*, coque in fictili vitreato, ita in ſuperficiem aquæ aſcendet flos tenuis, quem caute auferto cum cochleari argenteo, atque ſiccato, ac deſuper *alcohol vini deflagrato.*

*Exhibetur tanquam Panacea & ſpecificum in Epilepſia, cum Raſura Ungul. Alcit, &c.* Doſ. gr. iii. ad ℈ß. Exhibetur item *in Febribus malignis, Variolis, Morbillis.*

## Cinnabaris Nativæ ſublimatio.

℞. *Lapidem* ſive *mineram cinnabari nativa refertam*, q. l. contundatur in fruſtula, atque cru-

crucibulo ſatis forti immittatur, deſuper impoſitis 6. vel 8. aludelis, ſive ollis ſublimatoriis, juncturis ubique luto probe obductis, adhibeatur ignis moderatus, *ne flamma inſimum aludel attingat*, in fine tamen, ſupremum ita calidum ſit, ut manu tangi queat; *cæterum nil refert etiamſi crucibulum candeat*, in quo gradu etiam per horas tres, quatuorve pergendum; tum refrigeratis vaſis auferantur aludeles, & cinnabaris in inferiore ſubſiſtens auferatur, cum Mercurio vivo ſimul ſublimato.

## Cinnabaris Vulgaris officinarum.

℞. *Sulphuris citrini* part j. in olla vitreata liquefactæ, ſub continua agitatione admiſce *Mercurii vivi* part. iij. ſpatula vel piſtillo *ligneo vero tam diu agitetur maſſa*, donec Mercurius in Sulfure penitus diſpareat & extinctus extet; tum niger cumulus, vel pulveriſatus, immittatur cucurbitæ terreæ humili, atque ex igne aperto in maſſam rubram ſublimetur. LE MORT: BARCKHAUSEN, *& alii.*

Cucurbita vaſe terreo, ad id apto, ſupra foraminulato tegitur, & adlutatur, *foraminulum charta ſaltem obturatur, donec vapores rubri aſcendere incipiunt*, tunc occluditur foraminulum, ad finem usque ſublimationis.

## Cinnabaris in Mercurium currentem reductio.

℞. *Cinnabaris vulgaris* ℔j. teratur in mortario marmoreo, ac ei commiſceatur tantundem *limatura martis*, atque mixtura humectetur *cum lixivio ex Tartaro calcinato & calce viva facto*; & retortæ lutatæ immittatur ut fere repleatur, ac recipulo ad dimidias aqua repleto, adlutato, ignis adhibeatur per gradus, deſuper & infra, & Mercurius rurſus currens expellitur.

Atque hac methodo item Mercurius ex cinnabari Antimonii rectificatur. D. CARDILUCIUS *commentar ad* FEBURI *chymiam*.

## Circulatum Minus Paracelſi. *D. Maets Collect. Leid.*

℞. *Flor.* ✱*ci à ſale communi bis ſublimatur*: q. l. affunde his *alcohol vini* ad digitorum iij. eminentiam. Stent in digeſtione tepida per dies & noctes iij. vel ultra, ita ſpiritus vini fortificatur ſpiculis ✱ci volatilibus & *fit menſtruum, ad extrahendas mineralium tincturas admodum aptum*.

## Clyſſus Antimonii.

℞. *Antimonii crudi*, *Nitri pulch. ſicci* aa. ℥iiij. ♀ii *citrini* ʒß. pulveriſata & mixta per vices retortæ tubulatæ candenti injiciantur, cui recipiens magnum quantitate quadam aquæ repletum, ſit annexum; operatione peracta rectificetur liquor & remanet ſpiritus acidus,

dus. D. BARCKHUS. LE MORT &c. Beatus ETTMULLER in Schrodero dilucidato recipere jubet: *Antimonii* ℔j. *Nitri* ℔ij. 🜍. ʒiij. mixta deſtillentur per retortam tubulatam Spiritum hunc acidum utpote ſingulari vi Diuretica præditum quibuscunque ſpiritibus mineralibus præferendum eſſe, cenſet *dictus Cl. Beatus Vir. In commentario* LUDOVICIANO recipere jubet *Antimonii* part. ij. *Nitri* p. j. & 🜍. p. ß. quæ mixta per retortam tubulatam detonatione pellantur.

Alibi recipere jubet *Antimonii & Nitri* aa. & 🜍. part. ß. ut adeo indifferens videatur, quæ ingredientium proportio eligatur.

## Cosmeticum Album. *D. Maets Collect. Leid.*

℞. *Marcaſitæ argenteæ* q. l. huic *in vitro capaci* per vices affundæ *Aquæ Fortis opt.* ad ſolutionem marcaſitæ, *quæ cum efferveſcentia ſumma abſolvitur.* Solutionem à fœcibus ſi quæ adſint, decanta & *cum aqua puteali per coctionem & ſubſidentiam clarificato præcipita* ſic inde obtinetur leviſſimus pulvis, qui alias *cum muria ſalis comm. majori quidem quantitate* præcipitatus, craſſius tamen eſt.

Pulverem vero optime & caute edulcora ut corroſivum abſtrahatur & extrahatur; tum *intra chartas exſiccetur.* Hujus pulveris. ℞. part. iij. & *Unguenti Pomati* part. ij. M. fiat Unguentum quo cutis illinatur.

LEMERY ſolvit marcaſit. ℥i. groſſe pulv. in *ſpir. Nitri* ℥iij. ſolutionem inſtituit *in matracio ſatis amplo*, ut terribili effervеſcentiæ ſpatium relinquatur. Solutionem immittit fictili nitido & cum ℥vj. *aquæ fontanæ*, in qua *ſalis marini* ℥ß. ſoluta ſit, præcipitat, ſic cadit pulvis albus, multoties edulcorandus & in umbra ſiccandus.

## Cremor Cinnabaris nativæ.
## vide *Cinnabaris nativæ cremor.*

## Crocus Auri.

Diverſo modo ab artificibus parari ſolet. ZWELFFERUS ſequentem ingredientium proportionem tradit.

℞. *Auri per antimonium fuſi & finiſati* poſtea in tenues laminas deducti ℥ß. *Nitri optimi & puriſſimi, Salis communis, ſeu gemmæ* aa. ℥viij. *Aluminis crudi* ℥v.

D BARCKHAUS ℞. *Auri fini* in ſcobem ſubtil. redacti ℨß, *Nitri* ℨviij. *Salis comm. & Aluminis* aa. ℔ß.

LE FEBURE *in chymia.* ℞. *Auri per antimon finiſati* & in ſubtiles laminas deducti ℨß. *Nitri puriſſimi & depuratiſſimi* ℨv. *Aluminis* ℨviij. *Salis commun. pulch.* ℨv.

Modo hæc vel illa ingredientium proportio placeat, *immitte aurum cucurbitæ vitreæ, cum ſalibus, & affunde aquæ pluvialis deſtillatæ* ℔. v. vel ſalibus prius in aqua ſolutis aurum adjice, cucurbitam vero arenæ impone & *coque donec aurum ſolutum ſit, id quod color flavus aquæ denotat*: tum leniorem ignem adhibe & *aquam ad ſiccitatem usque exhalari* per-

*permitte*, & remanet maſſa ſalina flava, cui omnis auri ſubſtantia diſperſa ineſt.

Tum huic maſſæ denuo affunde aquam pluv. deſtillatam, vel ſimpl. font. ut in ea omnis maſſa diſſolvi queat; tum *filtretur ſolutio flava, coloris aurei*, & ei guttatim inſtilletur *Olei Tartari per deliq. facti* q. ſ. ſive liquor vel lixivium ſalis Tartari, donec aurum omne fundum petat; Tunc ſubſidentia conceſſa, decantetur liquor ſupernatans, *Crocus vero ſæpius edulcoretur*, poſtmodum ſub tegula, vel in tigillo per horæ quadrantem leniter reverberetur vel calcinetur, & habebitur *Crocus purpureo-violaceus, cui vires ſudoriferæ & cordiales adſcribuntur*. Doſ. gr. j. ad ℈ß.

Pulcherrimus etiam Auri crocus vulgo fieri ſolet, ſi ſumantur *Auri fulminantis*, & *Sulfuris citrini* aa. p. æq. mixta & in pulverem ſubtiliſſ. redacta, in catillo terreo, ſub tegula leviter calcinentur, ad deflagrationem Sulfuris, *ignis vero non ſit fortior quam ut rutilando ſaltem candeſiant*, ne Aurum liqueſcat, ſed ſaltem pulvis rubicundus relinquatur.

Vel ſume *Amalgama Auri*, *calcinetur leniter ſub tegula*, ut omnis Mercurius avolet, & aurum in pulverem redactum relinquatur, ſuper hunc pulverem *fruſtulum unum aut alterum ſulfuris deflagretur* ſic elegans crocus efficitur. *Vide* D. BARCKHUS, *Pyroſophia*.

Vel commiſce *amalgama Auri* & Mercurii, cum duplo 🜍is, & ſub tegula leniter deflagret 🜍, continuo ſtilo ferreo commovendo, ſic ſulfure penitus deflagrato remanet Crocus ſive Sulfur ſolis.

Cro-

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

## Crocus Auri prout enim tradit *Autor tractatuli*, cujus titulus eſt: *Sol ſine veſte.*

℞. ⊕i, *Aluminis*, ⊖is *comm.* aa. p. æq. cum hiſce ſpeciebus terito *folia auri* æquali pondere; tum immitte pulverem nitro conſervali, & *eis affunde aquam*, ac valido igne bulliendo ſine evaporare; *& ſi ſal relictum flavum apparet, ſatis eſt*, ſi non, de novo aqua affundatur & coquatur & evaporetur, atque hoc reiteretur tam diu donec relinquitur Sal flavi coloris. Huic *Sali flavo affunde Spirit. vini* & colorabitur ſtatim flavedine aurea, cui ſi ferrum politum immergitur, ſtatim deauratur. Si vero *ſpiritus tinctus cum oleo Tartari præcipitatur*, cadit crocus Auri elegantiſſimus, qui ſiccatus aſſervandus.

## Cocus Auri deauratorius.
### *Le Mort.*

℞. *Solutionis Auri*, *in aqua Regia factæ* q. l. *Aquæ comm.* aa. p. æq. *in hoc liquore madeſiant lintea* quæ ſiccata leniter calcinentur in pulverem. Si hoc pulvere ſalvia humectato, fricetur lamina quæcunque argentea, antea à ſordibus probe purgata, optime deauratur.

Cro-

# Crocus Martis aperitivus ſimplex *Le Febur. Lemery &c.*

℞. *Limaturæ ferri puriſſimæ*, extendatur in patina vitreata, & *humectetur* vel *aqua pluvia vernali, vel Roris majalis aqua*; *& Soli exponatur* atque ſiccetur, tum teratur & iterato ſaltem humectetur, & ſiccetur, *hic vero labor ſæpius vel ſæpiſſime reiteretur*, quovis die ter humectando & ſiccando, modo radii Solares reſpondeant, & ad ſiccandum adſint; *quo ſæpius vero labor hic reiteratur, eo melius ferrum aperitur*, & aperientem acquirit vim.

*Si humectatio mediante urina inſtituitur*, tum inde enaſcuntur ſingulares fungi parvuli, & crocus inde emergit egregius, *cum quo optimus deſtillatur Salis armoniaci Spir. ♂ialis*, & ex remanentia cum ſpir. vini extracta, tum quod remanet per aquam extrahendo, & inſpiſſando, relinquitur *Sal martis Sacharum dulcedine fere excedens.*

# Crocus Martis Sulfuratus *vulgaris.*

℞. *Fruſtum chalybis ob longum*, igniatur ſub folle fortiſſimo igne, *ut ubique ſcintillulas de ſe ſpargat*, tum extrahatur ex igne, & ei *integrum fruſtum ſive magdaleo Sulfuris ſubito & fortiter admoveatur*, ſic guttatim ambo liquata decident in patinam aqua ſuppoſitam & *hic labor continuatur donec ſufficiens quantitas granulorum ferri acquiritur.* Poſtea pul-

pulveriſantur hæc grana, & in tigillo vel catino terreo calcinantur, ut omne Sulfur deflagret; & crocus martis Sulfuratus reſtet.

LEMERY recipit *Limaturæ ferri & Sulfuris pulveriſati* part. æq. miſcet, & cum aqua in paſtam redigit, quam in fictili ſive catino magno terreo horis quatuor reponit ad fermenteſcendum. Poſtea ignem ſupponit validum & *ſiccat atque calcinat, ſpatula ferrea indeſinenter agitando materiam*, usque intra horas aliquot in crocum valde rubrum redacta ſit ferri limatura; poterit hic labor commode inſtitui in olla lata, ſive patella ferrea ſi ad manus ſit.

D. LE MORT & D. MARGRAFF *in Collect. Leid. volunt ut Sulfur cum marte relinquatur*, neque vero per ignem ab eo deflagret, *ſed mihi placet* D. CARDILUCII *ratio, qui crocum talem martis, ad acidum primarum viarum abſorbendum plane ineptum cenſet*, cum per experientiam conſtet, quod nec aqua fortis ſulfur aggrediatur, multo minus acidum ſtomachi, crocum illum Sulfure adhuc repletum, aggreſſurum, & ex reactione ſe deſtructurum eſſe.

PHARMACOPÆA NORIMBERGENSIS, *vitriolum martis leniter calcinando*, in crocum pulcherrimum vertit & ad uſum reponit.

*Vires Martis talismodi*, ſive croci dicti, *vulgo aperitivæ cenſentur, id quod ex accidenti ſaltem præſtant* nimirum acidum deſtruendo & invertendo, atque ſic viſcidum, obſtructionum cauſam, ne generetur præcavendo.

*Din-*

*Diuturnus vero oportet eſſe uſus*, cum tarde operari ſoleat, & obſtructiones reſerandæ tempus requirant, hinc à minori doſi incipiendum. *Optime vero conducunt croci tales ubi acidum abundare obſervatur liquido ſufficienti copulatum*, utpote habent voraces, appetitu canino laborantes. *Ubi vero adeſt appetitus proſtratus*, & obſtructiones menſenterii fortes, in his *plus damno erunt*, ſed tunc vel *Eſſentia vel Salia martis* facile in quovis liquore ſolubilia requiruntur, utpote magis tum apetitiva.

*Doſis croci alias eſt*, à gr. v. ad ℈j. vel & ʒß.

## Crocus Martis Adſtringens.

Optime fit ſi *in deſtillatione ſpiritus Vitrioli laminæ ferreæ ſupra retortam ita ponuntur, ut eas continuo flamma lambat*, & ſpiritus acidi exhalantes eas contingere queant, ſic intra id tempus comburentur maximam partem in crocum, qui colligendus, & ulterius pro lubitu igne reverberii urgendus, & absque edulcoratione aſſervandus eſt.

ZWELFFERUS *caput mortuum à deſtillatione ſpiritus vitrioli martis relictum, verum & legitimum crocum martis adſtringentem eſſe aſſerit*; & aliis præfert; ignis vero ad ſpiritum exprimendum bidui ſpatio continuandus & urgendus eſt.

Sic inde remanens crocus ob partes magis terreſtres, *valet ad cruentos alvi fluxus, & hæmorrhagias tam interne, propinatus, quam &*

*& externe vulneribus ſanguinem fundentibus inſperſus.*

Doſ. eſt à ℈ß. ad ℈j. vel ij. aut. ʒj.

## Crocus Martis Cachecticus. *Zwelff. Margraff.*

℞. *Nitri puri* ℔j. liquefiat in crucibulo, & ei injiciatur *Limatura ferri* ſucceſſivis vicibus, donec nulla magis imprimi poteſt, *& nitrum ſiccum remanet* quo facto augeatur paulo ignis, donec nitrum ſponte accendatur & conflagret. Tum maſſæ è crucibulo extractæ aqua calida affundatur, & *ſi hæc rubicundo colore tincta apparet, decantetur & filtretur.* Hinc ſpatio 24. horarum reſidebit pulvis rubicundus, qui decantata aqua, ſiccetur & ad uſum ſervetur.

Circa hujus croci vires, diverſæ ſunt vel plane contrariæ ZWELFFERI & MARGRAFFII opiniones, quippe ZWELFFERUS *hunc crocum ut aperitivum in cachexia, morbo virgineo, chloroſi &c.* Doſ. ℈ß. ad ℈j. vel & ʒß. *exclamat*, è contra dictus D. MARGRAFF *in Collect. Leid. eundem ceu adſtrictivum prædicat in quibusvis hæmorrhagiis & alvi fluxibus*: ecce ſimplicem contradictionem.

*Sed ſi pulverum martialium indolem conſideramus* & per experimenta inquirimus, *ambo verum dicere experimur*, quippe omnis effectus non ab ipſo croco Martis, ſed ab humorum, in corporibus diverſis, diverſimoda ſalium oberrantium diverſitate conſiſtit, ſic ut crocus martis utcunque aperitivus ſit, in hoc corpore adſtrictivam,

in alio aperitivam vim exerceat, *neque propterea hic crocus martis abſolute aperitivus, nec alter abſolute adſtrictivus dici queat vel debeat.*

## Crocus Metallorum vulgaris.

Omnes fere artifices moderni hunc crocum *ex ana antimonii & Nitri conficere ſolent;* Singula vero in pulverem ſubtiliſſimum redigunt, poſtea commiſcent, ac vel crucibulo vel mortario ferreo immittunt, & carbone accendunt, ut detonando conflagrent; ſed *melius eſt pulverem per vices in tigillum ſive crucibulum ignitum* injicere & detonare, poſtea vero paulisper in tigillo relinquere ut in maſſam confluat, quæ refrigerata, aqua calida ſæpius edulcoratur, & crocus aſſervatur; Separatur vero pars maſſæ ſuperior, quæ inſtar ſcoriarum eſt, ab inferiore parte lucida quæ Hepar antimonii dicitur, ob colorem.

*Eſt vomitorum præſtantiſſimorum apex,* quippe *ex eo* hodierno die vulgo *in Pharmacopolis vinum emeticum, exſacharum emeticum,* imo *Tartarus emeticus proſtant* , ceu per experientiam nunc omnino probata & explorata.

Si *absque edulcoratione* aſſervatur Hepar antimonii, *conſtituit egregiam medicinam pro equis,* quibus datur ad ℥ij. cum pabulo ad plures dies, tanquam univerſale ſanguinis equorum depuratorium; *inſpergitur vero eorum pabulo madefacto* vide de his EPHEM. CUR. *Ann. IV. Decur. II. p. 292. eſt Gallorum Panicea contra omnes morbos equorum.*

# Crocus Metallorum Rulandi *Le Febur.*

A priori non differt ratione ingredientium ſed ſaltem fabricationis ergo. *Sumitur nimirum Nitri* ℔ß. *permittitur ut fluat in tigillo*, tum ex igne extrahitur, & *inſpergitur parum Antimonii pulveriſati*, ſi hoc incenditur & conflagrat, tum adhuc paulo quieſcat Nitrum liquatum, *quam primum vero obſervabis* ex proba, *antimonium haud amplius accendi*, tum ſenſim immiſceatur ſub continua agitatione Antimonii ſubtiliſſime pulveriſati ℔ß. donec omnia probe ſunt commixta, *hoc facto carbone candente accendatur maſſa*, & fit crocus Metallorum à priori vix differens.

Inſtituitur vero hæc commiſtio eum in finem, *quoniam nimirum hac methodo antimonium, nitro intimius commiſcetur*, atque correctio ſulfuris antimonialis eo melius peragitur & mitius fit in ſua operatione.

Artificium in eo conſiſtit, ut calor nitri fuſi ſit ita mitigatus, ne antimonium accendat, ſed cum eo ſe absque accenſione ab initio intime miſceri ſaltem patiatur.

# Crocus Metallorum *D. Le Mort.*

℞. *Antimonium crudi*, *Nitri pulch.* aa. ℥ij. *Salis comm. decrepitati* ℥j. pulveriſata ſubtiliſſime & mixta detonando liquefiant in crucibulo, & per horam fluant, refrigeratis omnibus *invenietur maſſa vitri nigricantis*

*inſtar*,

*inſtar*, ſeparata à ſalibus ſuperincumbentibus, quæ pulveriſata abit in pulverem rubro-purpureum aſſervandum.

Quoad operationem *hic crocus præcedenti mitior eſt, & per ſeceſſum & vomitum operatur*, vel in ſubſtantia à gr. ij. ad ℈ß. vel in infuſo in vini ℥ij. ad ℈j. plus minus, vinum enim ſi imprægnantum eſt vi vomitoria nil amplius recipit, *Crocus vero ſiccatus de novo infuſioni inſervire poteſt.*

LE FEBUR ex HARTMANNO hunc crocum conficit ex aa. part. æq. *Antimonii Nitri, & Salis communis*, quæ omnia pulveriſata miſcet, tigillo immittit, operculo foramine prædito occludit, furno venti imponit, & primo leni igne, donec vapores ſalium & Sulfur Antimonii incipiunt egredi, pergit; *fortiori igne fluere permittit, quoniam detonando ob admixtum ſal haud deflagrant*; dum in fluore ſunt, ita ſinit per quadrantem horæ, poſtea refrigeratum tigillum frangit, & in fundo ſubſidentem regulum rubrum cinnabaris inſtar à ſupereminentibus ſcoriis ſalinis ſeparat, & abs edulcoratione aſſervat.

*Doſis* eſt à gr. iij ad ℈ß. magis per ſeceſſum quam per vomitum operari aſſerit.

## Crocus Veneris.

Optimus *acquiritur poſt deſtillationem ſpiritus, & cryſtallorum ſcil. veneris, capite mortuo*, aliquoties edulcorato & aſſervato. *Exſiccat, & adſtringit, hinc in Empl. adſtringentibus*

 *& ſic-*

*& ſiccantibus*, vel & in pulveribus ejusdem uſus, non contemnendi eſt effectus.

## Cryſtalli Argenti *D. Maets. Collect. Leid. & Le Febur. in chymia.*

℞. *Argenti cupellati* q. l. in tenues lamellas deductum, *ſolvatur cum triplo ſpiritus Nitri*, in phiola arenæ calenti impoſita, ſolutione facta, decantetur quod clarum eſt, in cucurbitam, *& appoſito alembico, abſtrahatur menſtruum ad dimidias*, vel ad tertiam partem, tum in loco frigido reponitur, & altero die reperiuntur cryſtalli argenti, qui ſiccati aſſervantur, reliquum menſtruum præcipitetur cum muria ſalina, & calx inde cadens argenti, colligitur & edulcoratur.

*Cryſtalli ſunt ſpecificum hydragogum & antihydropicum.* Doſ gr. ij. ad gr. vj. vel ultra *in juſculis, hydropicorum ſerum validiſſime educunt, videatur Luna Hydragoga.*

## Cryſtallum minerale, *eſt Lapis prunellæ.*

## Cryſtalli Veneris *vide Æs viride criſtalliſandum.*

## Cupellatio Metallorum.

Inſtituitur ad ſeparanda ab argento metalla ignobilia, ſequentem in modum: prius *regula fornicata* die Muſſel/ *cum catillo* mit der Capelle/

im-

*immittatur furno probatorio*, tum ſenſim admoveatur ignis ut omnia candeſcant, hoc facto *catillo impone plumbum granulatum charta involutum, forcipe deſuper tenendo*, ut ita ſenſim liqueſcat, & in catillum decidat; tunc quando plumbum inſtar argenti vivi tremulum apparet, immittatur per vices, *quarta pars argenti purificandi*, ſi enim una vice omne argentum inferretur, plumbum ab ebullitione ſiſteretur & operatio retardaretur. Tum vero ignem ſumma ignis violentia urge, *donec calores varii in ſuperficie metalli apparere incipiunt*, quibus ceſſantibus à motu & apparitione, *metallum conſpicitur immobile*, & immotum argentum vivum repræſentat; id quod ſignum perfectæ operationis eſt.

Quod vero hac operatione non omne metallum ignobilius v. g. cuprum ab argento ſeparetur, teſtis eſt argentum cupellatum ab aurifabris vulgo factum, quoniam hoc in Tinct. ☽æ, & ſolutione, colorem cœruleum impertit, utpote ab admixto adhuc cupro dependens. Hinc *ſi quis argentum ab omni alieno metallo ſeparatum velit*, id poſt cupellationem prius per Aquam Fortem ſeparet.

## Cupri dealbatio.

℞. *Arſenici albi.* ℔ß *Felis vitri, Tartari albi Boracis Nitri* aa. ℥iiij. Pulveriſentur omnia ſubtiliſſime, & mixta crucibulo immittantur, ac *valido igne probe fluant*, quo facto effundatur maſſa, & adhuc calida pulveriſetur.

Hoc facto ſume *cupri* & *aurichalci* aa p. æq. fundantur probe in crucibulo, igne forti,

 tum

*tum ad unamquamque liquefacti metalli unciam*, *adjice pulveris prædicti* ℥ij. & dum unita probe ſunt, recentem pulverem adjice, & ſpatula lignea immiſce, & quando omnis pulvis eſt injectus, & maſſa probe unita mox effundi debet, adjiciatur fruſtrum vitri & ſi hoc liquefactum obſervas, extrahe mediante forcipe, & aliquot vicibus injice *fruſtum Salis Armoniaci*, & hoc probe liquefacto & unito effunde metallum dealbatum; cui *ſi dimidiam partem Argenti fini addideris*, & fuſione univeris, habebis Maſſam argento puro omnino ſimillimam.

*In quacunque fuſione* hujus metalli *ſemper aliquid Salis armoniaci addendum*, cum hoc, metallum reddat ductile magis; Aurifabris etiam injungendum, *ut metallum hoc dealbatum ſæpius leniter candefaciant, & per ſe refrigerari permittant*, tum vero leniter & ſenſim malleo extendant, donec tenuitatem expetitam acquiſiverit, alias ſi prima vice ſtatim fortiter malleo extendere vellent, rumperetur, præprimis ſi metallum adhuc calidum eſſet; *quo ſæpius ergo hoc metallum candefit & refrigeratum leniter extenditur, eo melius artifici obediet.*

Antequam Cuprum & Aurichalcum huic labori deſtinantur, depurari prius debent ſequentem in modum, ſume nimirum *urinæ* menſuram unam, *Salis comm.* manip. j., *Tartari alb. pulv.* ℥ij. *Aluminis* ℥j. mixta coquantur parum; tum in hoc lixivio ſæpius extingue *laminas cupri & aurichalci candefactas*, ſemper in lixivio per tempus relinquendo dictas laminas.

Cupri

## Cupri dealbatio *alia.*

℞. *Arſenici*, *Tartari albi*, ⊖*is comm.* aa. ℥iiij. *calcis vivæ* ℥ij. *Auripigm.* ℥j. Sulfuris ℥ß. Miſce & fiat omnium Pulvis tum ſume laminas cupri in lixivio prius depuratas *illinc eas oleo lini*, & cum his, ac pulvere prædicto fiat S.S.S. tum tigillo probe lutato fluant, per horam vel diutius, ſic remanet cuprum dealbatum, cui ſi *tertiam partem Argenti fini* in fluore addideris habebis Maſſam argento ſimillimam.

Lixivium ad depurandum cuprum, fiat ex *aceti opt.* ℔j. *Urinæ. mellis*, *Salis*, *comm.* & *Tartari pulv.* aa. ℥ij. coquantur ad dimidias & ſerventur, ac in hoc lixivio ſæpius extinguantur laminæ cupri candefactæ.

# *E.*

## Elixir Anodinum. *Le Mort.*

℞. *Vitrioli*, lente, vel in Sole, aut in furno, *ad albedinem calcinati* ℔j. *Nuc. Moſchat. Croci aa.* ℥ij *camphoræ* ℥vj. Superfundantur iis *Spir. vini opt.* ℔v. Digerantur per dies iij. aut iiij. dein deſtillentur ad medias, fœces evaporentur leni ignead ſiccitatem, *Spir. vero deſtillatis fœcibus denuo ſuperaffundatur,*

*tur, & deſtilletur ut ante*, donec ℔ij. circiter ſive pinta ſuperſit.

Poſtea ℞. *Opii cum aq. deſtill. præparati, & ad extracti conſiſtentiam evaporati* ℥j. *Croci.* ℥ß. *Nuc. Moſchat. Ligni Aloes, Cinnamomi.* aa. ʒvj. *Camphor.* ʒij. *ſantali citrini* ℈iiij. M & digerantur quo diutius eo melius, ad minimum per ij. dies.

*Vires ſunt anodinæ dolores quoscunque mitigantes ſomnum leniter inducentes, efferveſcentiam ſanguinis ſedantes*; ſudoriferis tamen plerumque perimiſceri ſolet; ſic facilius operationes ſuas præſtat. Doſ. gtt. v. ad xx.

## Elixir Balſamicum. *P. Emmerici mihi uſuale.*

℞. *Hepat. Sulfuris prout id in Balſami ſulfuris confectione doctum fuit*, q. l. affunde huic *Spir. vini opt. rectificati* v. g. ad ℔j. *maſſæ, ſpiritus* ℔iiij. Et ſtent per tempus invicem ſæpius agitata. Ut probe tingatur ſpiritus. Spiritum hunc tinctum ſive Sulfuris egregiam Tincturam ſuperaffunde ſequentibus ſpeciebus v. gr. ℞. *Radic. Imperatoriæ, Anglicæ*, aa. ℥ij. *Zedoar.* ℥j. *cinnamomi, cubebar, caryophyllor.* aa. ʒiij. *Croci* ʒij. *Myrrhæ camphoræ* aa. ℥j. *Storac. calam, Benzoi* aa. ℥ß. contuſis & inciſis ac vitro immiſſis, affundatur, ut dictum, Tinctura Sulfuris, ad ſufficientem extractionem.

*Vires ejus ſunt inſignes, & internæ in Febribus tam benignis quam malignis imo in ipſa Peſte.* Doſ. ℈ß. ad ℈j. vel & ʒj. *& externæ in qui-*

*quibus vis inflammationibus*, ſi mediantibus linteis applicatur &c.

## Elixir Camphoræ *D. Le Mort.*

℞. *Camphoræ* ℥ij. *Alcohol vini è frumento parati* ℥xx. Miſceantur ſimul & per retortam deſtillentur in M B. ſpiritus deſtillatus cohobetur quater vel quinquies ſuper eandem camphoram, donec ſpiritus maxime ea imprægnatus exiſtat; tunc ei adde *Croci* ʒß. *Nucis Moſchatæ*, *Macis* aa. ʒiij. *Opii* ʒij. Digerantur ſimul in fimo equino 6. vel 7. dierum ſpatio, dein fæcibus ſeparatis ſpiritus tinctus ſervetur, ſub nomine Elixiris.

*Ad facilitandam camphoræ volatiliſationem, credit* LE MORT melius fore, ſi digeſtio in fimo equino præcedat, & poſtea cohobationes inſtituerentur.

Si quis autem Elixir hoc abſque tædioſá & toties reiterata cohobatione parare velit, licet cohobationes illæ eum in finem inſtituantur, ut non tantum ſpiritus, volatilioribus camphoræ particulis eo intimius imprægnetur, ſed & ſapor magis gratus ex camphora emergat: tamen eam cum reliquis ingredientibus in ſubſtantia digeſtioni committendo, non minus egregium inde reſultat Elixir. v. g. ℞ *Camphoræ myrrhæ*, *Croci* aa. ʒß. *Rad. Angelicæ Helenii* aa. ʒj. *Zedoar*. ʒß. *Opii* ʒij. *Alcohol vini ſuper Lignum Saſſafras, deſtillati* ℥xx. Mixta digerantur in fimo equino per 6. vel 7. dies, tum ſupernatans Liquor ſeparatus aſſervetur.

*Opium in hoc Elixirio auget camphoræ vim anodinum*, utpote ejus effectus anodinus tran-

tranſitorius eſt, & citius perit, opio vero fortificatus, vim ſuam eo melius exerit.

*Elixir hujus vires ſunt anodinæ, & ſudoriferæ, hinc in Febribus malignis, peſtilentialibus ſummo cum effectu propinatur*, Doſ. gtt. v. ad xx. Sic & externe egregie omnes dolores, & obſtructione & humorum ſtagnatione ortos, demulcet poros obſtructos reſerando, & aperiendo.

## Elixir Proprietatis cum acido. *D. Le Mort.*

℞. *Spir. Vini Tartariſati* ℥viij. *Spir.* 🜍*is per campanam* ℥ji. Digerantur in arena leni igne per tres dies, tunc adde *Croci* ℥ß. digerantur ſeorſim per horas ſaltem quatuor, *dein adde Myrrhæ cum Sale armoniaco tritæ* & in aere detentæ, ad faciliorem ſui extractionem, & poſt aliquot horas *Aloes*, ſingulorum ℥ß. Digerantur rurſus in MB. per diem unum aut alterum; tum ſupernatans liquor à fœcibus ſeparetur, & ulterius ſubſidere permittatur, tum vero ad uſum recondatur.

PHARM. AUGUST. RENOVATA ad *Elixir Proprietatis Paracelſi*, *ſive acidulum* conficiendum, *Myrrham* cum *ſpiritu ſulfuris* irrigat, & in paſtam redigit, cui tum *Aloen* cum *Croco* addit, & *Spiritu vini rectificato* ad digitorum aliquot eminentiam affuſo, & per octiduum digeſto; reiteratis vicibus, Tincturam extrahit, quam confuſam & filtratam ad uſum reponit.

SCHONII *Elixir Proprietatis Correctum*, fit, *Spiritum juniperi*, & *Aquam Vernalem* ſive Rorem Majalem *à Therebinthina abſtractam* & ab oleo ſeparatam, aa. *cum Spiritu vitrioli acidulando*, dehinc ingredientibus Elixirii Proprietatis ordinariis affundendo, & digeſtione octiduana extrahendo, ſive ſucceſſivis vicibus ſolvendo, tum vero filtraturam ad uſum recondendo. *Quod Elixir* præter vires reliquis adſcriptas, *etiam Diureticas & Nephriticas obtinet* ubi præterea *omne Elixir propr. prædicatur, præſervativum in Peſte, morbis contagioſis, Febribus fere omnibus, præterea necat vermes, ictero medetur, & alvum laxat*. Doſ. gutt. x. ad ℨj. cum vehiculo.

## Elixir Proprietatis *D. Barckhauſen absque acido.*

℞: *Aloes Epaticæ*, *Myrrhæ ſelect.* aa. ℥j. contuſis ſuperaffunde *liquoris Salis Tartari*, *vel Nitri fixi* ℥vj. cucurbitæ immiſſa ac arenæ impoſita *paululum coquantur* per quadrantem circiter horæ, caveas tamen ne adurantur. Facta coctione liquorem egreſſum & alembico ſuſceptum rebus iterum affunde *cum alcohol vini* ℔ß. digerantur ſimul, ut particulis à Sale ſolutis, nunc ſpiritus vini imbuatur, quo facto Elixir hoc effunde in aliud vitrum.

Interea etiam ℞. *Croci* ℨß. & ei affunde *Aquæ* ℥iß. *Spir.* ✱*ci optimi* ℨß. & *ex croco Tincturam elice, quam fortiſſime exprime*, & ſuperiori adde, ſic abeunt in Elixir dulce.

*Alco-*

*Alcohol vini Tincturam ex croco difficulter extrahit* aliter ac Spiritus vini ordinarius vel menſtruum aquoſum, hinc prius ſeorſim extrahenda eſt Tinct.croci cum menſtruo aquoſo ſive Aqua ſimplici parum nitri fixi acuata; vel cum ſpiritu vini aquoſo alcaliſato, antequam reliquis ſolutis additur.

CLAUDERUS ad *Elixir Propr. Aperitivum*, conficit menſtruum *ex cineribus clavellatis & *co* quibus ▽*am cochlear. naſturtii, fl. ſambuci &c.* aa. affundit, cum filtrata vero ſolutione, ingredientia Elixirii proprietatis extrahit, & liquorem tinctum ac filtratum aſſervat.

## Elixir Proprietatis Obriſt *Moncken.*

℞. *Nitri pulch.* ℥iij. *Tartari crudi pulv.* ℥iiij. *Cinerum clavell.* ℥ij *Silicum calcin. & pulv.* ℥iiij. ſemper unum poſt aliud tigillo immittatur ut fluat, & dum omnia ſunt ingeſta, & in fluore, ita per horam permittantur ut probe fluant, tum refrigeratis omnibus, & fracto tigillo *eximatur maſſa, cui affunde Aquæ menſ.* j. ut probe imprægnetur. *Vocatur illi Aqua Philoſophorum.*

Tum ℞. *Aloes Soccotr. Myrrhæ* ℥ij. *Croci* ℥j. *Aquæ dictæ Philoſoph. & Spir. vini* aa. ℔j. ſtent in loco calido, liquorem tinctum effunde, & novum affunde, quouſque omnia ſunt ſoluta. Tum ita ſervetur Elixir non contemnendi effectus.

Aliis mecu•a placet ſimplicior Elixiri hujus, conficiendi methodus.

℞. *Croci optimi* ℥ji *Spir. vini vulgaris* ℥x. extrahatur tinctura calide, & coletur; *expreſſo croco iterum affundantur Spir. vini* ℥x. extrahatur exprimaturque Tinctura ut prius. Tunc hiſce Tincturis adde *Aloes lucida, & myrrhæ ſelectæ ſubtiliſſ. pulv.* aa. ℥j. Tum probe agitata digerantur in ſole; vel alio calore leni, per aliquot dies; & tandem Elixir per ſubſidentiam clarificatum decantetur & aſſervetur. Hoc Elixir addito ſale ♀i vel Nitri fixi; aut Spir. vitrioli; vel acidum vel alcaliſatum reddi poteſt brevi tempore. Hac etiam methodo, nulla Tincturæ croci, alias facile pulverem reliquorum poris vel interſtitiis, inhærentis, jactura fieri poteſt.

## Elixir Vitrioli Mynſichti *correctum.*

℞. *Galangæ minoris, cinnamomi el.* aa. ℥j. *Cubebarum, macis* aa. ℥iij. *Nucis Moſchatæ* ℥ij. *Cortic. citri* ʒvj. Miſce fiat pulvis groſſus qui *humectetur Spiritu vini rectificato*, ut fiat maſſa liquidior. Tum eis *affundatur Spiritus Vitrioli volatilis* ad eminentiam aliquot digitorum; Tandem *liquorem tinctum ſepara, relictæ vero maſſæ Spiritum vini affunde* & Eſſentiam extrahe, poſtea extractiones omnes commiſce, & ad digerendum per tempus relinque.

*Eſt medicina ad exorbitantem & nimis*

*tenu-*

*tenuem bilem mitigandam haud contemnenda*; *&c.*

Doſ. gtt. x. ad xx. cum vehiculo.

## Ens Veneris Boylei.

℞. *Terræ Vitrioli probe edulcatæ ſive Capit. Mort. quod à Vitriolo veneris cærulei coloris*, ſive fuerit Hungaricum ſive aliud, *in deſtillatione ſpiritus fuit relictum*; hoc probe, ut dictum, edulcoratum ſit. Tum ei *addatur ſalis armoniaci* anatica pars, & in pulverem ambo redacta, cucurbitæ vitreæ loricacæ immittantur, atque *ex igne aperto per gradus ſublimentur*, donec Sal aſcendat flavum, quod ſervetur.

Artificium in hoc conſiſtit, *ut ſumatur vitriolum veneris*, & ſi ſpiritu haud indigeas, id in tigillo fortiſſimo igne calcinetur, *ad omnimodam ſpirituum expulſionem*; ita ut nihil Vitrioli amplius extrahi queat, ſed ſaltem Sal incarnati coloris. Hoc ita *elixiviatum Caput Mortuum*, ſive Terram edulcoratam *cum aa*, ✱*ci* commiſceas & ſublimes, *ſi prima vice non aſcendant flores flavi vel rubicundi*, hi cum remanentia commixti, *denuo ſublimentur*, donec probe tincti aſcendunt.

*Inſignes laudes his floribus tribuit* BOYLE, *quippe eos pro ſpecifico Rachitidis Remedio extollit*; imo in Febribus quibusvis intermittentibus, præcipue quartana commendat.

Doſ. gr. v. ad ℈j.

Eſſen-

## Eſſentia Abſinthii *Zwelff.*

℞. *Spiritus abſinthii ardentis per frementat. parati* ℔j. *Olei abſinthii deſtillati* ℥j. vel plus quantum ſcil. ſpiritus proprius diſſolvere poteſt; *Extracti abſinthii* ſpiſſi per ſpiritum vini parati ʒij. vel ℥ß. *Salis abſinthii* in aqua propria ſoluti ℥ij. vel ℥ß. Mixta digerantur per tempus, ut probe uniantur, poſtea Eſſentia filtretur & ſervetur.

Similem in modum ex aliis etiam herbis poſſunt fieri Quintæ quaſi Eſſentiæ, quas veteres tanti faciebant.

Alias *Eſſentia Abſinthii ſimplex* vel quælibet alia vegetabilia cujuscunque Eſſentia optime fit, ſi herba conciſa irroratur cum liquore Nitri fixi, poſtea vero affuſo ſpiritu vini extrahitur Eſſentia.

## Eſſentia Caſtorei.

℞. *Caſtorei* ℥j. irroretur cum *liquoris Nitri* fixi drachmis aliquot, ut in pultem quaſi redigatur, tum leni calore, probe clauſa ſiccentur, & affuſis ſpir. vini rectif. ℥iiij. extrahatur Eſſentia. Quæ cum *Eſſentia ſuccini & camphora* maritana, in affectibus nervorum, ut Paſſione hyſterica, Epilepſia &c. eſt medicina non minoris momenti.

## Eſſentia Croci.

℞. *Croci Auſtriaci* ℥j. affunde ei *Spir. vini ſimpl. aquoſi*

*aquoſi* ℥vj. & digeſtione per tempus conceſſa, extrahetur Eſſentia. *Quæ eſt Emmenagoga, Anodina, cordialis &c.*

## Eſſentia *anti*-Hyſterica.
## *D. Le Mort.*

℞. *Caſtorei opt. Aſæ fœtitæ aa.* ℨß. *Olei ſuccini* ℨj. *ſabinæ* ℨß. *rutæ* ℈j. *camphoræ* ℈j. *Spir. vini ſuper alcali alcoholiſati* ℥x. *Spir. C. C. proprio Sale volatili impregnati* ℨij. Degerantur in MB. per tres, quatuor dies, tum clarum ſeparetur à remanentia, & ſerva.

*Inſigne eſt anti Hyſtericum, & anti Paralyticum, ac anti Epilepticum, ſudores egregii movens*: Doſ. gtt. iij. ad xxx. cum vehiculo idoneo.

## Eſſentia Macis.

℞. *Fl. Macis* ℥iiij. irroretur *liquore Nitri fixi* ut paſta quaſi fiat, tum ſtent in digeſtione, usque dum ſicca rurſus evadunt, quo facto affunde *Spir. vini rectiſ.* ℔ij. & digeſtione facta, ex arena madida deſtilla, aliquoties cohobando, nunquam tamen ad ſiccitatem abſtrahendo: Tandem ſpiritum prolectum affunde *Macis pulv.* & extrahatur denuo Eſſentia, quæ filtrata ſervetur, utpote *Stomachica, Uterina, anti Colica &c.*

Eſſen-

## Eſſentia Martis Aperitiva. *Ludovici.*

## *ut* & Eſſentia martis Malvatica. vide de *Tincturis Martis.*

## Eſſentia Metallica ad Vermes *D. Le Mort.*

℞. *Sacchari Saturni*, *vitrioli Martis* aa ℥j. *Mercurii dulcis* ʒij. probe mixtis ſuperaffunde *Spirit. vini opt.* ad ſupereminentiam aliquot digitorum. Tum digerantur per dies ij. donec rubedine ſumma tingitur Spiritus, quem decanta.

*Alvum & vomitum movet ſi majori doſi aſſumitur, alias vermes necat & expellit, menſes movet.* Doſ. gtt. iij. ad xx.

## Eſſentia Myrrhæ.

℞. *Myrrhæ el.* ℥iiij. *Liquoris Nitri fixi* q. ſ. ut terantur in pultem, tum ſtent in loco calido usque dum ſicca evadunt, dehinc affunde *Spirit. vini. rectif.* ℥xvj. ſpiritum tinctum decanta, alium affunde & reiteratis vicibus Eſſentiam extrahe, quam in MB. pauliſper abſtrahe, ſic remanet *Eſſentia myrrhæ*, *cum Eſſentia caſtorei*, *croci*, *camphora maritanda*, ut inde evadat *Eſſentia myrrhæ compoſita*, inſignis uſus & effectus in quamplurimis Uteri malis.

# Eſſentia odorifera fragrantisſima D Le Mort.

℞. *Flor. Roſar. pallidar. recent.* ℔xxx. *Aurant. rec.* ℔iß *Lavendulæ,* ℥ij. *Meliloti* ℥j. *Raſur. Ligni Rhod. ſantali citrin. Rad. Irid. Flor. Granor. Macalep. Semin. Moſc.* aa. ℥ß. *Cortic. citri exter. Pom. chineuſ. ext.* aa. ℥ij. *Cinamomi acuti* ℥iiij *Caſſiæ caryophyllat. Macis* aa. ℥vj. *Benzoes, Storacis calamit.* aa. ℥iij. *Sacchari* ℔. v. *Aqua commun.* ſive ejus loco alterius odoratæ ut *roſar. fl. ſambucci* &c. q. ſ. ut ſpecies in ea poſſint fermentari: Committantur vero fermentationi per debitum temporis ſpatium, donec apta ſint fundere Spiritum ardentem.

℞. *Hujus Spiritus* ℥v. *Ambræ gryſ.* ʒß. *Moſci* ℈j. *Zibethi* ℈ß. *Salis Tartari recent. calcinati* ʒij. & fiat ſ. a. Eſſentia fragrantiſſima.

Quæ *prabet cardiacum & refectivum excellentisſimum tam odore quam ſapore, inſervit perfumationi veſtimentorum, Strophiolarum, camerarum &c.*

Sic ℞. ▽ *Roſarum Lavendulæ* aa. pint. ß. ℔j. *Eſſentiæ hujus odoriferæ* ʒj. miſſus hic liquor evaporationi committatur in hypocauſto vel camera &c.

## Extracta.

*Ex Vegetabili potiſſimum & animali regno partim fieri ſolent*; ſed prout Diverſa ſunt tam getabilium, quam animalium conſtitutiva, pro eo & diverſa requiruntur menſtrua, *Gummoſa*

*moſa aquoſis, Reſinoſa ſpirituoſis extrahi amant generaliter.*

## Si mediante Aqua Extractum fieri debeat. *v.g. Abſinthii Carduibened. &c.*

℞. *Herbæ hujus vel illius* q. l. *coque in* ſ. q. *aquæ fontanæ*, donec omnis vis eſt extracta, quod plerumque alterna vel terna coctione reiterata, recente nimirum aquæ affuſione inſtituta, fieri ſolet, his ita actis decoctio per pannum colata inſpiſſetur in extracti ſive pultis craſſioris formam, quæ digitis tacta haud amplius adhæret, tum id in vitro probe obturato in loco ſicco reponatur.

*Extracta hæc & ſimilia ad Pilulas, conficiendas plerumque expetuntur*: quippe vires ſui ſimplicis imitari ſolent.

*Si ſuccus & vegetabili quodam expreſſus inſpiſſatur* etiam vulgo extracti nomen ei ſolet imponi, ſed improprie, nec aliud niſi *ſucci inſpiſſati nomen meretur*: neque enim aliæ niſi menſtruo extraneo ſeparatæ partes ad conſiſtentiam ſolidam inſpiſſatæ, Extracta dici debent.

## Si reſinoſæ potiſſimum ſubjecti vegetabilis partes ſunt extrahendæ. vulgo *Spiritu vini hoc fieri ſolet, ſequentem in modum.*

℞. v.g. *Algarici albi & levis* q. l. affunde ei

 *Spi-*

*Spiritus vini* q. ſ. digerantur in vaſe vitreo probe clauſo, in loco tepido, per dies tres, poſtea colentur & leviter exprimantur, quod expreſſum eſt, filtretur, & in MB. ſpiritus vini lente abſtrahatur usque craſſamentum ſive extractum remaneat.

*Hoc extractum in ſpecie Pituitæ expurgandæ idoneum eſſe cenſet* P. A. R.

## Dantur etiam vegetabilia quæ tam aquoſo quam ſpirituoſo menſtruo ſuas vires deponunt, *& Extracta inde confici queant.*

V. g. ℞. *Radic. Hellebori nigri mundat.* & conquaſſat: Vel *Pulpe Colocynthidis à ſeminibus liberatæ* ℔j. Coquantur in aqua ſimplici repetitis vicibus, aqua affuſa & colata, donec omnis vis catarctica eſt extracta; Hoc facto colaturæ omnes in vaſe terreo leniter evaporent ad mellis ſive extracti conſiſtentiam. Hoc facto, ut extractum hoc penetrantius & ſubtilius efficiatur, *affundatur Spir. vini optimus, & leni calore fiat extractio*, tum Spiritus tinctus decantetur, & novus affundatur, atque hoc reiteretur, donec ſpiritus affuſus non amplius tingitur, tunc omnis ſpiritus tinctus in MB. ad extracti conſiſtentiam abſtrahatur. *Si extractum hoc ex colocynthide expetitur, aqua acuatur Sale Tartari* ſic non tantum eo melius promovetur ex-

extractio, ſed & *acrimonia ejus amaricans inde egregie cicuratur.*

Poterit tamen ex hiſce ſubjectis etiam mediante ſolo ſpiritu vini extractum confici; Sed his *Cl. Ludovici præfert ſaltem Extractum ſimplici tantum aqua, alcali Tartari exaltata factum*, æque ſecurum ac ſi laborioſius cum ſpiritu vini eſſet confectum.

Extracta ex plurimis ingredientibus conficienda ſemper fere per Spiritum vini elaborari ſolent.

*Extractum Croci & opii* longe *melius per aquam ſimplicem, quam cum Spiritu vini confici ſolent*; teſte *Cl. Ludovici & Wedelio.*

*Aloes* cum duplici conſtet ſubſtantia reſinoſa & gummoſa, gummoſa vero tantam adſtrictionem poſt ſe haud relinquat ac reſinoſa, hinc hæc gummoſa pars optime extrahitur & ſeparatur à reſinoſa *mediante ſero lactis Aloen ſolvendo*; ubi ſero avaporato remanet potiſſimum gummoſa pars, *vel & reſinoſa pars* ſi ſimul ſoluta fuerit *in tantum alterata deprehenditur, ut adſtrictionem poſt ſe haud relinquat*, quam ſi cum Spiritu vini extractio ſive ſolutio peracta eſſet.

# F.

## Ferrum Potabile. *Williſii.*

℞. *Limaturæ ferri*, & *cremoris* Tartari aa. p. æq. pulveriſata miſceantur, & *humectentur cum aqua, vino vel aceto* & formentur inde globuli, qui in furno piſtorio coquantur. Hic labor pulveriſando, denuoque ut prius humectando & impaſtando in globulos, repetendus, donec Ferrum ſic ex toto in aqua diſſolubile ſit.

## Flores Antimonii.

Cum haud amplius ſint, ut olim, in uſu, artifices eorum elaborationem negligunt, *cum tot alia magis ſecura vomitoria nunc ſint nota & uſualia.* Ne tamen eorundem confectionem prætereamus, magis uſitatos eos ſublimandi modos apponam.

*Veteres per ollas ſibi invicem ſuper impoſitas ſive per ita dictos aludeles* ſublimationem inſtituebant. *Le Febur* horum loco *ſumit ollam non vitreatam ignem ferentem*, *& circum circa quatuor foraminibus perviam*, ut ignis eo melius flores propellat: huic adlutat ollam aliam in fundo foraminatam & in latere foramine præditam ad antimonium inferiori ollæ injiciendum. His duobus ollis adhuc aliæ tres ſibi invicem ſuper imponuntur, ollæ in fundo perviæ ſive foramine capaci præditæ, ultima vero olla ſuperne in fundo ſaltem foraminulum habeat minimi digiti craſſitie, ut poſſit occludi commode. Foramen etiam ſecundæ ollæ per quod antimonium

in

in inferiorem ollam injicitur itidem operculum habeat terteum, quod foramen bene occludat & removeri queat.

Omnibus his ollis ſibi invicem luto probe adlutatis & ſiccatis, *ſenſim admovetur ignis donec inferior olla undique probr candeſcat, tum injiciuntur antimonii pulveriſati* ℥ij. & hæc injectio ſingulis horæ quadris reiteratur, atque continuatur opus, donec ſufficiens habetur Florum copia, qui poſtea refrigeratis vaſis colliguntur.

Cum vero hæc methodus plures requirat circumſtantias, & multa vaſa, *alii longe compendioſius hos flores elaborandi encheyreſes invenerunt, per retortam videlicet* ad laborem hunc ita aptatam, ut præter collum latum & longum, adhuc, *duabus aperturis* ſit præditum, *nimirum ſupra, & à tergo*; Superius foramen, eum in finem habeat, ut antimoniũ poſſit injici, & rurſus occludi; *Illud à tergo*, collo oblongo è diametro oppoſitum, *ut ſ lle in ſufflando* flores in recipiens queant propelli.

Retortæ hoc modo aptatæ & igni impoſitæ, ac ſenſim candefactæ, *per ſuperius orificium ſive tubulum injiciatur antimonium ad* ʒij & folle, ſurgentes antimonii flores in recipiens propellantur, quod negligenter ſaltem ſit adpoſitum haud vero adlutatum; antimonio hoc conſumto aliæ ʒij. Antimonii, injiciuntur, atque hic labor continuatur pro lubitu, donec Florum copiam habeas.

*Noviſſime artifices adhuc breviorem & minus laborioſam viam invenerunt*. ſumunt nimirum retortam, ſaltem unico tubulo, præter collum ordinarium, præditam, huic, aperto igni impoſitæ *per vices injiciunt aliquot uncias antimonii*

*monii pulveriſati,* quibus *tertia pars arenæ ſit admixta, ſic abſque fuſione antimonium in vapores & flores reſolvitur,* & in recipiens tranſit. Tum ceſſante fumo, nova antimonii cum arena mixti quantitas injicitur, & hoc reiteratur donec ſ.q. Florum copia tranſiit.

Hac etiam methodo abſque folle aſcendunt flores diverſi coloris, qui ſinguli ſeorſim ſunt colligendi vid. *Charas & D. Barckhauſen*, D. *Charas tres partes arenæ ad unam antimonii & D. Barckhaus* ſaltem unam arenæ & tres antimonii partes inter ſe miſcere jubet.

*Vires horum Florum præcipue alborum ſunt valde vomitoriæ, dantur* à gr. j. ad iij. vel iiij.

*Rubri vero flores potius ſudoriferi ſunt*, & à gr. iij. ad gr. xv. propinari poſſunt.

*Rubri tamen hic antimonii Flores per additionem melius & citius parantur* v. gr.

℞. *Antimonii pulcherrimi* ℔ß. *& Salis armoniaci* ℔j. *D. Margraff. in Collect. Leid.* recipere jubet antimonii & Salis armoniaci aa.p. æq. Singula ſubtiliſſime pulveriſentur ſeorſim, & probe mixta immittant *cucurbitæ terreæ humili*, alembico vitreo munitæ, *ac in arena lento igne ſublimatio inſtituatur* ſic aſcendunt flores rubri, qui à Sale armoniaco edulcorandi ſunt & aſſervandi.

Si fortiori igne ſublimatio inſtituitur, *flores qui aſcendunt magis erunt purgantes*, qui alias leniori igne & ſenſim aſcendentes diaphoreticam ſaltem vim obtinent; ac à Medicis nonnullis tanquam Tinctura Antimonii ſicca, maximo in pretio fuere habiti, præcipue *in Febri-*

*bus*

*bus Malignis.* Dantur vero à gr. iij. ad ℈ß. & ultra.

HARTMANNUM chimicum ſuo tempore excellentem, ut & GRAMMANNUM Medicum *Hallenſem*, hos flores in continuo habuiſſe uſu, teſtatur HOFFMANNUS *in clave Schrôderiana.*

## Flores Benzoi *D. Le Mort.*

℞. *Benzoes* ℥viij. immittatur *ollæ terreæ* acuminatæ *cui alembicus chartaceus in pyramidis formam aſſurgens adaptatus ſit*; in ſupremitate vero chartæ, parvum relinquatur foramen, ut eo liberior ſit aſcenſio florum; detur vero ignis lenis, & unius vel alterius horæ ſpatio flores omnes aſcendunt; *ſi pyramis chartacea oleo quaſi infecta apparere incipit*, alia recens chartacea pyramis admoveatur, priore remota cum floribus.

*Alii Benzoen cum æquali parte arenæ commiſcent & ollæ immittunt*, ac cum pyramide chartacea flores excipiunt; *pyramis chartacea ex charta duplici forti conſtet.*

Si pulchriores expetuntur Flores, id quod tamen majori labore & plurimis circumſtantiis fieri ſolet, *per deſtillationem inſtituitur operatio* v. gr.

℞. *Benzoi pulv.* ℔ß. *Spir. vini optimi* ℥v. immittantur retortæ *& ex arena deſtillentur* appoſito recipiente, ſic ſpiritus vini primo prodit ſeorſim; hunc *ſequitur liquor craſſus inſtar*

*butyri*: cujus primam & albidiorem partem excipe ſeorſim, ut & reliquam & ſequentem nigriorem partem.

Primam albidiorem butyroſi liquoris partem ſolve in aqua fervente, & quam citiſſime per chartam cola, ſic *ſub manibus flores coagulari obſervabis elegantes & majores.* Nigrior butyri pars eadem methodo ſoluta & filtrata præbet flores ſed non tam elegantes, ac priores.

Si Aqua filtrata reſidua floribus ſeparatis frigidæ imponitur, in ſuo vaſe, tum ſenſim deſcendit lac album, quod easdem cum floribus vires obtinet.

*Et ſi butyro omni inter deſtillandum egreſſo, ignis continuatur, etiam aſcendit oleum Benzoi*, quod cum Spiritu aut cineribus rectificari poteſt.

Alia methodo procedit PHARMACOPÆA NORIMBERGENSIS ac flores tales acquirendos v.g.

Recipiunt *Benzoes* ℔j. *miſcent cum aa. arenæ mundæ, ac his retortam ad dimidias replent*, tum ex arena per gradus deſtillant, ut exeat Oleum ſive liquor inſtar butyri.

Liquorem, ſive Oleum omne egreſſum, *cum Aquæ pluviæ* q.ſ. miſcent, & per alembicum ex cineribus deſtillant, ut prodeat Oleum clarum. Et poſtquam dimidia aquæ pars extillavit extinguunt ignem, materiamque in cucurbita relictam, in vas æneum effundunt, atque *ſuper igne probe calefaciunt, & ſubinde aquæ calidæ*

*lidæ quadruplum affundunt*, tum vero per pannum filtrant, & filtraturam ad cryſtalliſandum reponunt, poſtea flores collectos leni igne ſiccant & ſervant.

Cum *Oleum empyreumaticum nullius fere ſit uſus*, hinc butyro omni egreſſo, ab opere deſiſtitur, alias ſi ignis urgeretur poſtmodum, prodiret adhuc duplex Oleum empyreumaticum alterum leve, alterum gravius, & quidem major hujus quantitas, ac illius.

*Filtratura butyri*, qua ſoluti, cum in finem *inſtituitur ut remaneat Oleum quod cum butyro prodiit*, quod alias flores nigredine imbuiſſet.

*Vires florum quoad internum uſum pectorales ſunt, & aſthmaticis conducibiles, ut plurimum tamen Bechicis immiſceri ſolent.*

Doſ. gr. iij. ad ℈ß.

Ratione grati odoris, odoriferis aliis admiſcentur, præterea præbent ſternutatorium egregium.

## Flores Salis Armoniaci.

*Tanquam parergon in copia habentur* ſub ejusdem Spiritus deſtillatione, ſive hic deſtilletur per Sal Tartari ſive per *Ferri limaturam, Lapidem hæmatitem, &c.*

Differunt tamen & coloris & effectus ratione, quippe cum Sale Tartari albicantes ſublimantur Flores, *cum lapide hæmatite flavedine crocea tincti*, & cum marte itidem flavi; &c.

Flo-

# Flores Sulfuris *vulgares.*

*Inter ſuperflue elaborata numerari poſſent,* quippe Sulfur purum, non opus habet ut amplius depuretur, utpote quæ ſola ſublimationis hujus intentio eſt; ſic & *per ſubimationem flores* 🜍. *virium ratione nil acquirunt*, quod antea etiam vulgare ſaltem depuratum vel purum Sulfur non obtinuerit.

Si tamen quis, Flores hos ſublimandi methodum ſcire velit, quod chimici eſt: *Sumat Sulfuris vulgaris crudi* ℔j. *redigat in pulverem atque cucurbitæ terreæ, vel ollæ ferreæ immittat*, deſuper poſito alembico vel vitreo vel terreo, roſtro latiſſimo prædito, cui applicetur recipiens, in extremitate foramen habens exiguum, ut facilius aſcendant flores, tum admoveatur ignis lenis qui ſenſim pauliſper augeatur ut phlegma, & poſt hoc flores ſub vaporis vel fumi forma aſcendant in capitellum; *qui ſepius removeri debent, ne nimis concreſcant & indurentur.* Continuetur vero hic ignis qui *fortior non ſit, quam ut capitellum ita incaleſcat, ut manum ferat*: donec ſi ſenſim omne Sulfur aſcendit paucis fœcibus relictis. Si capitellum removere neceſſe eſt, ut flores inter operandum eximantur, *ſubito cucurbitæ orificium tegatur & occludatur*, alias aer irruens ſulfur accenderet.

Hic eſt modus vulgaris elevandi flores ſulfuris, *ſed quoniam facillime ſulfur liqueſcit, vel & flammam concipit*, niſi exactiſſime ignis guber-

bernetur, hinc ut hoc incommodum vitetur, adinvenerunt artifices methodum, *flores elevandi per additionem Capitis mortui vitrioli*; Sed veretur ZWELFFERUS, acidum ſulfuris metallum in colcothare latitans rodendo, virium ſuarum jacturam non ſolum pati ſed & aſcenſionem florum ſic impediri.

Hinc *Suaſor eſt, pro tali intermedio eligere Sal commune probe decrepitatum*, utpote à cujus ſpiritibus ſulfur ipſum viribus ſuis magis poſſit intendi. Addatur vero ſic *Salis decrepitati* partes ij. parti uni *Sulfuris* invicem probe miſcendo, tum in cucurbitam fictilem vel vitream lutatam immittendo, oppoſitoque capitello vitreo largiſſimo, calore arenæ per gradus aucto deſtillando vel ſublimando.

*Vires florum non magis quam Sulfuris vulgaris ſed puri, ſunt calefacientes, alexipharmaca, Bechica, vulneraria &c.*

Doſ. ʒß. ad ℈j. vel ʒß. & ultra.

Externe optimo cum effectu adhibetur *in ſcabie*, ſi cum parum Mercurii vivi *unguento roſato* admiſcetur; &c.

## Flores Zinci.

Fiat *retorta oblongo & lato non ſaltem collo, ſed & duplici adhuc foramine pervia*, retro ſcilicet applicandum follem, & deſuper, ad materiam injiciendam. Huic candefactæ *injiciatur Zincum, & dum fumare incipit, admoto*

*folle*

*ſolle in recipiens propelluntur exſurgentes flores*, & quando fumare ceſſat materia, recens injiciatur Zincum & ut ante procedatur atque labor tamdiu repetatur, donec ſufficiens florum adſit quantitas.

Melius ſuccedere operationem, D. BARCHHAUSEN in ſua Pyroſophia aſſerit, *ſi Zinco tantundem arenæ puræ admixtum ſit.* Vel & cum *Nitri* aa. miſceretur, & per vices injiceretur, ubi facta aliquali detonatione junctim in flores abeunt, qui tamen flores poſtmodum edulcorandi ſunt. *Alias flores hos non eſſe corroſivos arſonicales, ſed dulces, Etmüller comment. Lud.* teſtis eſt.

Uſus horum florum potiſſimum externus eſt, *& in oculorum vitiis, lippitudine, ulceribus &c. tanquam ſingulare ſpecificum prædicantur, unguentis vel aquis ophthalmicis remixti.*

# G.

## Gilla Theophraſti.

*Eſt vitriolum album*, aqua ſolutum, filtratum & iterum inſpiſſatum & ſiccatum.

Anteceſſores noſtri ægrotantes mirum in modum hoc ſuo excruciabant vomitorio, præter nauſeabundum enim ſaporem, ſæpe non niſi inanibus conatibus exercebat ægrotantem, *Doſis eſt magna & per ſe nauſeoſa*, datur namque ad ℨj adulto, juniori minus.

# L.

## Lac Sulphuris. *Maets Collect. Leid.*

℞. *Sulfuris cum Sale Tartari* ut de Balſamo Sulfur, deſcriptum habes, *in maſſam ſive Hepar, fuſum & coctum* q. l. Coquatur cum aqua pluvia 5. vel 6. horis,. *donec Sulfur ſolutum ſit*, hoc facto præcipitetur cum aceto deſtillato, ſic cadat pulvis albus per crebras ablutiones ab omni fœtore liberandus, qui magiſterium ſive Lac Sulfur vocatur.

Parari alias ſolet per ſimplicem Sulfuris & ſalis Tartari commixtionem v.g. Sulfur. ℥j. Salis Tartari ℥iij. & cum Aquæ ℔iij. decoctionem, usque

usque Sulfur ſolutum ſit, quæ ſolutio filtrata cum aceto deſtillato præcipitetur, & ſæpius edulcoretur præcipitans pulvis.

Hoc modo ſuum Lac Sulfuris P.A.R. elaborare docet, cum aliis, ſed ob intimiorem Sulfuris cum Sale Tartari unionem mihi placet prior proceſſus, quippe hac methodo magis recluditur Sulfur; ſi alias viribus ſingularibus gaudet hoc Lac, de quo alii multum dubitant, qui vel flores vel crudum Sulfur in affectibus Pectoris ei longe præferendum eſſe cenſent.

## Lac Virginis. *P. A. V.*

℞. *Aluminis crudi* ℥iiij. Decoquantur ad tertias in *Aqua fontana* ℔ij. tum *lithargyrii* ℔ß. *Aceti* ℔ß. decoquantur ad remanentiam ℔j. & colentur, hoc facto commiſceantur ambæ decoctiones ut albeſcant.

*Eſt medicamentum in lentigine, ſerpigine, impetigine &c. non contemnendum.*

## Lac Virginis *ad mentem Hoffmanni.*

℞. *Aquæ Solani, nymphea, Lactacæ, Aceti,* aa. ℥ij. *Lithargyr.* ℥j. *camphoræ* ℈j. Lithargirium cum aceto ebulliat, tum addantur Aquæ, & refrigeratis immiſceatur camphora, cum Spir. vini ſoluta, dehinc filtrentur.

## Lac Virginis *Charas.*

℞. *Solutionis lithargyrii auri* in aceto deſtill. act. ℥viij. *Solutionis aluminis rupei in aqua nym-*

*nymphææ* paratæ ℥viij. Solutionum filtratarum tempore uſus fiat permixtio, & habetur Lac virginis *ad manus & faciem dealbandas & mundificandas, ac ab æſtu deturpatas, refrigerandas. Item Rugas delendas, & aſpredines, imo puſtulas cutis tollendas &c.*

## Lapis Buttleri. *D. Marggraff. Collect. Leid.*

℞. *Capitis mortui Salis communis* poſt ſpiritus deſtill. relicti, ex hoc extrahe Sal, quod inſpiſſatum HELMONTIO *dicitur Terra virgo.*

*Hujus Salis* ℥j. fluat igne ſatis valido, tum effundatur ſuper lapidem mundum: cujus ʒv. adde *Primi Entis veneris non edulcati* ℈v. *usneæ* ℈ß. miſce & pauxilla mucilagine ichtiocollæ ſubige, & in trochiſcos majores rotundos efforma.

Habentur HELMONTIO pro medicina Univerſali, quam ſolo linctu omnem morbum ſanare perſuadere vult.

## Lapis Cauſticus. *D. Maets. Collect. Leid.*

℞. *Cinerum clavellatorum* ℔j. *Calcis vivæ* ℔ß. mixta calcinentur in olla non vitreata aliquot horis, tum eis *affundatur aqua multa*, macerentur per horas VI. tum ebulliant paulisper, poſtea liquor ſupernatans filtretur, & ad ſiccitatem evaporetur, *ac remanet Sal quod in crucibulo igni impoſito liquefiat*, & ad humidi evaporationem ebulliat, ac ſi ſub

 olei

olei forma in crucibili fundo appareat effundatur, & in vitro probe clauſo, ab aeris humido præcaveatur. *Parum hujus cauſtici applicatum, intra quadrantem horæ effectum præſtat, & eſcharam inurit.*

## Lapis Cauſticus ſive infernalis argenteus. *Collect. Leid. & alii plures.*

℞. *Solutionem argenti* prout eam de cryſtallis argenti deſcriptam habes, *evapora hanc in vitro ad ſiccitatem fere*, tum immittatur tigillo capaci, & mediocri igne ulterius coquatur, donec ceſſante prima ebullitione maſſa *inſtar ceræ fluat*, tum ſubito effundatur, ut refrigeſcat, *alias ſi ignis diutius urgeretur, maſſa pulveris pyrii ad inſtar accenderetur*, ob nitrum in argento regeneratum.

Poterit effundi in canalem ferreum, ut in particulas idoneas ad fonticulos inurendos confringi queat. Servetur vero tunc in vitro probe clauſo, ad uſum.

## Lapis Medicamentoſus. *Pharm. Amſtelod. & Margraffi.*

℞. *Vitrioli Romani* ℔j. *Aluminis* ℔ß. ⊕*li albi, Tartari albi* aa. ℥iiij. *Boli communis, Lapid. calaminar.* aa. ℥ij. *Ceruſſæ, æruginis* aa. ℥j. ſubtiliſſime pulveriſatis affunde *aceti optimi* q. ſ. ut aliquot digitos emineat, tum coquantur ad lapidis duritiem.

Lapis

## Lapis Salutis D. Krafft. *Ephem. Cur. Decur. I. Anno IV.*

℞. *Vitrioli Hungarici* ℔j. *Nitri pulcherr. Salis armon.* aa. ℔ß. *Salis Tartari*, *Alumn. crudi* aa. ℥iiij. *Sal gemmæ* ℥ij. Singula pulveriſentur ſeorſim, ponanturque in olla nova vitreata, ſatis capaci, ac eis ad eminentiam ſpithamæ infunde *Aceti Florum Sambuci viride æris tincti*, & *aquæ Saphirinæ per urinam puerorum factæ* aa. p. æq. Mixta coquantur leniter, ſpatula lignea diligenter agitando donec craſſeſcere incipiunt, tunc adjiciatur adhuc, *Sacchari ſaturni cryſtalliſati* & *præparat.* ℥j. *Sulfuris Vitrioli* ℥ß. miſceantur probe & perge coquendo donec maſſa in lapideam ſubſtantiam convertatur, quæ ſi bene operatus fueris erit *coloris viridiuſculi*, alias ſi diutius quam debet in igne relinquitur, erit rubei coloris.

*Vires horum ita dictorum Lapidum ſunt inſignes in mundificandis & deſiccandis ulceribus & vulneribus, inveteratis, curant inflammationes, ſerpigines, tineam, ſcabiem &c.* ſi ejus ℥j. in *Aquæ plantaginis* vel vulnerariæ alterius ℔ij. vel iij. ſolvatur, ac filtretur, ac ea malum lavetur vel linteolis in ea madefactis applicetur.

## Liquor Cornu Cervi Succinatus *D. Barkhauſen.*

℞. *Salis CC. volat.* vel ſpiritus ejus fortiſſimi q. l. huic cuſpidatim ingeratur, *Sal ſuccini vo-*

 *latile*,

*latile* donec omnis efferveſcentia ceſſet: tum ita absque deſtillatione ſervetur ad uſum.

Non abſimilis huic fere eſt Liquor CC. ſuccinatus D. MICHELS, niſi quod hic deſtillationem in ſubſidium vocet ad unienda ambo ſalia: quam tamen dictus D. BARCKHAUSEN non absque ratione ſpernit, *cum optima liquoris ſubſtantia in vaſe deſtillatorio reſtet.*

Recipere vero jubet D. MICHEL Sal *ſuccini volatile* & ʒ℈ *CC. volat.* aa. diſſolvit ambo *in Spir. CC rectificato*, tum poſt digeſtionem deſtillando evocat liquorem Cornu Cervi ſuccinatum dictum. Addo compoſitionem mihi uſualem v. g.

℞. *Spir. C. C.* q. l. *ſolve in eo Salis volatil. Corn. Cervi* q. ſ. ut probe imprægnetur ſpiritus ſuo ſale, tum ſenſim adde *Salis ſuccini volatilis* q. ſ. ad ſaturationem usque, vel donec efferveſcentia ceſſet, ac ſic aſſerva liquorem.

*Liquor hic in motibus Epilepticis ac convulſivis à plurimis tanquam Panacea æſtimatur*, modo gravi odore haud adeo eſſet moleſtus, præcipue pueris ſive infantibus, quorum acido primarum viarum corrigendo utplurimum opponi ſolet. Doſi gtt. iij. ad ℈ß. vel ʒß. usque adultis.

# Liquor Martis Solaris à Glaubero deſcriptus.

Reperitur Almerodæ in Haſſia inferiore in terra figulina, *Minera* quædam, *martis ſolaris dicta*, figuræ plerumque rotundæ vel ovalis, ovi columbini vel majoris magnitudine, quæ externe coloris nigricantis, confracta vero inſtar marcaſitæ aureæ apparet. *Huic non cedit illa quæ haud procul Francofurto reperitur in terra figulina, ſed alia ſub forma & figura, utpote fruſtra minora nigricantia frondium referens, intus marcaſitæ aureæ inſtar ſplendens.* Hujus vel illius dictæ Mineræ à terra depuratæ & mundatæ ſumitur quantum lubet, & in fruſta confracta vel contuſa aeri libero frigidiuſculo exponitur, ſic intra aliquot ſeptimanas impraegnatur acido illo univerſali, & concidit in pulverem nigricantem qui odore ſulfur redolet, ſapore vero, linguæ dulcedinem quandam vitriolicam imprimit. Quo diutius vero aeri exponitur minera; eo magis vitriolo tali impraegnatur.

Affunde vero tali mineræ vitriolo prægnanti in vaſi vitreo aquam pluvialem, ad digitorum aliquot eminentiam, & ſæpius agitetur, ſic intra aliquot dies aqua impraegnatur vitriolo & virideſcit; quæ decantetur, & alia affundatur idque repetatur, donec aqua affuſa non amplius virideſcit: De hinc filtretur omnis aqua vitriolo prægnans, & ad cuticulam exhaletur, ſic in frigore enaſcuntur cryſtalli virides. Aquam vero remanentem rurſus exhalare ſinito & hoc reiteretur, donec nulli amplius cryſtalli ſeparan-

tur, & liquor virideſcens relinquitur qui non amplius in cryſtallos abit; Ac *a Glaubero vocatur oleum vitrioli dulce*, cui multas tribuit vires; prædicat vero de hoc oleo, quod in genere vires ſuas exerat per ſedes & vomitus, per urinam & ſudores; imo quod curet Epilepſiam necetque vermes. Febres varias fuget; dolores capitis ſedet & colicos: obſtructiones viſcerum reſeret, hinc malum hypochondriacum, Hyſtericum, Scorbutum, Lepram, Ulcera antiqua fiſtuloſa, interne & externe cures &c.

Notetur, quod ſi oleo huic virideſcenti affunditur Spiritus vini rectificatiſſimus; ſtatim cadit & præcipitatur Vitriolum martis egregium, inſignium virium, omnibus proprietatibus Vitrioli martis dotatum.

## Liquor Nitri Fixi. vide *Alcaheſt Glauberi*.

## Liquor Silicum *Glauberi*.

℞. *Silicum mollium qui ferro alliſi ſcintillas non emittunt*; in igne candefiant, & in aqua extinguantur rurſus, atque reiteretur hic labor donec in pulverem redigi queant. Tum recipe *Silicium pulv. & cinerum clavellatorum aa. calcinentur* probe. Poſtea *aeri humido exponantur*, ut in liquorem defluant, qui colatus, præter uſum quem in mineralium & aliis ſolutionibus præſtat, *in Medicina ſingulari vi Diuretica & Nephritica pollet*.

Doſ. gtt. vj. ad ℈j.

Vel

Vel prout eum CL. ETTMULLER deſcribit. ℞. *Salis* Tartari q. l. fluat probe in crucibulo, tum *ei ſucceſſive immitte Silicum in calcem redactarum tantundem*, ſic ambo coeunt in liquorem vitri formem, qui in loco frigido poſitus in liquorem defluit; parum quidem, ex mente dicti viri, in receſſu habens.

LE FEBUR ſumit *Salis* Tartari p. ij. *Silicum calcinatorum* & pulv. p. j. his probe mixtis replet tigillum, ut at minimum dimidia pars vacua maneat, quoniam admodum attollitur materia inter fundendum, id quod ſtilo ferreo explorandum; nimirum an omnis maſſa ſit probe liquefacta, & vitrum ex flavo virideſcens referat, quo facto mortario calido infunditur maſſa *& ita calide pulveriſatur, ſi ad Tincturam inde extrahendam debet impendi.*

## Liquor Stypicus *Weberi.*

℞. *Vitrioli Hungarici, Aluminis* aa. ℔ß. *Phlegmat.* Vitrioli ℔iiij. Coquantur omnia donec ſoluta ſunt, tum *liquor frigefactus filtretur*, & à cryſtallis ſubinde enatis ſeparetur, poſtmodum ſingulæ libræ filtrati liquoris adde *Olei vitrioli* ℥. Miſceantur & liquor ſervetur ad uſum.

*Vulneri ſanguinem fundenti cum linteis quadruplicatis applicatus, vel profundioribus injectus, ſanguinem ſubito ſiſtere dicitur.*

## Liquor Stypticus. *D. Barckhauſen.*

℞. *Caput mortuum Spiritus Salis armoniaci cum lapide hæmatide deſtillati*, extrahatur inde

inde cum Spiritu vini Tinctura; Tum quod reſiduum eſt aeri exponatur, ut per deliquium ſolvatur: Vel ei tantum aquæ affundatur, ut inde emergat liquor concentratus & ponderoſus, qui filtratus aſſervetur.

*Hic externe adhibitus, vulnerum quorumvis hæmorrhagiam ſiſtit.*

## Liquor Talci. *D. Barckhauſen videatur ejus Pyroſophia.*

℞. *Nitri crudi* q. l. crucibulo immiſſum in igne liquefacito, tum ut *aliqualiter alcaliſetur parum carbonum pulv. inſperge*, quo ſic eo aptius per deliquium diſſolubile fiat, hoc facto porro *inſperge Talci pulveriſati tantisper, quantisper tantilla detonatio adeſt*, deflagrat enim cum nitro ac ſi ei vel Sulfur adjectum fuerit: Facta detonatione, exponatur maſſa aeri humido, ſicque in liquorem abit nitrum cum Talci nonnullis particulis.

*Ut Talcum friabile reddatur* & levi negotio in pulverem abeat, *Fruſta ejus impone æri fuſo*, dum campanæ vel Tormenta funduntur, ac ibi per tempus relinque, ut ſpiritus à metallo fuſo exhalantes id prope penetrent, ſic paulisper ejus compages reſeratur, ut in pulverem facile redigi queat.

## Liquor Tartari Splenedicus *Schr.*

℞. *Tartari crudi. Nitri pulcherr.* aa. ℔j. exacte pulveriſata & mixta in crucibulo per vices

ces detonentur; Sali relicto affundatur *Aqua calida* ad ℔iiij. ſtent ad imprægnationem aquæ, tum colato hoc lixivio calido ſucceſſive iugere *Tartari crudi pulveriſat.* ℔j. digerantur diebus octo vel ultra, de hinc filtretur ſolutio, & ſervetur liquor; *ad Obſtructiones meſenterii, lienis, renum menſium &c. tantopere decantatus.* Doſ. coch. ß. ad unum cum vehiculo idoneo.

## Luna Hydragoga. *Boylei.*

℞. *Argentum ab omni cupro cupellatum, ne vomitus excitet*, q. l. Solvatur in optimo *Spiritu Nitri*: *ſolutionem* moderato calore *exhalare permitte, donec in cryſtallos abeat*, tum in arena ulterius calore magis moderato adhibito, fœtor omnis evaporetur, ſed cave ne fundantur cryſtalli, propterea calor mitis ſit, & vas ſubinde moveatur.

*His cryſtallis ita ſiccatis, adde tantundem Nitri puriſſimi cryſtalliſati*: ſolve vero ſingula ſeorſim, tum ſolutiones confunde, & *in vaſe terreo ex arena exhaletur omne humidum*, ut in fundo relinquatur pulvis albus, *non vero viridis*, alias indicium præbet Lunam ab omni cupro non omnino fuiſſe depuratam; nota etiam ut leni calore exhalatio peragatur, alias funditur pulvis.

Ne etiam Spiritus Nitri forte, ob contentas particulas ſalinas, argentum inter ſolutionem præcipitet, *prius parum argenti injicia-*

*tur ſpiritui Nitri*, ſic partes ſalinæ cum argento ſociatæ præcipitantur, *& ſpiritus depuratur*, ut tum abſque præcipitatione Lunam ſolvat.

*Ex Pulvere ſiccato, cum Panis mica formantur Pilulæ piſi minoris magnitudine, quarum datur una aut altera cum pomi toſti pulpa.*

Serventur vero in loco ſicco vaſe probe clauſo.

## Luna Muſica. *D. Maets. Coll. Leid.*

℞. *Stanni opt.* ℥iß. Committatur crucibulo forti, & præciſe ubi fuſionem minatur adde *marcaſitæ argenteæ* ℥iß. Miſce inter ſe rudicula ferrea; Tum adde *Mercurii ſuper igne calefacti*, donec crepitus emittat, ʒvj. & effundatur in lapidem frigidum. Poſtea in porphyrite in alcohol redigantur.

## Lutum Sapientiæ.

Lutum vulgo vel *pro Furnis*, vel *Vaſis vitreis* lutantis neceſſarium eſt, id quod ſubtilioribus ſpiritibus coercendis applicatur vulgo Sapientiæ lutum audit, quoniam Sapientis eſt, ita ſuos dirigere labores & operationes, ne potiſſimarum virium ſui medicaminis, jacturam patiatur, &c.

Lutum

Lutum *pro conſtruendis Furnis* optimum, fit *ex communi limo, arena, pilorum tomentis, & ſtercore equino*, hæc omnia certa proportione pro cujusque artificis judicio, mediante *aqua* ita ſubiguntur, ut lutum inde emergat, ſatis tenax; ſi *Sal culinare* admiſcetur, igni magis reſiſtit.

Vel ℞. *Terræ tenacis* part. ij. *Silicum pulver. & vitri ſubtil. triti vel contuſi* aa. part. j. cum ſ. q. Aquæ fiat maſſa, quo cum vitrum loricato, & ſi ſiccatum ſit, *oblinatur lithargyrio vel minio* cum ſ. q. Aquæ in pultis formam redacto, ſic igni ſiccatum impoſitum, deſtillando lutum vitrificatur. *Barckhauſ.*

*Si vaſorum rimæ ſunt occludendæ* ℞. *Calcis vivæ ſubtil. pulv. lithargyr. ſubtil. pulv.* aa. p. æq. Excipiantur ſ. q. *Vernicis ex Oleo lini parati*, in formam pultis, quam linteo illine & applica, extrorſum vero linteum pulte itidem leviter obduc; & ſicca.

Vel ℞. *Cap. mort. vitrioli* probe ſiccáti & edulcorati *Calcis vivæ* aa. q. ſ. miſceantur & *cum ſ. q. album. ovi* ſubigantar, ut mediam habeant conſiſtentiam, nec nimis craſſam, nec nimis tenuem, hoc lutum inducatur ita recens vaſorum juncturis, & quando exiccatum hoc eſt, poteſt ſuper induci charta duplicata cum amylo. His lutis optime coercentur ſpiritus acidi ne penetrent.

*Margraff. Collect. Leid.*

*Si*

## *Si ſpiritus ardentes deſtillandi*

*ſunt* ſuaſc *Le Mort* ſume *farinam ſeminis Lini*, hanc *aqua ſubactam applica*. ſufficiat autem illa farina quæ poſt Olei expreſſionem reſtat; hæc ob viſcoſitatem fiſſuras & roſtra vaſorum arctiſſime claudit. Vel & *veſicam aqua emollitam*, & *albumine ovi illitam applica*.

## *In deſtillatione Spiritus* ✱*ci.*

℞. *Calcis vivæ & Salis comm.* aa. p. æq. Sal ſit probe ſiccatum vel calcinatum, ambo probe mixta *cum albumine ovi* in pultem redige, quem cum linteis & veſicis emollitis applica.

# *M.*

## Magiſterium Corallorum. Ocul. 69. Margaritar. &c. *D. Le Mort. & D. Marg. Coll. Leid.*

℞. *Corallorum rubr. groſſe contuſorum* q. v. ſuperfunde iis *acetum deſtillatum* ad digitorum aliquot ſupereminent. ebulliant leniter ſupra ignem donec omnia ſoluta ſunt.

Vel juxta D. MARGR. ℞. *Corallor.r.* vel *Ocul.* ♋. v. g. ℥ß. redige in pulverem cui affunde *Aceti deſtillati* ℥iiij. vel v. ut ſcil. digitos iij. vel iiij. emineat ; tum repone per noctem in digeſtione, vel donec omnia ſoluta ſunt; & ſi quid relictum fuerit non ſolutum, decanta ſolutionem, & novum acetum affunde & iterum digere, ut omnia ſolvantur.

*Solutiones conjuncta filtra , & mediante ſpiritu vitrioli rectificato , ſive Oleo vitrioli præcipita* , ſic in pulverem albiſſimum & leviſſimum cadunt corallia: cum aqua communi à ſalibus eluenda & edulcoranda, poſtmodum in umbra ſiccanda.

D. MARGRAFF. *Cum Oleo Tartari per deliq.* ſolutionem præcipitat, ſed magiſterium inde cadit minus leve & album, minusque denuo diſſolubile.

Hoc vero magiſterium , quod cum Olei vitrioli, vel Oleo Sulf. per camp. præcipitatum eſt ſi cum Spiritu vini aliquandiu digeritur , atque hic poſtea rurſus abſtrahitur, teſte SCHROEDERO quidem , relinquitur magiſterium butyri inſtar in ore liqueſcens.

Et *ſi diſſolutio corallorum absque præcipitatione evaporatur , præbet compoſitum quid, è ſale fluido Concentrato & coralliis.*

Hoc *dicitur Magiſterium ſolubile, ſive Sal corallorum. Vires magiſterii corallorum ſunt adſtringentes, hinc in diarrhæa, dyſenteria, & ſanguinis biloſi efferveſcentia conducit.*

Doſ. gr. v. ad ℈j. vel ij.

*Magi-*

*Magiſteria Lapidum pretioſorum* in modum Magiſterii corallorum parari ſolent, Quoniam vero *granati*, *hyacinthi*, *ſmaragdi* compactiſſimæ ſunt texturæ, hinc *prius calcinentur cum duplo nitri*, & poſtea edulcoratus pulvis per acetum deſtillatum denuo ſolvatur, &c.

ZWELFFERUS hiſce vulgari modo confectis Magiſteriis, ſuam magiſteria hæcce conficiendi methodum, longis paraſangis anteponit. v. g. ℞. *Corallorum r. Margaritarum*, &c. cui ſive integro ſive contuſo ſuperaffunde *Spiritus noſtri veneris*, ad trium vel quatuor digitorum ſupereminentiam; digerantur in loco ſaltem tepido non calido, die uno vel altero, & plus ſolvetur rei immiſſæ, quam ſpiritus acidiſſimus alias ſolvere ſolitus fuiſſet, & ſi paulo diutius in calore etiam leni relinquerentur, ſpiritus hic una cum corallis &c. ſolutis in butyrum album ſive coagulum converteretur. Et ſi hoc eveniret omnis maſſa per cucurbitam ex M B. ad ſpiritus affuſi totalem ſiccitatem abſtrahatur; *ſpiritus eadem fere prodibit aciditate ac affuſus eſt*, & in alembico remanebit materia albiſſima, quæ affuſa aqua deſtillata ſolvatur, filtretur & denuo in MB. ad ſiccitatem abſtrahatur.

*Hæc vero magiſterii ſolutio, & abſtractio toties repetatur, donec nullus ſapor acidulus à menſtruo percipiatur*, ſed totum abſtractum ſit. Non enim hoc menſtruum agit ut alia corroſiva, quæ per reactionem in aliud eſſe convertuntur, nulla arte à re ſoluta ſeparabilia, *ſed hoc integris viribus*

*ribus à re ſoluta rurſus abſtrahi poteſt*, ad ſimiles uſus idoneum, ut ſi quid remanſerit à prima ſolutione indiſſolutum, ſpiritu hoc abſtractitio id porro ſolvi, filtrari, abſtrahi, & affuſione aq. ſimpl. ejusdemque abſtractione edulcorari, ſpiritus autem abſtractus porro aſſervari, & ad alios uſus adhiberi queat.

## Magiſterium, Cornu cervi, Cranii Humani, Ungul. alces, Eboris, &c.

*Etſi* Magiſteria hæc tanquam calces emortuæ *haud locum amplius in noſtris Pharmacopoliis mereantur*, tamen ſi quis ſupercurioſus & præjudicio ægrotans, hoc vel illud requirat· Tum *raſura hujus vel illius irroretur prius per Spiritum Nitri.* Poſtea ſuperaffundatur *Acetum vini optime deſtillatum*, ſtent diebus aliquot in digeſtione, tum per chartam filtrentur, & *per Oleum Tartari præcipitentur*, ac edulcorentur.

Vel ſuaſu D. BARCKHAUS. ℞. *Oſſium vel Cornuum Raſura*, ſolvatur in ſ. q. *Aq. Fortis cui triplum aceti deſtillati adjectum ſit*, vel coquantur omnia in olla lapidea, ad ſolutionem eo citius abſolvendam, quo facto ſolutioni quadruplum Aquæ affunde, ſolutionem expreſſam & filtratam præcipita. *Oleo Tartari per deliq.* donec haud amplius turbetur, tum præcipitatum pulverem edulcora & ſicca.

Magi-

# Magiſterium Lapidis Lazuli *Zvvelff. Ultramarinum dictum.*

*Teratur Lapis Lazuli optimæ notæ cœruleus*, ſupra porphyriten, & non alium aliquem lapidem, quam ſubtiliſſime fieri poteſt, *mediante Oleo lini vel aqua ſimplici.* Tum ita oleo tritus lapis reponatur. Interea fiat ſequens Emplaſtri Maſſa.

℞. *Ceræ Citrinæ*, *Picis græcæ vel Colophon. Reſinæ Pini aa.* ℔j. *Olei Lini* ℥iij. *Terebinth.* ℥iiij. Liquefiant ſupra ignem & colentur, tum eis adde *Maſticis electæ* ℥iij. Fat Maſſa.

Hujus maſſæ ℞. partes circiter tres vel quatuor, *Lapidis ſuperius cum Oleo Lini ſubtiliſſime lævigati* part. j. Miſceantur in patella, & commixta ſeptimanam unam vel alteram in digeſtione veluti relinquantur; Poſtea *aqua calida*, vel ſi hac ſuccedere nolit, *fervente*, *malaxando*, *& ſpatula*, *maſſam ſubigendo & agitando*, *pulvis Lapidis Lazuli ſubtiliſſimus eluatur*; qui pulcherrimo cœruleo colore aquam imbuet, quam in patinam cola, & poſtquam Lapis Lazuli reſedit, decantetur aqua & Pulvis pulcherrimis impalbabilis ſiccetur.

*Singuli vero pulveres ſeorſim aſſervandi ſunt, quoniam qui primo eluitur pulchrior eſt quoad colorem & ſubtilitatem ſecundo, & ſecundus tertio, &c.*

Magi-

## Magiſterium Marcaſitæ.

*vide*

## Coſmeticum album.

## Magiſterium Vegetabilium,

utpote

## *Herbarum, Florum, Baccarum, &c. ad coloranda Balſama expeditum Zvvelff.*

℞. *Florum vel rubore, vel flavedine, aut alio colore, pro lubitu conſpicuorum* ℔j. *cinerum clavellatorum* ℥ij. Coquantur *in ſ. q. Aqua* donec Tinctura eſt extracta; hoc facto filtretur Decoctum, & *inſpergatur Aluminis tantum, quantum inter bulliendum ſolvitur*, tum liquori inſtar coaguli condenſato & ab igne remoto, *affundatur aqua; ut coagulum fundum petat*; tum filtretur, & quod in filtro manet edulcoretur, tandem vero leni calore, vel in umbra ſiccetur & pulveriſetur.

*Quo melius edulcoratur & abluitur hoc vel ſimile Magiſterium ab aluminis particulis, eo ad tingenda Balſama ſit coloratius & pulchrius.* videatur etiam LE MORT *in ſua chimia.*

## Magiſterium *ſive* Extractum Martis aperitivum. *Phil. Nor.*

℞. *Succi Acetoſellæ expreſſi & depurati* ℔iij. *Tamarind. opt.* ℥viij. coquantur parum & colentur per pannum laneum; colaturæ in cucurbita addantur *Limaturæ chalybis à ſordibus mundatæ* ℥iiij. Digerantur in loco calido, & agitentur ſæpius. Poſtea per chartam filtrentur, & *in arena inſpiſſentur*, *ad conſiſtentiam extracti.*

## Magiſterium *ſive* Extractum Martis aperitivum. *Mynſ.*

℞. *Succi oxalidis expreſſi & decurati* ℔iij. hunc ſuccum affunde *Tamaridinorum* ℥viij *confricentur*, vel manibus vel piſtillo ligneo, *in formam pulmenti*, & quidem in patina terrea; Poſtea exemptis nucleis & ſtipitibus coquantur parum, & *cum albuminibus ovorum clarificentur.* Tum colentur per manicam Hipp. & colatura clarificata cucurbitæ vitreæ immittatur, ac ei *addantur Limaturæ chalybis à ſordibus mundat.* ℥iiij. Digerantur in arena vel loco calido tribus diebus & noctibus, interea ſæpius ſpatula lignea agitando. Poſt digeſtionem colętur per chartam liquor, & ad conſiſtentiam extracti liquidi, calore arenæ inſpiſſetur, ac pro Magiſterio Martis aperitivo ſervetur.

D. BARCK-

D. BARCKHAUS. ℞. *Succi Acetoſæ* ℔iiij. *Tamarindorum* ℔j. coquantur ſimul in olla ferrea, dehinc per pannum colentur, in colatura extinguatur *Limaturæ martis candefactæ* ℔j. coquantur iterum in olla ferrea, donec ſuccus ſapore vitriolico imbuitur, facto hoc coletur, & ad Syrupi craſſioris conſiſtentiam inſpiſſetur.

Extracti hujus ſive ita dicti Magiſterii Martis *vires ſunt aperientes, prout omnium martialium, hinc in obſtructionibus, imo ſcirrhoſis viſcerum tumoribus, ac inde dependente Melancholia, ictero nigro, cachexia, Febre alba virginum, &c. maximarum prædicatur virium, Mynſichio.* ac acidularum loco, commendatur à ʒß. ad ʒj. in vino, electuratio, conſervis, rotulis, &c.

## Magiſterium *ſive* Sal Martis compoſitum. *Etmülleri.*

℞. *Terræ Fol. Tartari & vitrioli Martis* aa. p. æq. terantur in mortario lapideo, ſic *rubeſcit mixtura inſtar pultis apparens*, quæ in loco calido exiccata pulveriſetur in pulverem ex nigro rubeſcentem, qui *præſtantior eſt ipſa Tinctura vitrioli Martis* ZWELFFEERI antequam Terra foliata Tartari, & vitriolum Martis junguntur, inter extrahendum cum Spir. vini, Ferrum quoad ſui partem ex vitriolo cadit, ſicque *emergit inde tinctura magis tartarea.*

# Magiſterium Plumbi ſive Saturni.
## *Lemery.*

℞. *Salis ſive Sacchari Saturni* ℥iij ſolvatur *in ſ. q. Aquæ & Aceti deſtillati.* filtretur ſolutio, acei guttatim *inſtilletur Oleum Tartari per deliq. Mynſichtus Spiritus vitrioli* hoc peragit *lente, ſed celeri lapſu inſtillando*, usque dum colorem ſpiſſi lactis acquirit: ſic ad fundum vaſis præcipitatur pulvis, à quo per filtrum ſeparetur liquor; pulvis vero ſive Magiſterium, affuſa aqua multoties lavetur & ſiccetur.

*Conducit optime unguentis pomatis immixtum, pro fuco, item ad Lubenes, &c.*

# Magiſterium Saturni.
## *Le Febur.*

℞. *Ceruſſæ* ℔ij ſubtiliſſime tritæ affunde ſenſim in capaci phiola *Spiritus veneris* ℔j miſce probe hinc inde movendo, tum pone in MB. & 12 horis leniter digere, tum adhuc calide filtra, & per noctem relinque, ſic reperies cryſtallos albiſſimas: *Liquor reſiduus in* MB. *abſtrahatur* ad ſiccitatem, & ſpiritus colligatur ad ſimiles uſus. *In fundo reſidet Magiſterium Saturni ſolubile.* Cryſtalli & hoc reſiduum Magiſterium eaſdem obtinent vires.

Doſis interne eſt à gr. iij. ad xij. *valet in omnibus morbis, ad quos Sal Saturni alias commendatur.*

Mageſia

## Magneſia Alba.

Fit Lixivium Nitrariorum, die Mutter-Lauge dictum, evaporando, calcinando, dehinc elixiviando & edulcorando; ſic cadit pulvis albiſſimus, qui ad ℥j. vel ℥ij. datus, præbet laxans, inſignis uſus & effectus.

## Magnes Arſenicalis *Zwelfferi, Margr. Coll. Leid. &c.*

℞. *Sulfuris flavi optimi, Antimonii crudi. Arſenic. albi cryſtallini* aa. q. l. pulveriſentur omnia quam ſubtiliſſime, & mixta in vaſe vitreo calenti arenæ impoſita liquefiant omnia, id quod cognoſces ſtylo ferreo, *ſi ei terebinthinæ inſtar materia adhæreſcit*; caveatur vero inter liqueſcendum à fumo exhalante.

*Citius perficitur operatio in crucibulo tecto*, leni igni impoſito, ſenſim materiam liquefaciendo, quæ liquefacta effundatur in lapidem, & refrigerata maſſa ſervetur ad uſum, qui externus ſaltem eſt, *poſſidet vero vim maturandi & vulgo attrahendi*, hinc eſt ingrediens *Emplaſtri magnetici, ad curandos carbunculos, & Bubones peſtilentiales, ubi præbet mite eſcharoticum.*

Præterea hoc Emplaſtrum *egregium eſt in quartana; regioni Lienis applicatum*, item, *in herniis lumbis appoſitum* pro retractione inteſtinorum prolapſorum, nec non in *parotidibus pone aures*

*aures, in Febribus malignis erumpentibus.* Præ aliis hoc Emblaſtrum conficiendi modis, ſuum laudat Cl. HOFFMANNUS v. gr. ℞: *Gummi Ammoniaci, Galbani, Sagapeni* aa. ℥iß. *Terebinth. claræ, & ceræ flavæ* aa. ℥ij. ʒij. *Magnetis Arſenicalis* ℥iß. *Olei ſuccini* ℥j. *Terræ vitrioli dulcis. Radic. Ari præparat.* aa. ʒß. Miſce fiat Emplaſtrum.

## Mars Potabilis.

vide

*Ferrum Potabile Williſii.*

## Mercurius Antimonii *Langelotti.*

℞. *Reguli* Antimonii ℔j, tritu diu continuato, redigatur in pulverem impalpabilem, tum huic adde *Salis Tartari puriſſimi & ſicciſſimi* ℔ij, *Salis Armoniaci* ℥viij. probe mixta *cum urina hominis ſani humecta*, & ſi haberi poteſt vinum bibentis, tum cura, ut mixtura hæc à duobus prævalidis hominibus in porphyrite *per integrum diem ſine intermiſſione teratur*, ſemper aſpergendo, ſi humidum deficiat urinam; poſtea mixturam hanc immitte cucurbitæ *& urinæ tantum ſuperfunde*, ut tres digitos emineat, ac clauſam probe per integrum menſem lenta digeſtione fove, & quotidie agita.

Et *ſi interea temporis ſiccior appareat maſſa, affunde urinam*, finitaque digeſtione *cum æqualibus partibus vitri contuſi & calcis vivæ* in globulos efforma, & hoc *in umbra ſicca.* Hoc facto

in

*in promptu habeas vas ferreum cucurbitæ inſtar oblongum*, hunc infunde frigidam, atque in terram defode, eique ſuperimpone laminam ferream multis foraminulis perviam, *cui ſuperimpone globulos bene ſiccatos*, atque tum his ſuperimpone capitellum ferreum, quod paulo depreſſius ei adapta, ut carbones cadentes ei commode imponi queant, tum per quatuor horas ignem moderatum adhibe, dein auge eum per totidem horas ad extremum usque: Poſtea refrigeſcant, & *cave ne vas in terra defoſſum prius commoveas* & aquam effundas, antequam omnia penitus refrigeſcant; ni multum mercurii jacturam facere velis, mercurius enim tanta vi ignis in minimas atomos reſolutus, frigore iterum coagulari oportet.

## Mercurius Antimonii *D. Barckhauſen.*

℞. *Mercurii vivi* ℥vi. cui ſuperaffunde *Spiritus Salis armoniaci urinoſi* ℔ß. Salis ex Tartaro & Nitro detonatis facti ℥j. parumque *aceti deſtillati*, & mixta per octiduum aeri expone, ut quaſi computreſcant, hoc facto ad ſiccitatem omnia inſpiſſa, & adde *Calcis vivæ* ſesqui alteram partem & *limaturæ Martis* ℥ij. mixta immitte crucibulo, atque ei aludeles aliquot adapta & adluta, tum tigillum igni impone ut candeſcat, aludeles vero ſaltem tepeſcant, ne mercurius avolet, tunc ceſſa & in ſuperioribus ollulis reperies Mercurii fere ℥j. *vide ejus Pyroſophiam & chimiam meam.*

 Mer-

## Mercurius Diaphoreticus Jovialis. *D. Barckhauſen.*

℞. *Stanni optimi* q. l. liquetur ſupra ignem, eique ab igne remoto adde *Mercurii purificati* tantundem, commiſceantur in amalgama, & ad refrigerandum effundantur. Hoc facto huic *maſſæ affunde Aquæ fortis* q. ſ. *ut diſſolvatur*, id quod magna vi & incredibili cum celeritate fit, *quoniam Stannum majores & laxiores poros habet ac mercurius*: Stanno vero corroſo, mercurius maximam partem iterum currens in vitri fundo reſidet, qui ultimo diſſolvitur absque tanta efferveſcentia, *peracta omnium ſolutione*, *affundatur aqua frigida*, & præcipitabuntur in pulverem album, probe edulcorandum, dehinc exſiccandum.

## Mercurius Diaphoreticus Jovialis. *D. Maets. Coll. Leid.*

℞. *Mercurii purificati & Stanni optimi* q. l. *diſſolvantur in Aq. fortis duplo absque amalgamate.* Solutionem à fœcibus claram & limpidam, ſi adſint, decanta, & aquam fortem ad remanentiam dimidii evaporato; ita enim ſua ſponte præcipitabitur calx, quam edulcorato, repetitis vicibus quantum fieri poteſt, atque *per alcohol vini deſuper decies conflagrando figatur.*

Doſis eſt à gr. v. ad ℈j. usque ℈ij.

*Diaphoriticis appropriatis admixtus, ſudorem ciendo ſanguinem depurat.* alias etiam aliquando *ſi acidus remiſceretur vel ſurſum vel deorſum purgaret*, ſæpe etiam ſi crebrior ejus eſt uſus, inſtar mercurialium aliorum, *ſalivationem movet: unde in Lue venerea; Scabie inveterata, ulceribusque* non contemnendi eſt uſus, *imo & Febribus intermittentibus medetur.*

## Mercurius Diaphoreticus. *D. Cardilucii.*

℞. *Auri finiſſimi* part. ij. *Argenti cupellati* p. j. Ducantur in folia tenuiſſima, horum recipe part. j. *Mercurii vivi optime purificati* part. iij. Ex his fiat amalgama, quod in mortario lapideo probe teratur, quo in minutiſſimas atomos diſcerpantur metalla, & impuritates quas continent elici queant.

*Trituratione probe peracta, affunde aquam*, ac eam triturando impuram factam decanta, & recentem affunde, *hocque opus tam diu repete donec amalgama ſit ſatis purum & clarum.* Quod tum per corium exprime, ita tamen ut maſſa ſufficientem copiam mercurii ſervet, & liquidior remaneat: *Hanc immitte cucurpitæ*, & eam leniter ſaltem clauſam arenæ impone, & calorem ab initio leniorem, poſtea auctiorem adhibe, donec cypreſſi inſtar creſcat, & tandem in rubicundum pulverem vertatur: *notetur vero ut maſſa ſæpius eximatur, & mercurius ſeparatus ei rurſus probe terendo commiſceatur.*

 Hunc

*Hunc ſuum mercurium Diaphoreticum* D. CARDILUCIUS admodum prædicat, , quod *vel inſenſibiliter , vel & per ſalivationem inſignes præſtet effectus*. non tantum *in Lue venerea , ſed & catharrhis contumacioribus , Hemicrania. Epilepſia &c.* Doſ. gr. ij. ad v. cum panis mica in pilulas redactus.

## Mercurius Diaphoreticus *Tilingii Ephem. Cur. Decur. II. Ann. II. p. 150.*

℞. *Mercurii probe purgati* , ſcil. ex cinnabari beneficio Tartari calcinat. regenerati. ℔j. *Sulfuris Antimonii* ℥iiij. omnia probe invicem terendo commiſceantur & in cinnabarin ſublimentur ; *Hanc cinnabarin novies adhuc ſublima* donec haud amplius ſublimetur facile, ſed figatur, ac *habebitur Diaphoreticum nobile in Hydrope, Podagra &c.* ac aliis per tranſpirationem curabilibus morbis.

## Mercurius Diaphoreticus *Thomſoni.*

℞. *Sulfuris optimi* ℥iij. liquefiat ſenſim in vaſe vitreato, tum *ei immiſce Mercurii bene purgati* ℥ij. maſſam probe mixtam, & poſtea refrigeratam ſubtiliſſime pulveriſa, & *Salis armoniaci* ſubtiliſſime pulveriſati ℥j. *admiſce* , tum phiolæ indita arenæ impone, capitello leviter

leviter impoſito, & primis tribus horis moderatum ignem adhibe, poſtea eum auge ad ſex horas, ut ultimo capellæ fundus candeat, tum ceſſa, & refrigeratis omnibus, majorem partem inveniens ſublimatam, *cum quadam remanentia in fundo, quam fracto vitro eximc, & ſublimata immiſce, ac ut prius procede*, hoc vero toties reitera, donec omnis maſſa in fundo remanet in pulverem ſubrubicundum converſa; flores vero qui in ultima ſublimatione aſcenderunt, abjiciendi ſunt.

Doſis eſt à gr. iij. ad x. *corpora prius purgato, præbet Diaphoreticum eximium in Lue venerea, elephantiaſi, catarrhis contumacioribus &c.*

## Mercurius Dulcis *prout is ab omnibus Medicis modernis chimicis elaborari ſolet.*

℞. *Mercurii legitimo modo ſublimati* ℔ß. *mercurii vivi depuratiſſimi* tantundem, plus vel minus: exacta namque Mercurii vivi quantitas, exacte determinari nequit, quia *quo mercurius ſublimatus magis minus corroſivus eſt, eo plus vel minus mercurii vivi capit*; miſce vero ambo exactiſſime, in mortario lapideo diutius terendo, cum piſtillo ligneo, donec nullus mercurius vivus à ſublimato abſorberi queat amplius; quem remove; vel ſi quid reſtat mercurii adhuc maſſam ſemel tere, donec omnia exacte miſta ſunt.

*Qua*

*Quo diutius vero mercurius ſublimatus cum vivo teritur & levigatur, eo melius ſuccedere dulcificationem, moderni artifices monent.*

Præterea D. CARDILUCIUS *indifferens eſſe ait, ſive* tritura mercurialium *in lapideo ſive ferreo mortario inſtituantur*, cum mercurius Ferrum, utpote potiſſimum ex Sulfure conſtans non aggrediatur.

*Mixturam hanc in forma pulveris gryſei immitte cucurbitæ vitreæ admodum humili*, & ei capitellum ſaltem abſque lutatione impone, ut fuligines exhalare queant, tum *in arena deſtillationem inſtitue*, primis 6 horis leni, poſtea cum ſublimari incipit, fortiori igne, donec omnia elevata ſunt, quo obſervato ignem remove, ut omnia refrigeſcant, poſtea ſublimatum dulcem exime, & ſi quid mercurii currentis aſcendit, remove, *ſublimatum vero ſubtiliter tere, & adhuc bis per ſe ſublima, ſi vero plus ſublimaveris, vim purgandi amittit.* Colligenda vero eſt ea mercurii dulcis pars, quæ in medio concrevit admodum alba, reliqua pars ad externum ſaltem uſum aſſervetur.

Sublimatio etiam inſtitui poteſt igne aperto, in cucurbita humili vitrea, infra lutata, *ita tamen ne ignis totam cucurbitam contingat*, ſed paulo ultra, quam quouſque cucurbita mercurio adimpleta eſt.

Omnium mercurialium crebrior hujus mercurii eſt uſus, quippe ad obſtructiones quasvis reſerandas, & maſſam ſanguineam depurandam, imo vermes necandos alia antecellit. *Purgat vero leniter per album imprimis humores ſeroſos*

*ſos, & quidem ſi purgante quodam hydragogo acuatus propinetur.* Alias ſi diutius in corpore remaneat, ſalivationem ſæpe excitare ſolet, quod alias vix præſtat, niſi ad ℥ß. ſingulis diebus bis propinetur, præcipue *in corporibus lue venerea haud infectis, ubi ægre ſalivationem movet.* Doſis alias ordinaria eſt à ℈ß. ad ℥ß. usque. Externe *prodeſt ſcabiei & aliis cutis infectionibus, puſtulis venereis,* aliisque ejusmodi exulcerationibus, *in aqua calcis vivæ &c. decoctus,* aut alio modo applicatus &c.

## Mercurii Oleum. *D. Maets Collect. Leid.* vide & *Butyrum Joviale.*

℞. *Stanni Anglici opt. Mercurii depurati* aa. ℔j. Fiat. ſ.a. Amalgama, quod ab omni nigredine exacte lavetur, huic adde *Mercurii ſublimati* ℔ij. Conterantur ſubito in alcohol, & *tabulæ marmoreæ vel vitreæ inclinatæ imponatur in cella*, ſic reſolvetur in liquorem, & portio mercurii revivicabitur. Separa vero liquorem à mercurio currente, & eum retortæ committito, lenique primum igne phlegma abſtrahito, poſtea ignem augeto, & in collum retortæ aſcendet Oleum mercuriale magnarum virium.

Liquor vero & Oleum, ſingula ſeorſim colligenda & aſſervanda ſunt.

*Oleum ulceribus malignis applicatum, illa ex fundamento curat,* præſertim ſi Sulfure metallico fuerit nobilitatum.

V. g. ℞. *Lamellarum veneris* q. l. in fruſta minora conciſis affunde *Olei Mercurialis* ad eminent. ij. digitorum, ſtent ſimul in digeſtione, *donec Oleum inſigni colore imbutum ſit*; Oleum tinctum decanta & aliud affunde, ac ut prius procede, tincturas confunde, & leni igne phlegma aufer, & *loco quieto colloca*, *ſic concreſcent cryſtalli*, *viſui amœniſſimæ*, has cryſtallos ſucceſſivis ignis gradibus calcina, in phiola leviter ſaltem clauſa, & *redigerentur in pulverem aurei coloris*, *verum ulcerum malignorum domitorem*.

Quippe ulceribus dictis malignis, cancro ſcilicet lupo, fiſtulis &c. inſperſus, vel cum Emplaſtris mixtus, & exterius debito modo applicatus, omnia ea præſtat, quæ unquam deſiderari queunt.

Hoc Oleum item D. CARDILUCIUS deſcribit *in commentario ad chimiam* LE FEBURE ubi hic de Butyro Joviali agit.

## Mercurius Præcipitatus per ſe. *Zvvelff. Febur. & aliorum.*

℞. *Mercurii puriſſimi* ℥ij. vel q. l. immitte phiolæ in hunc uſum peculiariter factæ, quæ ſcil. *fundum habeat planum*, *& ſuperne intus verſus compreſſa*, cujusque roſtrum anguſtiſſimum in ventrem usque productum ſit. Mercurii videlicet tantum ſit, *quantum pro fundo ſaltem vitri tegendo ſufficit*. Phiola ad æquilibrium exacte in arenam locata ut ſcilicet mercurius ubique æquali craſſitie fundum tegat; tum adhibeatur ignis ſuppreſſorius primo lenis, ſuc-

ſucceſſu vero temporis fortior, donec Mercurius in pulverem rubicundiſſimum cinnabaris inſtar converſus ſit, quem *cum ſpiritu vini ſæpius deſuper conflagrando ablue*; Peragitur vero hic labor intra menſem unum aut alterum, adhibito igne ſuppreſſorio, ſupra vitrum ignem ſtruendo, ita monente ETMULLERO.

*Movet hic mercurius plerumque vomitum ſat violentum*, præterea *luem veneream eradicat, lumbricos eliminat, & nonnunquam ſudores movet.* Doſ. gr. iij. ad gr. vj.

## Mercurius Præcipitatus albus *ſive* Coſmeticus. *Maets. Coll. Leid. Zwelff. Lemery &c.*

℞. *Mercurii vivi opt. depurati* ℥ij. *Aquæ Fortis opt.* ℥iij. ſtent ſimul per noctem, donec mercurius ab aqua forti fuerit ſolutus, *ſi leniter procedat ſolutio*, id quod ſignum debilioris aquæ fortis eſt, *in arena calida ea peragatur.* Poſtea recipe ſolutionem & ei ſucceſſive *affunde muriam ſalinam fortiſſimam* q. ſ. ad totalem præcipitationem, ſic ad fundum cadet pulvis albus, à quo aquam omnem leniter decanta, pluviamque puram de novo affunde, & pulverem probe edulcora, *ac intra chartas leni calore exſicca. Uſus ejus potiſſimum externus eſt, & optime miſcetur unguentis contra lichenes & ad pruritum* à ʒß. ad ʒj pro quacunque unguenti uncia.

Mer-

# Mercurius Præcipitatus vulgaris ruber Officinarum.

℞. *Mercurii optime depurati* ℥vj. vel q. l. *ſolve in Aq. Fort. ordinaria*, vel in ipſo *Spir. Nitri*, utpote quæ ambo unum & idem ſunt, q. ſ. ſolutionem immitte retortæ, & *omnis abſtrahatur humiditas*, ultimo ignem pauliſper augendo, ſic reſtabit pulvis ruber, qui, ſi ſpiritum vini rectificatiſſ. deſuper conflagrando, correxeris, communi modo ſaltem pulveriſato, anteferendus eſt; *Et licet ſint qui eo ad ſalivationem excitandam utantur*. Doſ. gr. j. ad v. *tamen ſecurior ejus uſus ſaltem externus eſt, ad carnem ſpongioſam & ſuperfluam exedendam, & ad ulcera inveterata, venerea, fiſtuloſa detergenda & mundificanda.*

# Mercurius Præcipitatus ruber Vigonis.

Primo *fiat Aqua Fortis* ſequentem in modum nimirum ℞ *Vitrioli Romani* ℔iij. *Nitri opt.* ℔iß. *Alum. Rupei* ℔ij. *Florum æris & auripigmenti citrini* aa. ℥ij. Triturentur omnia ad invicem, tum immittantur retortæ vitreæ probe lutatæ, cum recipiente ſimiliter optime adlutato; ac igne aperto deſtillentur ſ. a. per gradus, donec recipiens rubeſcere incipiat, quo facto auge ignem & continua, donec nil amplius aggrediatur, tum deſiſte & Aquam fortem exime.

Hoc

Hoc peracto *Recipe Mercurii vivi probe depurati* ℔j. *Aquæ fortis modo factæ* ℔jß. ponantur ſimul in retorta bene lutata capaci, atque ita permaneant per diem & noctem retorta optime clauſa, usque dum ſolutio facta ſit; *tum applicato recipiente & juncturis probe clauſis, ab initio leni igne deſtilli*, donec recipiens paulo rubeſcere incipiat; tum ignem continua & auge, donec omnis aqua egreſſa ſentitur; quo facto frangatur retorta, & præcipitatus in colorem minii verſus, ab omni re, alba & crocea mundetur, rubicundior vero pars trituretur ſubtiliſſime in porphyrite, & *in patella nitrea per aliquot adhuc horas calcinetur*, ut major ſpirituum pars expellatur; quo facto, *ter vel quater alcohol vini ab eo deſtilletur* & hoc eſt ſecretum, inquit, quod facit pulverem perfectiſſimum dolorem non cauſantem, qui inter alia coroſiva ſecurioris eſt operationis.

## Mercurius Præcipitatus luteus. Zwelff.

℞. *Mercurii corroſivi ſublimati* q. l. *ſolvatur in aquæ fontanæ* ſ.q. parum ebulliendo in vaſe vitreo, ſolutio filtrata *præcipitetur cum Oleo Tartari per deliq. facto* & guttatim inſtillato, atque præcipitabitur pulvis luteus, aqua recente affuſa ſæpius edulcorandus, donec nulla acrimonia guſtu percipiatur amplius, Pulvis vero remanens inſipidus ſiccetur, & uſui aſſervetur.

Datur à gr. iij. ad gr. vj. *cum Theriaca ad Icterum curandum &c.*

L Mer-

## Mercurius Præcipitatus Solaris.
## *Coll. Leid.*

℞. *Mercurii* ʒiv. *Auri* ʒj. *vitri Antimonii hyacinthin.* ʒij. Ex mercurio & auro fiat amalgama ſ. a. hoc teratur cum vitro Antimonii in pulverem tenuem, ac retortæ immittatur, iisque *affundatur Spir. Nitri optimi* ʒiij. deſtillentur ſimul igne primo leni, poſtea fortiori, donec omne humidum expulſum ſit; *repetatur vero hic labor tertia vice*, & in fundo reſidebit *Mercurium præcipitatus ſolaris, per alcohol vini deflagrationem reiteratam ulterius corrigendus & fixandus.*

Eſt Purgans & Diaphoreticum eximium. Doſ. gr. v. ad ℈ß.

## Mercurius Præcipitatus Solaris.
## *Zvvelff.*

℞. *Auri per Antimon. fuſi ſati* ℥ß. vel ʒv. *Mercurii virginei*, vel cum regulo Antimonii martiali ſtellato, & luna ſubtiliter limata ſepties ſublimati. Fiat inde amalgama uti artis eſt, aurum candefactum in Mercurium calefactum projiciendo. *Hoc amalgama toties lavetur aceto & Sale, quousque nulla amplius nigredo conterendo & abluendo conſpiciatur*, hinc ſiccetur, & ſi fieri poſſit, per telam raram prematur. Huic amalgamati loto & probe mundificato, adde *Præcipitati rubicundiſſimi per ſe facti* ℥ij. conterantur diu multumque, in mortario vitreo, quoad bene unita ſint, tum im-

immittantur phiolæ plani fundi, quæ hermetice clauſa, per gradus ignis ad ſummam reducantur rubedinem.

*Præcipitatus hic aureus à* ZWELFFERO *prædicatur medicina, ad multorum morborum extirpationem, efficaciſſima.*

## Mercurius Præcipitatus viridis.

℞. *Mercurii vivi depuratiſſimi* ℥iiij. diſſolve in ſ. q. 🜄 *Fortis*: item *ſ. q.* 🜄 *Fortis recentis ſolve cupri pulcherrimi & depurati* ℥ß hoc peracto *confunde ſolutiones* & ex retorta, omnem aquam fortem abſtrahe, & *ſi obſerves fumum craſſum à mercurio procedere* & exire, tum *protinus extinguatur ignis*, & retorta extincta ex igne, ac mercurius in fundo eximatur, & in pulverem teratur, ac *ſpir. vini ſive alcohol ejus, deſuper aliquoties conflagretur*, tum vero pulvis ſiccatus ſervetur.

Plures qui hunc mercurium elaborare docent, volunt ut cum aceto deſtillato ſolvatur, & denuo inſpiſſetur, majoris purificationis gratia, *ſed laborem hunc inanem eſſe* D. BARCKHAUS, *in ſua Pyroſophia bene monet*, cum talis Mercurius in aceto deſtillato haut ſolubilis extet, niſi plurimis adhuc corroſivis particulis ſcateat &c.

Potiſſimus Mercurii hujus uſus *valet in Gonorrhœa virulenta* quam nimiam tollit, *in ſufficientem vero promovet*, ſi ſingulis diebus datur doſis gr. iij. ad viij. vel xij. *cum terebinthina cocta, vel gummi Ligni Guajaci* in Pilulas redacta, expellit

materiam per urinam & hac ratione gonorrhæam augere videtur, ſed bonum hoc eſt, natura ſe hoc modo à malo liberante.

*Fit initium à minori doſi, quæ tum in dies augetur* ad ℈ß. usque vel ultra.

## Mercurius Sublimatus, Zvvelff.

℞. *Mercurii vivi depurati* ℔ij. huic admiſceantur ſtatim, *Mercurii ſublimati* ℥ij. *Salis commun. decrepitati, Nitri puri* aa. ℔j. *Capitis mortui vitrioli* parum, & *vitrioli ad flaved. calcinati* ℔ij. Miſceantur exacte & in mortario lapideo vel ferreo piſtillo ligneo tam diu agitentur, donec mercurius non amplius vivus apparet. Tum immittantur cucurbitæ, appoſito capitello, & præmiſſo recipiente ad excipiendam aquam fortem ab initio extillantem, aperto igne gradatim aucto, furno tamen ſupra mediam circiter cucurbitæ partem clauſo, ſpatio circiter duorum dierum ſublimatio abſolvetur.

Peracta hac ſublimatione, & mercurio à nigredine ſeparato, abjecto in fundo cucurbitæ capite mortuo, *de novo addantur Salis communis decrepitati* ℔j. *Nitri puri* ℥viij. vel x. *vitrioli ad flaved. calcinati* ℔jß. trituratione omnium, optime peracta, probe mixta, ac cucurbitæ immiſſa, ſublimentur ut antea, & in cryſtallinam maſſam elevabitur mercurius, modo debite operatus fueris.

Mer-

# Mercurius Sublimatus *D. Cardilucii.*

℞. *Mercurii* q. ſ. *ſolve in Aqua fortis* q. ſ. tum ad libram j. aquæ fortis *adjice manipulos aliquot Salis communis*, atque per cucurbitam omnem aquam fortem abſtrahe ad ſiccitatem usque ſic prodit ſaltem phlegma, *ſpiritus vero corroſivi cum mercurio manent*. hoc peracto ignem adhibe fortiorem ad ſublimationem requiſitum, *atque prima vice aſcendit pulcherrimus mercurius ſublimatus.*

Vel ℞. *Vitrioli veneris cærulei* ℔j. calcinetur leni calore ut in pulverem cadat, adde *Salis communis decrepitati* tantundem, miſceantur probe, tum hujus pulveris manipulum unum aut alterum in patina extende, *atque deſuper per corium exprime Mercurium vivum, ſic in globulis minimis undique pulveri immiſcetur*, tum huic rurſus inſperge pulverem, & deſuper rurſus mercurium per corium exprimendo commiſce, atque ſic quaſi ſtratum S. S. fac, donec mercurii ℔j. cum dicto pulvere commixta ſit; tum *hæc mixtura immittatur cucurbitæ*, atque *ſuperaffundatur Aqua fortis tantum, ut probe humectetur*, hoc facto abſtrahatur Aqua fortis, & tantum augeatur ignis, donec omnis mercurius eſt ſublimatus. Et ſi hic prima vice non eſſet ſatis cryſtallinus, denuo cum Vitriolo & Sale ſublimetur, & habebitur Mercurius ſublimatus ad mercurium dulcem, & ſimilia medicamina conficienda optimus.

Vel ℞. *Mercurii vivi* ℔ß. *Vitrioli quodammodo rubificati. Salis commun. fuſi* aa. ℔j. miſce probe, & *cum Aqua Forti impaſta*, ac ſublima, hoc ſi aliquoties reiteretur, mercurius ſublimatur cryſtallinus.

*Mercurii ſublimati vires*, quod concernit licet intra corpus ſumptus tanquam corroſivus & cauſticus; immediatum ſit venenum, *ad mercurium dulcem tamen conficiendum neceſſarium eſt requiſitum.* Externe vero adhibitus, vires obtinet haud vilipendendas, quippe *in ulceribus venereis, ſordidis, cruſtoſis inſignem præſtat operam, cum aquis, utpote calcis vivæ, plantaginis &c,* combinatus & injectus, vel & unguentis, vel emplaſtris, ad excreſcentias abſumendas applicatus &c.

## Mercurius Vitæ.

Omnium fere conſenſu ſequentem in modum elaborari ſolet.

℞. *Butyri Antimonii* q. l. huic in capaci vitro *ſuper affundatur magna aqua quantitas*, & ſtatim pulvis albus ad fundum præcipitabitur, qui ſæpius edulcorandus & aſſervandus eſt. Ad Butyri Antimonii ℥j. præcipitandam, decem requiruntur ad minimum unciæ Aquæ ſimplicis.

*Efficaciter ſurſum & deorſum purgat.* Doſ. gr. j. ad iij. vocatur alias *Pulvis Algoroth.*

*Si vero Butyro Antimonii, Oleum Tartari per deliq. inſtillatur, uſque efferveſcentia ceſſet*, tunc pulvis edulcoratus & in uſum vocatus *per inferiora potiſſimum operatur.* Doſ. gr. ij. à gr. vj. & ultra.

ANGELUS SALA *Butyrum Antimonii loco Aquæ communis præcipitavit cum urina humana, ſic cadit mercurius vitæ elegantis roſæi ſive incarnati coloris*, quem ita paratum vitæ mercurium, *Roſam mineralem* nominat, teſte *B. Ettmüllero, comm. Lud.*

Alias *Mercurius vitæ* omnium chymicorum modernorum conſenſu, non eſt *ſoboles* mercurii ſublimati, ſed *antimonii tantum*, quippe hoc *ex acido mercurii ſublimati corroſum & elevatum, flores in liquido ſiſtit* qui tum mediante aqua præcipitantur &c. hinc & correctio, quam nonnulli calcinando quæſiverunt, perperam fuit inſtituta, cum ſic ſubtilioribus partibus florum evaporatis, reliquæ minus efficaces remanſerunt ſub gryſeo colore, *potius mercurii vitæ deſtructi*, quam correcti nomen gerentes.

## Metallum Principis Roberti.

vide *Aurum Sophiſticum.*

## Mixtura Simplex. *P. A. R*

℞. *Spiritus Thericalis camphorati* ℥x. *Spir. Tartari rectificati* ℥vj. *Spir. Vitrioli* ℥ij. Miſceantur & digerantur aliquandiu in vitro probe clauſo.

## Mixtura Simplex. *Ludovici.*

℞. *Spir. theriacalis parum camphorati* ℥v. *Spir. Tartari* propria manu elaborati & non rectificati ℥x. *Spir. Vitrioli roridi* ℥j. Miſceantur & ſerventur.

*Conficit vero Autor hic*, Spiritum ſuum Theriacalem ex *Theriaca* ℥j. vel ℔j. *Spiritus frumenti vel vini rectif.* ℥viij. vel ℔viij. cujus ℔ß. addit *Camphoræ* in ſpiritu vini alcoliſato ſoluti ʒij vel iij. Tum mixturam hanc diebus aliquot digeſtam, ſine colatura ad uſum reponit craſſamento ſponte ſubſidente.

*Vires cum Tinctura hodierna Bezoardica obtinet æquales*, à qua parum hinc differt; præcipue *ſi dicta Tinctura* à ſpeciebus ſuis *deſtillando fuit abſtracta*, & tum *Santalo rubro* tincta, utpote quæ *tum nil aliud eſt quam Mixtura dicta Simplex tincta*.

# *N.*

## Nitrum Cachecticum. *D. Barckhauſen.*

℞. *Vitrioli Martis* ℥ß. *Nitri chryſtalliſati* ʒvij. *Arcani duplicati* ʒv. Solvantur in ſ. q. Aquæ, tum filtrentur & rurſus inſpiſſentur ac Sal ſiccum ſervetur. Doſis eſt. à gr. v. ad ʒß.

## Nitrum Corollatum, Perlatum Saturniſatum &c.

℞. *Nitri* ℥ij. in ſ. q. ▽ Soluto adde *magiſterii ſolut. corallorum*, *perlarum*, vel *ſacchari Saturni*

*turni*, &c. ℥j. & in olla terrea junctim mixta inſpiſſentur ad ſiccitatem.

Doſis eſt à gr. v. ad ℈j. *in æſtu Febrili, morbis malignis, &c.*

## Nitrum Depuratum.

Cum Nitrum à *Sale communi* partim originem ducat, atque *in ejus elixiviatione nonnunquam aliquam ejus partem retineat*, à qua tamen omnino ſequeſtrari debet, hinc ſi prunis candentibus inſpergitur, neque vero uti debet, cum ſtrepitu in totum avolat, vel non ſatis albicat, aut pellucidum exiſtit, ſignum eſt Nitrum vel Salis communis particula, aut alia ſpurcitie adhuc eſſe commixtum, atque purificatione indigere. *Solve itaque tale Nitrum in ſ. q. Aqua calidæ, ſolutionem filtra, & evapora* atque ad cryſtalliſandum repone, *ſic Sal commune ſi quid adeſt, vaſi adhærebit* in cubica figura, cum interſperſis Nitri cryſtalliſatis cylindris. hoc facto remanentem aquam porro evapora & cryſtalliſa, donec ſic reiteratis evaporationibus & cryſtalliſationibus depuretur & in cryſtallos oblongos abeat omne tuum Nitrum ſolutum.

*Præ alio vero, Nitrum Sale remixtum reperitur, quod ex illis locis eruitur & excoquitur, ubi homines ſua deponunt excrementa*, in aliis vero locis abſque conſortio ſalino excoquitur, in quibus neque urina neque excrementa alia Sale prægnantia deponuntur, Sal enim quod comedimus, plerumque *uti aſſumitur, ita rurſus excernitur*

*tur teſte* ETTMULLERO. An vero Nitrum Salis multum vel parum contineat, experiens ſi carbonibus ignis aliquid imponis, tum ſi purum eſt totum deflagrat nilque remanet, *ſi vero aliquid Salis continet, id vel in forma Salis vel in cruſta relinquitur*; à quo poſtea Nitrum eſt depurandum.

*Nitrum vero ſimplici ſaltem cryſtalliſatione depuratum, plus obtinet virium, quam ſi cum ſulfure deflagratum lapis prunellæ audit*, quia hoc modo alcaliſatur Nitrum, & de ſuo volatili acido multum deperdit; utpote in quo *potiſſima ejus conſiſtit virtus, diſſolvendi vi prædita, maligna miasmata in Febribus ardentibus, concentrandi & deſtruendi.*

## Nitrum Fixum eſt *Nitrum cum Carbonibus fixatum.*

vide

*Alcaheſt Glauberi.*

## Nitrum Fulminans. *Marg. Collect. Leid.*

℞. *Nitri puriſſimi* ℥ij. *Salis Tartari ſicciſſimi* ℥iß. *Sulfur. commun.* ℥j. Terantur omnia ſimul in mortario ferreo quam ſubtiliſſime & pulvis ſervetur. GLAUBERO vocatur der ſchnelle Fluß/ ſi enim ei commiſcetur metalli alicujus limatura, & pulvis accenditur, in momento in fundo reperies metallum fuſum.

Alias *ſi in cochleare ferreum aliquid hujus pulveris immittitur*, poſtea cochlear hoc cuidam inſcio committitur, ut carbonibus ignitis imponatur donec incaleſcat, ſic *ſubito*, *dum incaleſcit, fragorem maximum edit*, ac ſi bombarda exploderetur, cum ſummo terrore illius qui cochlear in manu tenebat.

## Nitrum Nitratum. *Le Mort.*

℞. *Nitri puriſſimi* ℥vj. *Spir. Nitri optime rectificati* ℥iiij. Deſtillentur in retorta vitrea ad ſiccitatem, *Spiritum prolectum bis ſuper Sal reſtans coboba*, ultimo ignem ad incandeſcentiam usque augendo, ut ſpiritus ſuperflui tollantur, maſſam reſtantem fracta retorta exime & ſerva.

Hac methodo *urinoſus & amaricans ſapor nitri*, *mediante proprio ſpiritu maximam partem tollitur*, & ſpiritus ex parte fixatur cum nitro.

*Præbet egregium refrigerans in Febribus ardentibus, bilis efferveſcentia, fœtore oris, putredine dentium, &c.*

Doſ. gr. vj. ad. ℈j.

## Nitrum Phlogiſton ſive inflammabile. *Le Mort.*

℞. *Spir. Nitri opt.* ℥iij. *Salis urinæ volatilis* q. ſ. donec addito hoc ſale nulla amplius oriatur efferveſcentia. Tum evaporetur liquor ad medi-

medias, & ad cryſtalliſandum exponatur. Remanens liquor ulterius vel ad cuticulam exhaletur & ad cryſtalliſandum reponatur, vel in MB. ad ſiccitatem abſtrahatur, & Sal ſiccum uſui aſſervetur.

*Hoc Sal in calore fluidum apparet in frigore vero coagulatu* atque inflammabile eſt ob oleoſas in ſale volatili deliteſcentes particulas, tenuiſſimo ſulfuri nitri copulatas.

*Præſtantiſſimum eſt Sal, in quibusvis fere morbis conveniens, reſpondet enim Sali nitroſo aereo.*

Doſ. eſt ℈ß. ad ʒß.

## Nitrum Regeneratum.

℞. *Spiritus Nitri* q. l. ei in vitro affunde *Olei* ♀*i, per deliq. ſive liquor Salis Tartari* q. ſ. guttatim, donec non amplius efferveſcunt, tum evapora liquorem ad cuticulam & in cella aut alio loco frigido nitrum cryſtalliſabitur rurſus, *inque oleo* ♀. *regenerabitur ſpiritus Nitri*, iisdem cum Nitro alio viribus.

## Nitrum Vitriolatum eſt *Arcanum Duplicatum quod vide.*

Vel ℞. *Nitri* ℔ij. *Olei vitrioli rectif.* ℔j. committantur retortæ & ſucceſſivis ignis gradibus deſtillentur ad ſiccitatem usque & *obtinebis Spir. Nitri fortiſſimum* in fundo autem reſidet *Nitrum vitriolatum* quod KREUCHNERUS *vocat ſuum Eſſentiale principale.* Cujus

Cujus vires ſunt inſignes *in ardore ſanguinis reprimendo & longe ſuperat vires Salis prunellæ ſive nitri præparati.*

*Mynſichtus* etiam hoc Nitrum Vitriolatum conficere docet quod *alias Spiritus vitrioli coagulatus ab aliis dicitur.*

# O.

## Oleum Abſinthii: Menthæ: *vel aliarum Herbarum odoratarum, &c. deſtillando elicere.*

Recipe *Satis magnam abſinthii vel recentis, vel ſicci quantitatem*, huic *ſuperaffunde aquæ q. ſ.* ad humectationem, macerentur per octiduum, tum ex veſica deſtillentur, quouſque nil Olei amplius cum aqua elabi obſervatur. Hoc facto, Oleum ab aqua ſepara, beneficio goſſipii ex vitro anguſti colli.

Peracta deſtillatione abſinthium, exſiccari, atque ad Sal inde elixiviandum, in cineres comburi poteſt, Reſidua autem aqua colata, ad extracti conſiſtentiam inſpiſſari poteſt.

D. LE MORT *in ſua Chimia* & D. MAETS *in Collect. Leid.* plantæ cuivis odoriferæ in Oleum deſtillandæ, addunt aliquot manipulos Salis communis, & ♀i crudi pulv. Sed. D. BARCKHAUS *in ſua Pyroſophia*, nil diſcriminis in utrovis modo ſe offendiſſe aſſerit, niſi macerationem aliqualis inſecuta fuerit putrefactio. *Sed tum Oleum nauſeabundi & ſaporis & odoris prodire obſervavit*; hinc ſimplici potius via inſiſtendum eſſe arbitrantur, & absque additione ſalium herbarum ſimilium olea deſtillata conficere.

*Omnes vero herbæ & flores odoriferæ Oleum eſſentiale largiuntur deſtillando*, nullum fere inodoræ.

Sint vero herbæ potius ſiccatæ quam humidæ, quoniam dantur quæ humidæ nullum Oleum deſtillando fundunt.

Notetur etiam quod *Aqua deſtillata*, quoniam jam particulis ramoſo ſalinis repleta eſt, *ſemper recenti herbæ deſtillandæ affundatur, ſic & major Olei copia obtinetur*, & aqua Spirituoſior prodit.

Quo ſicciores etiam & tenaciores exiſtunt herbæ in recenti ſtatu, eo diuturniorem macerationem requirunt. *Id quod notandum circa Roſmarinum & Thymum* quæ longiori infuſione egent, quam *lavendula, mentha, ruta*, & minus adhuc *meliſſa, hyſſopus, pulegium, &c.* D LE MORT duas vel tres ſeptimanas, herbas in oleum deſtillandas, macerare jubet.

D. KOENIG *in ſuo Regno Vegetabili* methodum tradit haud adeo cognitam, qua ex vegetabi-

tabilibus Oleo pretioſiora conficere docet. Nimirum *affundatur Herbæ floribus* vel *ſeminibus*, in cucurbita magna *Spiritus Salis*, ut eo ſaltem cooperantur & recludantur, tum *ex arena fiat deſtillatio*, & inter coctionem ſpiritus, omne oleum ſimul aſcendit, dehinc auferatur & abſtrahatur ſpiritus ab Oleo, ad ſimiles uſus aſſervandus.

Hic modus inquit, valet præcipue pro Oleis prætioſioribus, ne quid exhalet.

## Oleum Camphoræ:

℞. *Terræ Labacenſis, ſive alterius ſigillatæ* ℥xxiiij. *Camphoræ minutim inciſæ* ℥viij. aſpergantur cum *parum aceti deſtillati*, & contundendo per tres horas probe impaſtentur & miſceantur, ac per retortam vel cucurbitam humilem deſtillentur lento igne ex arena & cineribus inter ſe mixtis, & Oleo circiter ℥iiij. & ultra prodibunt, quod à phlegmate ſpirituoſo ſeparetur.

## Oleum Caryophyllorum, Cinamomi, Macis &c. & aliorum aromatum.

℞. Hujus vel illius q. l. *contundantur in pulverem craſſiuſculum*, cui affundatur *Aqua tepida*, & ſtent in digeſtione per quatriduum, tunc veſicæ immiſſa deſtillentur ſ. a. & Oleum cum aqua prolectum ſeparetur more ſolito.

Oleum

# Oleum Corticum Aurantiorum Citri, &c.

℞. *Corticum Pomarum Aurantiorum recentium extimorum & non putridorum* q. ſ. Inciſa absque Maceratione *cum ſuperflua aqua fontana*, per veſicam deſtillentur , ſic prodit Oleum gradiſſimum.

*Macerata quidem Cortices* , majorem Olei quantitatem fundunt, *ſed ingrati odoris.*

# Oleum Ceræ.

℞. *Ceræ flavæ* ℔j. immittatur retortæ capaci, & imponatur arenæ calidæ , & *cera in retorta liquefacta ſuperinjice largam cineris cribrati quantitatem*, ut retorta eo impleatur, poſtea ignem auge & prodit Oleum, quod ſi rectifices habes optimum reſolvens in tumoribus ſcirrhoſis, & ad frigidos nervorum affectus, paralyſin, &c.

Si loco cinerum, *cera incorporatur* cum duplo *oſſium animalium calcinatorum*, ſic penetrantiſſimum acquiri Oleum Cl. ETTMULLER *comment. Ludv.* teſtis eſt.

LE FEBURE ſequentem hoc Oleum conficiendi methodum docet.

R. *Ceræ citrinæ bene odoratæ*, & *depuratæ*, liquefiat in vaſe æneo operculo exacte claudente prædito, *in liquefacta cera extingue carbones candentes*, ut ceram abſorbeant , continua

vero

vero eorundem injectionem, donec omnis cera eſt abſumpta, poſt ſingulam carbonum injectionem in ceram,claude vas ſuo operculo, ne cera accendatur. *Poſtea carbones cera turgidas in pulverem redige groſſum, & tantundem Salis decrepitati admiſce*, ac retortæ immitte, *ut tertia pars maneat vacua*, colloca hanc in arena, adlutato recipiente magno, poſtea igne per gradus admoto deſtilla, donec vapores ceſſant, quod intra ſedecim,vel viginti horas fieri ſolet, tum refrigeratis vaſis, liquorem aquoſum, ab Oleo butyri formi ſepara.

*Partem hujus Olei ad externos aſſerva affectus.* Alteram vero partem per cucurbitam humilem rectifica, *cum tribus libris vini albi, & Salis Tartari* unciis quatuor, in cineribus, ſic prodit Oleum penetrantiſſimum ſpiritus vini adinſtar, quod interne & externe eſt inſignis uſus.

*Datur interne* à gtt. v. ad xij. *cum vehiculo Diuretico & in Iſchuria eſt medicamentum egregium.*

*Externe diſcutit tumores ſcirrhoſos, œdematoſos*, & nervorum frigidis morbis maxime opitulatur. *Oleum craſſum optime ſanat fiſſuras manuum à frigore inductas, ut & papillarum fiſſuras.*

Liquor aquoſus ſi rectificetur, acquiritur quarta pars boni Spiritus Salis.

# Oleum Chamomillæ Cœruleum.

℞. *Florum Chamomillæ* q. l. infundantur in ſ. q. aquæ calidæ, ac infuſioni immiſceatur Olei petræ quantitas, & ita ſtent diebus aliquot, tum per veſicam deſtillentur, ac cum aqua prodit Oleum cœruleum, odore & ſapore chamomillam referens, cujus vires ad dolores aurium ſpecificas reperi, guttatim inſtillati.

# Oleum Ligni Rhodii.

Fit *ſcobem ejus cum magna aquæ quantitate, quatuordecim dierum ſpatio macerando*, poſtea igne moderato, per veſicam deſtillando, &c.

# Oleum Ligni Saſſafras.

℞. Sufficientem *hujus Ligni quantitatem, in ſcobem redactam*, hanc *veſicæ capaci immitte*, & *ſuperaffuſa aqua bulliente*, juncturis probe clauſis *ſtatim & celeri igne deſtilla* ſic prodibit Oleum inſtar Olei cinamomi fundum aquæ petens, quod ſubſidentia per tempus conceſſa ſeparetur.

Ob rariorem texturam, & partium Oleoſarum majorem volatilitatem, hoc lignum maceratione haud indiget.

# Oleum Maſtichis.

℞. *Maſtichis* ℔j. *Silicum calcinatorum, ſive arenæ mundæ* ℔iß. miſceantur probe & deſtillentur

ex retorta igne arenæ moderato, poſtea Oleum limpidum à phlegmate ſeparetur.

Gummita hæc & ſimilia poſtulant corpus aliquod intermedium quod redundantiam cohibet, retorta vero ad medias ſaltem repleatur.

## Oleum Mercurii.

*vide*

## Mercurii Oleum *& Butyrum Joviale Le Febur.*

## Oleum Philoſophorum ſive *Lateritium.*

℞. *Fruſta laterum*; inter carbones ignitos *candefacta, conjiciantur in Oleum olivarum*, quo fictile ad dimidias ſit repletum, & *ne Oleum accendatur, obtegatur ſubito fictile*; Fruſtorum talium candefactorum ſ. quantitate in Oleum injecta, ſtent ita per 12. horas, ut lateres Oleum probe abſorbeant: quo facto *groſſe pulveriſentur laterum fruſta*, atque retortæ vel fictili vel vitreæ lutatæ immittantur, ut tertia pars reſtet vacua, tum furno reverberii impoſita retorta, recipiente capaci adhibe ignem primo lenem, quem ſenſim auge, donec vapores egredi obſerves, tum hoc ignis gradu continuato prodit omne Oleum, & ubi nil amplius egredi ſentis, ceſſa & refrigeratis omnibus Oleum exime.

*Hoc cum recente laterum pulvere impaſta, globulos inde efforma*, & per retortam ex arena

 de-

deſtilla, ſic prodibit Oleum rectificatum, & exaltatum, quod ſervetur.

## Oleorum Philoſophorum Compoſitum Oleum Reginæ dictum. *D. Fauſt.*

℞. *Olei olivar.* q. l. huic in vaſe terreo vitreato, anguſti orificii adde fruſta laterum ad brunitatem ſaltem ignita, relinquantur ita per horam dimidiam, tum in pulverem contuſa groſſum, ex retorta ſ. a. deſtillentur; Oleum quod prodit de novo fruſtis laterum ignitis imbibatur & deſtillentur, atque hoc reiteretur tertia vice: Tum ſume *Olei hujus Philoſophici* ter deſtillati; *Olei Hyperici cocti* aa. ℥iß. *Gummi Galbani, Ligni Juniperi opt.* aa. ℥iß. *Baccar. juniperi, Succini flavi* præp. aa. ℥j. His mixtis adde *vini Hiſpanici opt.* ℔iß. & ut prius deſtill. cum lateribus & ſilicibus ignitis, idque reitera ſecunda vice, ſemper infuſum per dimidiam horam relinquendo; tandem adde vini Hiſpanici ℔iß. per ſe abſque additione lapidum deſtilla, & finita deſtillatione Oleum ſepara & ſerva.

D, BARCKHAUS riſu dignos eos æſtimat, qui putant Oleum Philoſophorum, ab ipſis lateribus vires mutuare, ſive enim per cineres clavellatos, calcem vivam aut lateres, vel per ſe deſtillentur Olivarum Oleum, idem ſemper inde emergere, Oleum Philoſophorum, ait, ob particularum Olei inverſionem & alterationem *non ob laterum additionem*, tanquam indifferens intermedium.

Viri-

Virium ratione interim non contemnendum eſt hoc Oleum, quippe *ad tumores Lienis, Paralyſin Contracturas*, exterius applicatum non deprehenditur inefficax præprimis compoſitum illud D. FAUBI.

## Oleum Pinguedinis Humanæ. *D. Maets. Collect. Leid.*

℞. *Pinguedinis Humanæ à membranis ſeparatæ* q. l. liquefacito ut bene fluat, tum ei immiſceto *cinerum cribratorum* tantum, ut globuli inde formari queant, quos retortæ vitreæ immitte & ex arena deſtilla, ſic *Oleum inſtar ſpiritus tenue propellitur*. Quod ſi hoc tenuius & penetrantius deſideres, *adde ei Alcohol vini* aa. ſtent in digeſtione tepida, quo diutius eo melius, ſic Oleum ita attenuatur ut ſpiritum mentiatur. *Hoc facto aufer alcohol ab Oleo leniſſimo igne*, ita obtinebis Oleum penetrantiſſimum.

Quod ſi per ſe illinatur, cutem arrodere ſolet, hinc cum aliis linimentis miſcendum.

## Oleum Saponis *Zvvelff. & aliorum.*

℞. *Saponis Veneti* ℔ j. *Silicum friabilium qui cultro comminui poſſunt, & ferro aliiſq; ſcintillas haud emmitunt* ℔ iij. impaſtentur & miſceantur probe ac immittantur retortæ vitreæ opt. luto obductæ, recipuloque adlutato, ex igne aperto deſtillentur per ignis gradus, usque omne Oleum prodiit.

Hoc cineribus permixtum, ex retorta alia rectificetur & uſui aſſervetur.

*Admodum laudat hoc Oleum* ZWELFFERUS ſi ab initio & in vigore paroxyſmi *membra podagrica* ſumme dolentia, eo mediante penna aliquoties illinantur, *ſic non tantum dolorem ſiſtere, ſed & membra à tophis & contracturis podagricis præſervare aſſerit,*

## Oleum Succin. *D. Maets Coll. Leid.*

℞. *Fragmentorum ſuccini* q. l. repleatur his retorta vitrea, ita tamen ut tertia ejus pars reſtet vacua, ſi libuerit adjice *Silicum pulveriſatorum*, vel *arenæ lotæ* manipulos duos, & ex igne aperto fiat deſtillatio, ab initio leni igne, ſic *prodit Spiritus ſuccini ſubacidulus*: aucto vero ſenſim igne *prodit Oleum flavum*; & vehementiori paulo, *Oleum rubrum*, *unacum Sale volatili* undique lateribus colli retortæ & recipientis adhærente. Refrigeratis omnibus ſeparetur Oleum à Spiritu; *Oleum cum magna aquæ copia per veſicam rectificetur*, *& prodit Oleum album penetrantiſſimum*. Quod vero in veſica remanet craſſum, ab aqua ſeparetur & in cineribus immixtum ex retorta lento igne porro rectificetur, ſic prodit primo flavum, in fine vero craſſum, reſinæ ſimile egreditur, quorum quodque ſeorſim aſſervandum.

*Aqua*, Sal volatile continet, hinc ea *ad medias evaporetur & ad cryſtalliſandum exponatur*, eluan-

eluantur vero probe retortæ & recipientis collum& latera, ut omne Sal quod prodiit, aqua evaporata colligatur.

Et ſi ab Oleo adhuc ſit minus depuratum, ſubigatur cum aa. *Salis Tartari*, & ſublimetur rurſus ſic aſcendit purum Sal ſuccini volatile, *quod* ETTMULLERO *comm. Ludov. vocatur Diureticorum apex*, & ei *eſt egregium Cephalicum, Nervinum, & ante Epilepticum.*

## Oleum Talci.

℞. *Talci* q. l. calcina *ſuper ſtannum liquefactum* donec in pulverem redigi queat, hunc pulverem *ſublima ter cum floribus* ✱*ci ſum ſale decrepitato factis*; hoc facto iterum cum aa. recentibus floribus ✱ci ſublima, tertia vice forti igne, ut omne ✱cum ſublimetur. Tunc remanentiam in cella in liquorem reſolvi permitte.

## Oleum Talci *magis dilucidatum.*

℞. *Talci pulcherrimi virideſcentis*, ſcinde in tenues lamellas, vel in ſcobem redige; Tum in capaci tigillo fluat *optimum Stannum*, cui liquefacto deſuper impone lamellas Talci altitudine duorum vel trium digitorum, atque ita in fluore permittantur Stannum quinque horis, ſic *vapor Stanni Talcum ita penetrabit*, ut in pulverem digitis ſe teri patiatur.

Tum ſume *Talci ita pulveriſati* part. j. *cryſtallorum viride æris* part. ij. miſceantur probe terendo, & in digeſtione ponantur per triduum; poſtea

poſtea *Acetum deſtillatum affunde & cryſtallos viride æris rurſus ſolvendo aufer*, pulverem vero relictum aqua calida edulcora & ſicca. Tum recipe *pulveris hujus ex Talco* part. ij. *Salis Tartari* part. j. miſce terendo quam optime; immitte phiolæ & in digeſtione pone per 14. dies & noct. in ſecundo ignis gradu; tum exime & *Spir. vini rectif.* affunde, & Sal Tartari extrahe, pulverem vero relictum ſicca; *cujus recipe* part. j. & *Salis armoniaci per Sal comm. ſublimati* part. iij. miſce & ſublima ex arena decies, ſic aſcendit ſimul aliquid Talci; remanentiæ vero affunde aliquid Spir. vini rectificatiſſimi, ut ſaltem humectetur; & cellæ impone, ac intra 14. dies reſolvetur in Oleum pretioſum.

## Oleum Tartari fœtidum.

Acquiritur ſimul, *deſtillando Spiritum Tartari*. Hoc cum C. C. uſto rectificatum prodit aurei coloris, minus fœtens, adeo ut *teſte* D. ETTMULLERO *Comm. Lud.* ad guttas aliquot propinatum, ſit *potentiſſimum ſudoriferum, anticolicum & antihyſtericum*. Non vero rectificatum fœtidum, *egregium eſt pro malaxandis Emplaſtris, ad tumores duros emolliendos*, v. g. ad *mammarum tumorem ex lacte coagulato durum. Malaxetur Empl. de Galbano Crocarum* MYNS. cum hoc Oleo, & egregie reſolvet lactis grumos &c. *vide Spiritum Tartari*.

Oleum

# Oleum Terebinthinæ.

Omnium optime *deſtillari ſolet per veſicam cum multa Aqua addita*, ſic prodit cum aqua Oleum eſſentiale, vulgò ſpiritus terebinthinæ dictum. Facta hac deſtillatione reſtat *terebinthina in formam reſinæ indurata*, quæ Terebinthina *cocta audit*; Hanc ſi retortæ indideris & ex arena deſtillaveris, prodit Oleum flavum, rubrum &c. Oleo flavo egreſſo, terebinthina reſtat pellucida, quæ refrigerata Colophonium audit.

Hunc Spiritum Terebinthinæ deſtillandi modum, aliis præfert Cl. ETTMULLER. *Comment. Ludov.* cum ſic remanens Terebinthina cocta, ad pillulas remaneat viribus prægnans, quas potiſſimam partem deperdit, & exhauſta redditur, ſi ſaltem cum aqua coquendo in conſiſtentiam ſpiſſam redigitur.

# Oxyſaccharum Emeticum. *Ludov.*

℞. *Croci Metallorum edulcorati* ℥ß. *Aceti communis optimi* ℥xij. ſtent in loco calido per triduum interea ſæpius agitando, poſtea filtretur acetum impregnatum, eique addatur *Sacchari clarificati & ultra tabellarum conſiſtentiam inſpiſſati tantundem*, miſceantur leni in calore detinendo, poſtea ad uſum aſſervetur paratum Oxyſaccharum.

*Datur Infantibus ad guttas aliquot v. g. unius anni gtt.* vij. *vel* x. *adultis* ʒj. *ad* ʒß, *& ultra.*

M 5 P. Pana-

# P.

## Panacea Antimonii *Vreesvvickii*, *Glaubero* Purgans univerſale, & *Cardilucio* Centaureum Minerale vocata.

℞. *Antimonii crudi pulcherrimi*, *Tartari crudi*, & *Nitri* aa. p æq. pulveriſentur omnia ſeorſim, & exacte mixta, tigilloque immiſſa, *carbone candente accendantur* & detonentur, ſic relinquitur maſſa, quam in tigillo furno immiſſa fluere permitte inſtar aquæ, dehinc cono fuſorio infunde, & poſtquam refrigerata ſunt omnia, *Regulum ſepara*, cujus circiter ℥iv, ex ℔j. Antimonii cadent. *Scorias* vero novo tigillo immiſſas *denuo funde* & fluere permitte, in fluore vero adjice ſenſim aliquid carbonum, ſic nitrum carbones aggrediendo fixabitur, & quod ex regulo reliquum eſt, ad fundum præcipitabitur, quem maſſa effuſa & refrigerata porro ſeparato. Tunc ſume maſſam hanc rubicundam, eamque in pulverem tere, & aqua affuſa in calore Sal extrahe, & fiet quaſi lixivium Sulfure Antimonii prægnans.

Hoc facto, ſume *Tartari depurati* q. l. *coque eum in olla terrea vitreata cum Aquæ*. ſ. q. ut probe acidula reddatur ex Tartaro. Hujus aquæ acidæ calidæ, affunde quantitatem lixivio ſuperiori antimoniato, ſic cadet Sulfur antimonii, quod ſi bene ſubſedit, ulterius edulcoretur aqua Calida & per filtrum ſeparetur, ſulfur vero

vero relictum ulterius intra chartam bibulam ſiccetur,& ſiccatum aſſervetur.

*Cl. Hoffmannus* in notis ad Poterium hanc tradit hujus Panaceæ deſcriptionem. v. gr. ℞. *Antimonii pulch. Nitri puriſſ.* aa. p. j. *Salis* ♀i p. ß. fluant in crucibulo & maſſa Hepatici coloris, à ſuperiore parte ſeparata coquatur in Aqua; tunc lixivio filtrato infunditur ſolutio tartari crudi,ſic ad fundum dejicitur Pulvis flavus, aqua pluviali edulcorandus & ſiccandus. Qui in majori doſi cum cremore ♀i tutiſſimum præbet emeticum. Et ſi ejus ſuccisa doſis exhibetur cum pulveribus Bezoardicis, tum vim edit reſolventem deobſtruentem & leniter ſalivantem. p. 561. in notis Cl. Hoffm. ad Poterium.

*Doſis eſt à gr.* iij. *ad gr.* vj. *& ultra, in minori doſi aliquot ſedes, in majori vomitum etiam, & ſudorem cieri ſolet* : GLAUBERUS Purgans hoc *ad Epilepſiam eradicandam admodum commendat,*

Aquam quod attinet, à qua ſulfur Antimonii ſive Purgans hoc, ſeparatum eſt, hæc minime abjiciatur. Sed evaporetur, & remanet Sal flavi coloris, ſive Tartarus nitratus, & antimoniatus, non contemnendi uſus & effectus, in quibusvis morbis ex obſtructione enatis, poteſt propinari à gr. ij. ad vj. imo ad ℈j adultis, ſic leniter alvum ſollicitat. vide GLAUBERI *Appendicem general. centur. ſecunda.*

## Panacea Solaris.

Fit juxta CNOEFFELIUM *in Ephem. Cur. Ann.*

*Ann. VII. Dec. I.* Ex *Croci Solis* juxta ZWELFFERUM parati, & *Cinnabaris Antimonii* reiterata ſublimatione depurati, aa digeſtione menſtrua, in vitro hermetice ſigillato digerendo, probe unitis & in pulverem quaſi fixum redactis.

Hanc Panaceam continuo ſecum geſtaſſe *Cnöffelium*, *Ephem. Cur.* teſtantur, eamque omnibus ſuis medicamentis aliquando à gr. j. ad iij. & v. adjeciſſe inſuper referunt; *Vires autem ejus admodum prædicantur a Cnöffelio, ad depurandum ſanguinem, hinc, ſanitatem conſervandam, & vitam in longos annos prolongandam, nec non multos morbos debellandos.*

## Phoſphorus *Boylei.*

℞. *Magnam urinæ quantitatem, ſtent in putrefactione* per longum tempus, tum immitte urinam hanc putrefactam, vaſis & *ſine exhalare omne quod aquoſum eſt,* donec redigatur in Extracti liquidioris formam.

℞. *Extractum hoc, & cum tribus partibus arenæ, majoris notæ, & lota* commixtum, retortæ forti, & probe lutatæ immitte, *recipuloque capaci, cui quantitas aquæ inſit* appoſito, juncturisque exactiſſime clauſis, igni aperto committe, primo ignis adhibeatur per gradus 5. vel 6. horarum ſpatio, donec omne ſal volatile ſit expulſum, hoc facto intende ignẽ, quantum quidem poſſibile, atque *egredientur primo nebulæ. inſtar Spiritus vitrioli*, quibus transgreſſis ſequetur ſub cærulea quædam

ſpe-

ſpecies, ſulfuris ardentis inſtar, & denique *ultima ignis tortura aſcendet alia ponderoſior materia*, quæ ad fundum recipientis cadit, ſic finito opere, refrigeratis omnibus, reperietur expectata luminoſa maſſa ſive *Phosphorus*.

## Phosphorus *Comierii*.

℞. *Urinæ bonam quantitatem*, parumque fermentatam, *evapora eam ad mellis conſiſtentiam*; Hanc immitte retortæ vitreæ vel terreæ, & extrahe inde lento igne quicquid reliquum eſt de ſpiritu & Sale volatili, usque dum *guttis rubentibus Oleum prodire incipiat*, *quod illico applicato recipiente alio colligendum eſt*. Tum vero augeatur ignis ut quicquid ineſt Olei exeat, & in fundo reperies caput mortuum, *cujus ſuperior pars erit ſpongioſa & nigra*; Hanc maſſam reſiduam adde alteri prorſus ſimili materiæ, quæ in alio vaſe remanebit, poſtquam lento igne ſeparabis omne humidum ab oleo urinoſo quod erat in retorta.

Ex hac duplicis materiæ mixtura, recipe ℔j. medicam, *immitte eam retortæ capaci, quæ* ſeptem aquæ libras continere poſſet, & applicato recipiente magno aqua ſemipleno, juncturis exacte clauſis, deſtilla ex igne aperto, gradatim eum intendendo, donec retorta rubeſcat, quo viſo *augeatur ignis per 9. vel 10. horas*, tum prodibunt nubeculæ albæ, quas *ſequetur materia flava*, quæ ſublimabitur, ad interiora colli & latera recipientis, & conſtituet *Phosphorum*, qui altero mane poteſt auferri, vas recipiens aqua frigida eluendo, aquam vero cum

cum materia leni igni imponendo, ſic ex aqua emerget materia óleoſa, & *minutæ Phosphori partes congregabuntur*, quæ refrigerata aqua colligendæ, & vitro aqua repleto immittendæ & ſic aſſervandæ ſunt.

## Phosphorum alia conficiendi methodus dilucidatior. *ex Manu Scripto.*

℞. *Urinæ bonam quantitatem*, ſtet per tres circiter menſes in dolio *ut fermentetur & corrumpatur*, tunc in ollis terreis decoquatur & evaporetur urina *donec remaneat Sapa urinæ*, mellis craſſi ad inſtar. Hanc immitte cucurbitæ magnæ terreæ *ut ad medias repleatur*, ac capitello adoptato, & recipiente appoſito, junc̄turisque ubique probe clauſis, adhibe ignem, primis tribus horis lenem, ac ſi phlegma deberet prolici, *tunc auge ignem pededentim* ad tertium usque gradum, & prodibit Sal volatile & Oleum nigrum; continua vero ignem, donec nil amplius Olei prodeat, tum refrigeratis omnibus ſepara Oleum à ſpiritu & phlegmate, Oleum immitte vaſi vitreo, & pone in arena ac donec fiat inſtar mellis, ſive unguenti craſſum, coque.

*Relictam vero maſſam in cucurbita, quæ eſt nigra* & partim ſpongioſa exime, & *in pulverem redige, ac cum Oleo ad craſſitiem cocto commiſce*, & retortæ probe lutatæ immitte, eamque furno reverberii impone, & recipiente magno aqua ſemiple-

mipleno appoſito, juncturis exacte clauſis deſtilla, igne primum leni ad retortam ſenſim calefaciendam, tum ſenſim auge ignem & *prodibit parum Salis volatilis*, & *Olei* quæ lateribus recipientis adhærebunt, *tunc auge ignem* ad extremum usque gradum, & exibit fumus albus, qui circulabit in recipiente, & *lateribus adhærebit inſtar maſſæ flaveſcentis, quæ eſt Phosphorus.* Continua vero tunc ignem per 5. 6. horas extrema violentia, donec nil amplius exeat.

Poſtea refrigeratis omnibus, & *delutatis vaſis, effunde materiam in recipiente contentam* & hinc inde agitatam, in aliud vas vitreum, & requieſcere ſine, ac Sal volatile ſolvetur in aqua, *materia veri Phosphori cum Oleo præcipitabitur ad fundum*, tunc decanta aquam, & materiam in fundo reſiduam collige, ac ei affunde parum aquæ, inque arena calida, colloca, & cum ſpatula lignea in maſſam ſenſim comprime, ſic in fundum ſedet cum Oleo mixta, *quæ tum in tenues poterit formari magdaleones*, dum adhuc calida eſt maſſa; quæ poſtea vitro immiſſæ, cum aqua deſuper affuſa aſſervari debent.

An in medicina aliquem habeat uſum, nondum compertum eſt, ſed plura curioſa phœnomena, *meteora & fulgura, oberrantesque ignes* inde fingi poſſe conſtat.

## Phosphorus alius in via ſicca.

℞. *Calcis vivæ albiſſ.* q. l. ſolve hanc *in ſpiritu* ♁ri vel *Aqua forti*; ſolutio filtretur & evaporetur ad ſiccitatem.

Tunc

Tunc *calcem relictam immitte patellæ terrea* ſive catino terreo, & æqualiter undique eam in catino extende; hoc facto *Catinum furno reverberii immitte*, ut flamma continuo materiam lambat, ſic intra horæ ſpatium materia deveniet luminoſa, tum vero catinus vitro apto deſuper probe eſt occludendus, & ab aere omnino arcendus, & noctulucentem præbebit maſſam.

Vaſculum vero ſive catinus *ultra digitos aliquot mechanicos non ſit latus in diametro*, necque etiam profundus.

Vel ℞. *Cretæ leniter ignitæ*, welche gelind ausgeglühet ſeye / affunde huic *Spir. Nitri opt.* q. l. ac ſolvetur creta, & ſi ſpiritus non amplius ſolvi poteſt, ac particulæ nonnullæ non diſſolutæ remanent, *affunde parum aquæ*, & filtra, ac ad ſiccitatem evapora, *Hujus materiæ* magnitudine nucis avellanæ *immitto catino parvulo*, & ſub tegula calcina, ſic ebullit quaſi & ſpumat, tum vero ſi nil liquidi amplius in catino obſervatur, exime, & vitro deſuper aptata, occlude *mediante colophonia*, ne aër penetret, quousque vero catinus circa marginem apparet flavus, eousque lucet.

R. Re.

## R.

# Regulus Antimonii ſimplex *D. Barckh. Zvvelfferi &c.*

ZWELFFERUS recipit *Antimonii Hungar. optimi* ℔iß. *Nitri puriſſimi, Tartari crudi, puriſſimi. aa.* ℔j.

D. BARCKHAUS recipit ingredientium modo enumeratorum aa. p. æq. Omnia in pulverem redacta, & probe mixta detonant, cochlear unum poſt alterum crucibulo candenti injiciendo, quo facto ignis adhibeatur fuſorius ut inſtar aquæ fluant, tum cono fuſorio calide infundantur, eum continuo percutiendo vel pulſando, ut regulus eo melius ſubſidat. Refrigeratis hine omnibus ſeparetur regulus à ſcoriis, & *ſi magis depuratus deſideratur, cum dimidia parte ſui Nitri & Tartari imiſceatur* & ut prius fundatur.

Ex ſcoriis aqua ſolutis & per acetum præcipitatis, cadit ſulfur Antimonii auratum dictum.

Alias *Lixivium ſive ſolutio ſcoriarum reguli, egregium eſt purificans & abſtergens, in ulceribus malignis ſordidis, imo in incipiente gangræna,* ſi ei pars affecta immittitur ſemel vel bis, tum materiam obſtruentem reſolvi, & mire prodeſſe Cl. ETTMULLER. *in ſua Protechn.* teſtis eſt.

LE MORT ad Regulum ſimplicem Antimonii conficiendum ſumit *Antimonii crudi* ℔j. ſive ℥xvj. *Salis Tartari* ℥v. *Carbonum lignor.* ℥iiij.

mixta in crucibulo fundit, liquefactæ materiæ ſenſim injicit *Nitri pulv.* ℥j. vel alteram, donec fluidiſſima appareant, tum ea in mortarium ſive conum fuſorium calefactum & ſevo illitum effundit. eum leniter concutiendo, ut Regulus ad fundum deſcendat; ſic refrigeratis omnibus in fundo habet regulum , à ſcoriis ſeparandum. Qui *ſi magis purus expetitur*, iterato fundatur, *cum quadam Nitri particula*, ſic ſcoriis ſeparatis habes Regulum depuratum

Loco Salis Tartari recipiatur illud Sal, quod *ex Nitri* part. j. *Tartari crudi* part. ij detonando factum fuit, ita monente LE MORT.

LEMERY ſumit *Antimonii* ℔j. *Tartari crudi* ℥xij & *Nitri puriſſimi* ℥vj. Omnia ſubtiliſſime pulveriſata & mixta detonat, tum igne fuſorio adhibito in Regulum fundit. *Regulum hunc iterato fundit* & parum *Nitro addito* depuratum ſiſtit.

Si major Reguli copia deſideratur, *carbones pulveriſati* addantur, ſic hi *præcavent ne ſalia nimis prompte antimonii Sulfur arripiant & plus reguli furentur*; Sed tum Regulus etiam non adeo purus eſt, quam ſi ſuo ſulfure crudiori plurimum per ſalia illa ſpoliatur.

## Regulus Antimonii Martialis.

ZWELFFERUS recipit *Antimonii Hungarici* ℔j. in crucibulo liquefacto, adjicit *clavorum ferreorum candefact.* ℥viij. His probe liquatis & unitis ſuperinjicit *Nitri puriſſimi & Salis Tartarii aa.* ℥iß. vel ℥ij. permittit fluere per quadrantem horæ , tum in conum calefactum & ſevo

ſevo illitum effundit, & refrigeratis omnibus Regulum à ſcoriis ſeparat. Hunc, ſi *altera & tertia vice cum particula Nitri & Sale Tartari fundit* ſingulis vicibus ſcorias ſeparando, Regulum ſtellarum tandem acquirit.

Hunc proceſſum D. CARDILUCIUS etiam commendat *in commentario ad chimiam* FEBUR, quo modo Regulum citius ſpondet ſtellam acquiſiturum, quam ſi ſolo nitro addito fiat & fundatur Regulus.

D. LE MORT ad Regulum antimonii martialem conficiendum recipit *Fruſta chalybis purioris* ℥iiij. in crucibulo candefactis ſuper injicit *Antimonii in fruſta minora redacti* ℥ix. liquefactis addit *Salis ex Nitro & Tartaro detonando parati* ℥j. & quando per horam in fluore ſteterunt, effundit materiam in conum fuſorium, tum *Regulum à Scoriis ſeparatum iterato fundit, ſextam nitri puriſſimi partem* ſenſim adjiciendo, atque ſic acquirit Regulum ſtella inſignitum. Quod ſi vero in ſecunda illa fuſione ſtella non appareat, fuſionem reiterat, nova nitri particula addita.

D. BARCKHAUS. Recipit Antimonii ℔j. *clavorum ferri* ℔ß. *Salis ex Nitro & Tartaro facti* ℥iiij. & in fine adjicit *Nitri* ℥j. aut alteram, ac ut ſupra procedit.

LEMERY Recipit Antimonii ℔j. *clavorum ferr.* ℔ß. his ſ. a. liquefactis, paulatim adjicit *Nitri puri* ℥iij. & dum haud amplius ſcintillant, effundit ſtatim maſſam in conum calefactum.

*Si vero tum diutius relinqueretur in igne,*

N 2 *ſcoria*

*ſcoriæ in denſam cruſtam abirent, ut tum maſſa effundi, nec Regulus bene ſeparari poſſet.*

Poſtmodum regulum hunc iterato fundit, *cum antimonii crudi pulv.* ℥ij. & *Nitri* ℥iij. paulatim additis; Regulum, hac ſecunda vice ita paratum adhuc bis cum ſolo Nitro fundit, poſtrema vice tamen igne fortiſſimo, ut appareat ſtella.

Laboris hujus cauſa, qua antimonium in Regulum funditur, in hoc conſiſtit, *ut conſumptis & adſorbtis craſſioribus Sulfuris Antimonii particulis, puriores metallicæ ſegregentur* & in Regulum redigantur.

Fieri vero ſolent ex Regulis his diverſa medicamina, imo *artifices globulos ex eo fundunt in alvi conſtipationibus à multis laudatos*, quos Pilulas perpetuas vocant, ſic & inde fabricant *Pocula vomitoria*, quibus vinum infundunt, & ad vomitum ciendum propinant.

*Stannarii*, ſuo ſtanno, ut vaſa inde conficiant argento quoad colorem & duritiem, ac ſonum ſimilia, *Regulo Antimonii ſimplici utuntur* ſequentem in modum:

℞. *Stanni Anglici puriſſ.* ℔j. *Reguli Antimonii depurati* ℥iß. vel ij. *Cupri optimi ſive Japonici* ℥ij. alii ℥ij. fundunt vero primo cuprum, cui tum addunt Regulum ac ſtannum, & dum omnia igne ſtrenuo ſunt fuſa, paratum eſt metallum argenti forme, ad vaſa varia inde conficienda. MAETS *Collect. Leid.*

Cuprum additum livorem ſtanno adimit, & Regulus duritiem addit.

*Ex Regulo Antimonii martiali & Stanni Angli-*

*Anglici aa.* invicem liquatis *fit Regulus Antimonii Jovialis.*

Pro *Regulo antimonii Aurato* conficiendo, ſundatur *Aurum cum ſextuplo antimonii*, ſic Regulus in fundo reſidet.

## Regulus Antimonii Medicinalis.

℞. *Antimonii* ℥v. *Salis communis* ℥iiij. Sal. Tartari ℥j. mixta & pulveriſata *fundantur in crucibulo quam optime*, fuſa ad refrigerandum reponantur, ſcoriæ ab ſecedente in fundo regulo ſeparentur, *Regulus eſt friabilis purpurei coloris*; qui pulveriſatus & aqua edulcoratus ſervetur ad uſum.

*In Febribus quibusvis intermittentibus à nonnullis pro Panacea habetur.* Doſ gr. v. ad ℈j. vel ʒß. *ſed hac majori doſi ſæpe vomitum ſimul excitare ſolet.* Laudatur etiam ab aliis in ſcabie & aliis cutis vitiis.

## Reſinas conficiendi methodus. *Zvvelff. D. Le Mort. Maets. Barckhauſen &c.*

ZWELFFERUS & BARCKHAUSEN ad hoc opus requirunt *Spiritum vini rectificatum*, D. LE MORT, MAETS &c. *ſpiritum vini vulgarem ſaltem*, haud adeo rectificatum *recipiunt*, quoniam reſinæ, hoc mediante, extractæ, majorem purgandi vim retinent, quam *ſi cum ſpiritu vini rectificato* extractio peracta fuiſſet, utpote *mediante quo plus dulciſicantur*

*acria purgantium ſalia interna*, ut tum è purgantibus magis ſudorifera fiant; & inde eſt, quod reſina ſcammonii minus purgèt, quam ipſum Scammonium *vide* LE MORT *ad chimiam.* Si tamen conficienda ſit.

## Reſina Jalappæ, Scammonii &c. *juxta Zvvelff. & D. Barckhauſen.*

℞. *Jalappæ craſſiuſcule contuſæ*, vel *Scammonii craſſe contuſi* q l. v. g. ℔j. Huic affundantur *Spiritus vini rectificati* ℔iij. alii ſumunt Spir. Vini non rectificatum ex cauſis ſupra allatis, ſtent in digeſtione calore leni, uno aut altero die, Spiritus vini tinctus ſeparetur per filtrum, recensque affundatur, atque hic labor reiteretur quouſque nullus ſpiritus vini amplius coloratur. *Tinctos omnes ſpiritus conjunge, filtra, & in cucurbita* ex MB. ad remanentiam pauci liquoris, circiter ℔j. *abſtrahe*, & affuſo aquæ frigidæ tantillo præcipita, ſic enim, niſi jam tum reſina cucurbitæ fundum petierit, aut liquori innatet, præcipitabitur ſubſtantia reſinoſa, quam ab aquoſitate ſepara, ablue & ſicca.

D. LE MORT & MAETS *in Coll. Leid.* ſtatim, quam Spiritum omnem tinctum collegerunt, *eundem cum aqua confundunt*, ſic lacteſcit ſpiritus inctus, quem tum in cucurbita vel abſtrahendo, vel evaporando evocant, *ſic in fundo ſubſidet reſina*, ab aqua ſupernatante ſeparanda & ſuper patinam vitreatam ſiccanda, quæ vero *pa-*

*tinæ,*

*tina*, ne reſina adhæreat, *Oleo amygd. dulc. inungenda* eſt. Quoniam hæ reſinæ *ob tenacitatem inteſtinis facile adhærere ſolent*, atque ſic tormina excitant, vel *nucleis pini prius teri debent*, vel *vitello Ovi diſſolvi* v. g.

℞. Doſin *Reſinæ jalappæ*, ſolve eam *in vitello ovi* probe agitando in mortario, & dum eſt ſoluta, eam *vel cum juſculo*, vel *cum lacte amygd. d.* cerevíſia calida &c propina, ſic fœliciter purgabit absque tormibus.

*Doſis Reſinæ Jalappæ eſt à gr.* iiij. *ad* xij. *ſic ut Scammonii.*

## Reſuſcitatio Herbarum, Florum &c.

℞. *Rorem Majalem* ultimis diebus Maji collectam, *deſtilla inde Spiritum*, eumque aſſerva: dehinc recipe *Mineram Bismuthi* & inde ſpiritum elice, quo facto ſume *caput mort. bismuthi*, hoc commiſce cum *cineris cujusdam herbæ* integræ, nimirum ex radice, herba, caule, floribus &c. comburendo facti, aa. atque eis *ſuperaffunde Spiritus Roris-Majalis & ſpiritus Bismuthi*, aa. ut quatuor digitos emineant; tum Phiolæ incluſa & hermetice ſigillata, impone cineribus calidis, ſic inde emergit planta cum floribus; quæ calore remoto rurſus evaneſcit.

*Spiritus Roris Majalis fit*, Rorem Majalem digerendo, & ad fermentationem diſponendo; tum deſtillatus ſuggerit Spiritum Volatilem ſtriatum odore ſulfureo empyreumatico præditum. vide ETTMULL. SCHROED. *dilucidat.*

## S.

# Saccharum Saturni *D. Barckh. Cardilucii &c.*

℞. Lithargyrii, Ceruſſæ, vel Minii aa. q. l. immittatur vaſi lapideo figulino, ac ei affunde Aceti deſtillati ad digitorum 5. vel 6. eminentiam, & ſub continua agitatione fac ut leniter ebulliant, donec Acetum probe impraegnatum & dulcificatum ſentis, tum filtretur ſolutio, & ad quartæ partis remanentiam evaporetur, quæ in loco frigido ad cryſtalliſandum reponatur, Cryſtalli vero in aere ſiccentur, quoniam in calore facile diffluunt. Hac methodo cito parabile exiſtit Saccharum Saturni.

# Sal Fixum Plantarum.

Ex omnibus in genere plantis, & *Fixum & Volatile Sal Alcali elaborari poteſt.* Si Fixum velis.

Sume plantam v. g. *Abſinthium, Card. bened. Centaur. min. &c. mediocriter ſiccatam, ſub camino eam comburе ſuper area munda*, redigaturque in cineres albos, quo enim albicantiores erunt cineres, eo majorem Salis copiam ſuppeditabunt, *propterea bene comburantur*, ſubinde eas rudicula ferrea exagitando, & donec ſponte extinguantur relinquendo. Hos *cineres in ſ. q. Aqua decoque*, ut inde fiat lixivium, quod filtra, cineribus reliquis novam aquæ quantitatem affunde, coque ut prius, atque hoc reitera, quousque nulla aqua amplius Salis ſaporem refert.

*Lixivium filtratum ad ſiccitatem decoque in vaſe terreo lapideo*, qualia ſunt vaſa colonienſia; Tum hoc ita ſiccum ſal moderato igne inſpiſſa, ita tamen ut candeſcat parum, aſt non flat, ſicque calcina ad albedinem, hoc facto Sal hoc iterum aqua diſſolve, filtra & inſpiſſa ut ſiccum evadat; *ſi ſatis candidum haud fuerit, licet hoc haud ſit requiſitum optimi Salis fixi alcalici herbarum*, tamen ejus calcinatio, & diſſolutio reiterari poterunt.

*Plures ex Pharmacopeis* admodum ſolliciti erant, ut Salia hæc in elegantes cryſtallos redigerent, id quod præſtabant, *cineres cum ſulfure aliquoties calcinando*, atque ſic Sal omni immunditie ſpoliatum, & probe depuratum judicabant. *Sed loco alcali* ſic tertium aliquod Sal, ſive *Enixum conficiebant*.

MARGRAFF *in Collect. Leidenſ.* Sal prima vice elixiviatum & inſpiſſatum, in crucibulo fortiter reverberat, & inſtar aquæ fluere permittit: ſic poſtquam ſ. q. aqua ſolutum, filtratum, evaporatur ac ad cryſtalliſandum repoſitum fuit, in pulchras quidem cryſtallos abire D. BARCKHAUS ſpondet, ſed cum ſic ab igne notabilem acidi quantitatem nanciſcantur Sal, id enixi qualitatem omnino ſubterfugere poſſe negat.

*Cum vero omne Sal alcali fixum* ex herbis *debeat habere vim acidum infringendi* atque *viſciditatem* humorum ex acido ortam *incidendi*, *ſudorem movendi*, *alvum*, *& urinam ſtimulandi &c.* hinc *expetitur Sal fixum purum*, prout id ex cineribus per ſe absque additione ullius acidi elixiviatum, & absque ulla additione depuratum

exiſtit. Tale vero Sal *datur à* ℈ß. *ad* ℥j. pro medici intentione vel per ſe, vel aliis remixtum propinando.

## Sal Volatile Plantarum *Cl. Wedelii.*

℞. *Æſtatis medio*, ſive tempore maxime calido *bonam herbæ cujusdam quantitatem*, caules & ſtipites abjicito, at folia *colligito*. Hæc *immitte firmo vaſi* quod bene occlude, atque tempori committe *ut omnia fermententur & putreſiant*. & in pultis quaſi formam redigantur, quod in nonnullis citius, in aliis tardius fieri ſolet.

Hanc *putrefactam maſſam immitte cucurbitæ*, & appoſito capitello, ac adlutato recipiente, deſtilla igne aperto, ab initio mediocri, ſic prodit aqua, hanc *ſuccedunt Spiritus & Sal volatile*. & tandem circa finem ſequitur *Oleum craſſum, nigrum & fœtidum* quod cum ſale volatili jungendum, ſæpiusque rectificandum; ſic magna Olei pars adhuc in Sal migrat volatile, Sali volatili urinæ haud abſimile.

*Qui inter Salia volatilia multum diſcriminis haud admittunt, tædioſo hoc labore abhorrent*, cum minore opera *Sal CC. volatile, Sal urinæ volatile &c.* hujus Salis plantarum volatilis vices & vires ſupplere queat.

Sal

## Sal Plantarum Eſſentiale. *Marg. Coll. Leid.*

℞. *Plantæ cujusvis recentis* v. g. *Carduibenedicti, Abſinth.* &c. quantitatem magnam, contunde eam minutiſſime, tum *in cella repone*, per aliquot dies; Sunt qui herbam cum aqua coquunt prius, per horas aliquot, tunc *ſuccum exprimunt & colant.*

Hunc *ſuccum cum album*, *ovi conquaſſato, coquunt*, & deſpumant, tum per manicam Hippocratis filtrant, clarificatum ſic ſuccum in vaſe vitreo leniter coquendo evaporant, *ad Syrupi liquidioris conſiſtentiam*, vel ad cuticulæ apparentiam, poſtea per dies 8. vel 10. aut diutius in cella reponunt, ſic circa fundum vaſis, concreſcunt cryſtalli, qui vulgo Sal Eſſentiale audiunt, *ſed non niſi Tartari nomen merentur.*

*Vires* ei adſcribuntur *aperientes & reſolventes.*

Doſ. ℈ß. ad ℈j.

## Salium Volatilium ex Animalibus v. g. *Cornu Cervi, Cranii humani, Viperar. &c. deſtillatio.*

℞. *Cornu Cervi* in fruſta conciſi q. l. *immittantur retortæ ferreæ vel vitreæ loricatæ* atque igne aperto per gradus deſtillentur, in amplum vas recipiens, & ſi nebulæ prodire ceſſant, deſiſte. Tum *Sal volatile retortæ collo & lateribus recipientis adhærens* cum liquore intus contento effunde, & *cum parum Spiri-*

*tus*

*tus vini recipiens elui*, & ſimiliter liquori, cum Sale volatili effuſo, adde. Tum ſeparetur per filtrum, prius ſpiritu vini humectatum, liquor cum Sale volatili, ab Oleo. *Liquorem immitte Phiolæ prœaltæ*, & leni igne inde ſal volatile ſublima, & à ſpiritu ſimul aſcendente vel ſepara, vel commiſta relinque, admiſceatur vero liquori *cinerum quantitas*, ſic Sal magis purum aſcendit *Oleo fœtido relicto.*

## Sal Volatile Sanguinis Humani, Cruoris Cervi, &c.

Fiunt ſanguinem in clibano leviter ſiccando, tum à phlegmate liberatum per retortam deſtillando, inſtar ſalis volatilis CC. &c.

## Sal Corallorum.

vide

*Magiſter. Corall.*

## Sal Eſſentiale Tartari eſt *Terra foliata Tartari.*

## Sal Mirabile Glauberi *D. Margr. Collect. Leid.*

℞. *Salis vulgaris* q. l. fiat inde *muria fortis* cum Aqua pluvia id ſolvendo *Hujus ſolutionis* recipe ℔j. *Olei vitrioli rectiſ.* ℥iiij. ſcil. quartam partem, miſta immittantur retortæ, ex arena deſtillentur primo leni igne, ſic aſcendit phlegma-

phlegma, & dum guttæ acidæ prodire incipiunt, mutato vas recipiens, & igne fortiter infra & ſupra aucto, Spiritus Salis aſcendit; continua vero ignem donec omne humidum eſt abſtractum, ſic in fundo remanet Sal candicans acido ſalſum, quod GLAUBERUS *Sal mirabile appellat.*

Hoc in aqua fervente ſolve, vel tepida ſaltem; *ſolutionem filtra & evapora* ad tertiæ partis exhalationem; vel ad cuticulæ apparentiam, ſic in loco frigido concreſcet in cryſtallos; in fundo vero hærebit liquor valde corroſivus qui à cryſtallis ſeparandus.

*Cryſtalli debent habere ſaporem ex ſalſo dulcem*, ſi vero acres vel corroſivæ appareant ſignum eſt aquam minimum fuiſſe evaporatam, *hinc neceſſe eſt, ut de novo in aqua ſolvantur* iterumque filtrentur, & *caute evaporetur aqua, ut ſaltem Sal in ea cryſtalliſari queat.*

Hoc Sal ſuper chartam exiccatum in arena calida, *vim habet coagulandi diverſos liquores, cereviſiam, vinum, aquam, acetum*, ſi ejus una pars cum liquoris tribus partibus agitatur & miſcetur, atque per noctem reponitur, tum liquor cum ſale in glaciem abit, *jucundo experimento æſtivo tempore.*

Sumantur vero *cryſtalli qui in ſuperficie liquoris concreſcunt, hæ ſunt dulces*, reliquæ vero magis corroſivæ.

## Sal Polychreſtum *Charas.*

℞. *Nitri chryſtallini* & *ſulfuris puri* aa. p. æq. groſſe con-

contuſa miſce, & in crucibulo ignito per vices detonato, non ultra ℥j. pro una vice injiciendo, poſtea ignem validum adhibe per bihorium, refrigerato tunc crucibulo ſal exime, quod in aqua ſolve, filtra, & evaporatione debita, in cryſtallos redige.

Poſtea ℞. *Hujus Salis cryſtallini* ℔j. *Flor.* ✱*ci* ℥iiij. ſolve ambo, filtra & per evaporationem denuo in cryſtallos redige.

*Vires obtinet detergentes & viſcidum incidentes, hunc optimum purgantibus ſociatum, addit ſtimulum,* alias & per ſe à ʒß. ad ʒj. exhibitum, *præbet laxans non contemnendum, cum juſculo, &c.*

## Sal Tartari Volatile *Tackenii.*

℞. *Salis volatilis urinæ & aceti deſt.* aa. p. æq. digerantur pauliſper leni igne arenæ, tum *leniter phlegma abſtrahe*, relictæ maſſæ *novum aceti deſtillati pondus adde*, digere & deſtilla ut prius, donec Sal urinæ ſibi junxerit *duplum aceti pondus*; Tum ſume *Salis Tartari ſicciſſimi* part. j. *Salis urinæ modo ſaturati* part. tres, terantur & miſceantur probe in mortario calido, tum Phiolæ immiſſa ſublima, quod ſublimatur reſiduo in phiola commiſce & denuo ſublima, atque hanc cohobationem aliquoties reitera, donec totam Salis Tartari ſubſtantiam aſcendiſſe obſerves, *ſic parata eſt aquila*, per quam novum Sal Tartari additum volatiliſare poteris, & quidem ſucceſſive in infinitum, neque vero prioris Salis urinæ ſatu-

ratæ

ratæ amplius opus habes, ad volatiliſandum Sal Tartari.

TACKENIUS hoc deſcribit *in ſuo Hippoc. chimico.* & dubitat an in natura ſit Sal ſubtilius, hinc id non ſatis laudare poteſt, in inveteratis obſtructionibus. *Vide & medici mei præſent. ſecu-li accommod. appendicem.*

## Sal Tartari Volatile *Collect. Leid.*

℞. *Tartari crudi opt.* ℔vj. pulveriſentur groſſo modo ſaltem & *humectentur aqua communi,* tum ita humidus pulvis reponatur in umbra, *ut putreſcere incipiat & nigreſcat*; Tum eum mediante in digeſtione *vaſe clauſo in fimo equino ulterius exalta,* addita parva quantitate *Spir. vini* per præcipitationem rectificati, donec ſpirituoſum ſalinum redolet odorem. *Limoſum poſtea Tartarum deſtilla*, primo leni igne, quam diu phlegma aſcendit, dein fortiori, ultimo fortiſſimo. *Spiritum* ab Oleo ſeparatum, *miſce cum proprio Sale volatili*, recipientis lateribus adhærente, & ſale fixo in fundo reſiduo, & deſtilla, more quo ſalia volatilia rectificantur, ſic acquires Sal Volatile penetrantiſſimum Tertari, in vitro probe clauſo aſſervandum.

*Hoc Sal volatile inter omnia Salia volatilia palmam mereri dicitur.*

Doſ. gr. v. ad ℈ß.

*Poterit item fieri* eundem in modum, *ex fæcibus vini*, dum earum quantitas exponitur

aeri

aeri in loco ſicco, ne pluvia eas tangat, ſic temporis ſucceſſu putreſcere & quaſi lanugine obduci incipit; Tunc deſtilletur per cucurbitam alembico & recipiente munitam, ſic in altum ſublimabitur Salis volatilis portio.

## Sal Tartari Fixum.

Fit Tartarum vulgari modo in furno figulino calcinando, de hinc elixiviando, filtrando & in vaſe ferreo inſpiſſando.

Vel ſi extempore Sal Fixum Tartari deſideratur, ſumantur ♁i & Tartari crudi aa. p. æq. hæc ſubtiliſſime pulv. detonentur, ſic remanet in inſtanti Sal Tartari Fixum & album.

## Sal Vitrioli incarnati coloris.

videatur *Spiritus vitrioli Nobil. de Mulinen.*

## Sal Urinæ Volatile.

℞. *Urinæ recentis quantitatem ſufficientem*, decoquatur tam diu *ut in ſapam vel conſiſtentiam melleam inſpiſſetur*. immittatur hæc ſapa cucurbitæ terreæ vel ferreæ, & appoſito capitello, recipuloque adlutato, majori, deſtilla ex igne aperto gradatim, ſic *primo prodit Sal urinæ liquidum in forma ſpiritus*, hoc ſequitur *Sal volatile ipſum in magna copia*, finita deſtillatione, ſi liquidum, ſive ſpiritus in recipiente non ſufficiat, ut Sal à lateribus poſſit ablui,

ablui, affunde aliquid aquæ calentis, & elue recipiens, ac effunde quod ineſt, & oleum à ſpiritu vel aqua ſepara; Spiritum, ſive aquam, ſale volatili repletam, immitte phiolæ, & ex MB. deſtilla, ſic aſcendit Sal Volatile pulcherrimum, à Sale volatili Cornu Cervi parum quoad odorem diſtans.

B. D. ETTMULLER ſuadet, *ut omnia Salia volatilia* in proprio ſpiritu, ab Oleo probe ſeparato *ſoluta aſſervemus* potius, quam in ſicca forma; cum ſic non tantum commodius poſſint propinari, ſed & non adeo pereant, &, ut ut exactiſſime in vitro clauſa, tam cito exhalent.

## Scammonii dulcificatio & mitigatio. *D. Maets. Collect. Leid.*

℞. *Scammonii* q. l. contere in pulverem, huic affunde *Decoctum liquiritiæ probe dulce & filtratum*, & in mortario ſcammonium cum hoc Decocto probe terendo agita, ſic *quod lacteſcit decanta*, & aliam Decocti partem affunde, & ut prius terendo procede, *donec à ſcammonio nil niſi fæces in fundo remaneant*, tum liquores lacteſcentes confunde, & leni igne ad ſiccitatem pulveris evapora, ſic obtinebis Scammonium dulcificatum & correctum.

*Datur* à gr. iij. ad gr. viij.

O Spi-

## Spiritus Abſinthii ardens *Zvvelff.*

℞. *Herbæ abſinthii recentis* quantitatem notabilem, contuſæ aut conciſæ affunde *parum aquæ calentis cum tantillo fermenti aut ſacchari*, & macerentur in loco tepido, donec ſpiritus odore nares feriat; quo obſervato, cucurbitæ vitreæ, vel veſicæ immittatur & deſtilletur, ac prodibit aqua ſpirituoſa, quæ *ſi aliquoties rectificetur, acquiritur ſpiritus abſinthii ardens.*

## Spiritus Aluminis.

℞. *Aluminis rupei* ℔vj. immittatur cucurbitæ amplæ vel fictili vel vitreæ, ponatur in arena, & appoſito capitello cum recipiente, deſtilla tandem fortiſſimo igne, ſic prodit plegma cum ſpiritu quodam acido volatili. Quod *ſi ejus* ℥vj. addideris *aluminis crudi* ʒi. & ſolvas, habebis excellentem *aquam Aluminoſam ad Ulcera abſtergenda, & gingivas putridas mundificandas.*

Quando nil amplius ſummo arenæ igne exit, refrigeratis omnibus frange cucurbitam, maſſam admodum rarefactam & albam redige in pulverem, quem retortæ immitte, & amplo recipiente adlutato, ex aperto igne per gradus deſtilla, & ad *extremum ultimo igne urgeto, ſic egredietur Spiritus acidus* ſpiritus vitrioli adinſtar, ignis vero ita per aliquot dies continuandus, & habebis Spiritus aluminis parum; qui à Spiritu vitrioli parum differt, niſi quod ſit magis ingratus.

Quo-

Quoniam Alumen per ſe copiam terræ continet, hinc ei in deſtillatione nullum aliud intermedium additur. *Caput mortuum* à deſtillatione in retorta relictum, *eſt Alumen quod vulgo uſtum dicitur.*

## Spiritus Aperitivus Penoti.

℞. *Vitrioli Hungarici* ad rubedinem calcinati ℔. iiij. *Silicum fluviatilium calcinatorum*, *Tartari ad albed. calcinati aa.* ℔j. pulveriſata & mixta immittantur retortæ, & ex igne aperto, ſervatis ignis gradibus deſtillentur, ſic prodit phlegma acidulum, quod Cl. HOFFMANNUS bis vel ter ſuper caput mortuum deſtillando, jubet.

Sed quoniam *hoc labore*, quod Sal Tartari vitrioli acidum in enixum transmutet, *ſaltem phlegma acidulum acquiritur*, hinc Cl. WEDELIUS Spiritum hunc alia methodo parare docet v. gr.

℞. *Vitrioli opt. ad albedinem calcinati* ℔iiij. ♃j. *crudi* pulv. ℔. pulveriſa & probe mixta immittantur retortæ forti, & ex igne aperto deſtillentur ſ. a. ſic prodit Spiritus Salis penetrans, qui ab Oleo Tartari admixto, hinc aduſtionem redolens, per retortam aliquoties rectificandus eſt.

Aſſentit huic Cl. ETTMULLER *comm. Lud.* eundem hunc proceſſum tradit, *& ſpiritum inde mergentem ſalſo-acidum fœtidum*, Spiritui aperitivo Penoti longe præfert.

## Spiritus Aſthmaticus.
## *D. Mich.*

℞. *Viride æris* ℥viij. *Gummi Ammoniaci* ℥iiij. *Sulfur. citrini* ℥iß. omnia pulveriſata & mixta retortæ vitreæ immittantur, & ex arena deſtillentur. Facta deſtillatione Oleum à ſpiritu ſeparetur & rectificetur.

Datur à gtt. v. ℈ß. cum ▽ pectorali ſpirituoſa; teſte Cl. ETTMULLER *comm. Ludov.* in affectibus Pectoris humoralibus, *eſt ſatis reſolutivus & egregius*; tanquam Spiritus acido volatilis.

## Spiritus Baccarum Juniperi.
## *P. A. R.*

℞. *Baccarum Juniperi* ſatis magnam quantitatem, contuſa *macerentur & fermententur cum aqua tepida, in qua portio fermenti ſoluta ſit*; & dum ſpiritum redolere obſervas, deſtillentur per veſicam.

## Spiritus Calcis vivæ *Le Febur.* cum notis *D. Cardilucii*, quem & *Schröderus*, ſed obſcurius deſcribit.

℞. *Calcis vivæ* modo ex furno extractæ & recentis plane q. l. *pulveriſetur ſubito in hypocauſto calido*, ne attracto aere frigido alteretur: Calcem ita ſubtiliſſime tritam, & in porphyrio in alcohol redactam, *immitte cucurbitæ vitreæ*, & ſenſim affunde alcaliſati *Vini alcohol*, quantum ſufficit *ad aliqualem ſaltem humidit*

*mectationem*, quantum nimirum calx imbibere poteſt, *neque tamen humida appareat, vel ſpiritus ſupernatet*; Tum alembico ſuo cucurbitam, occlude & repone per tempus, ut uniantur calx & ſpiritus, alias *ſi cito deſtillationi committeres, vitrum frangi poſſet* ex ſpirituũ impetu. Unitis tandem cucurbitæ immiſſis calce & ſpiritu, eam in MB. colloca, & recipulo probe adlutato, *leni igne omne alcohol abſtrahe*, ad ſiccitatem usque calcis.

Refrigeratis omnibus, delutatis vaſis, *Spiritum prolectum relictæ calci rurſus affunde*, & omnibus probe luto munitis, ut prius deſtilla, atque hanc *cohobationem* cum prolectu Spiritu *decies inſtitue*.

Tum exime *calcem ſiccam*, & in porphyrio ſubtiliſſime tere, *cum Salis Tartari* ſicci & optimi decima ſui parte, & *tantundem capitis mortui à tartaro* poſt elixiviationem Salis relicti, & probe ſiccati.

Omnibus his rite, & cito mixtis, ea retortæ probe loricatæ, immittantur, *ut ſaltem una tertia pars retortæ repleatur*, ponatur in furno reverberii, & adoptato recipiente magno per intermedium collum, quod in medio tubulum habeat, craſſitie digiti, per quem phlegma ex retorta prodiens, in recipulum adpoſitum defluat: Omnibus ſic probe lutatis, & *recipienti magno, unciis tribus circiter Alcohol vini antea immiſſis*; adhibeatur ignis gradatim donec paucum phlegma eſt prolectum; hoc viſo, & nullis guttis phlegmatis amplius elabentibus, ſenſim augeto ignem, quam primum ſcil. obſervaveris, vapores albos recipiens magnum ingredi, atque



UNIVERSIDAD

ita continuato, donec nulli vapores amplius exeunt. Poſtea refrigeratis omnibus, phlegma abjice, ſpiritum vero probe aſſerva, & *ſi poſſibile ſpiritum vini, ſive alcohol à calcis ſpiritu ſepara*, vel abſtrahendo, niſi ambo aſcendant, vel ſpiritum vini deflagrando.

Cl. ETTMULLER *comm. Lud.* recipere jubet *Spir. Salis*, eumque *Calci vivæ recenti affundere*, vel & tali, quæ jam dum aliquid humiditatis ex aere attraxit; ſic calx viva ſpiritum Salis potenter imbibendo effervеſcet, tum ſi ex retorta deſtillantur tali modo ſaturata calx, *prodit Spiritus Volatilis urinoſus inſtar Spiritus urinæ*, ſed non adeo copioſus; dubitat vero an ex Calce viva prodierit hic Spiritus. Mihi *veroſimile videtur, acidum Spiritus Salis, terram calcis vivæ rodendo & ſe illi uniendo* tum facile *Calcis ſpiritum urinoſum*, ſuo repagulo liberum, *dimittere*.

Hunc ſpiritum admodum extollit BASILIUS VALENTINUS. Et Cl. HOFFMANNUS eum *ceu ſummum arcanum prædicat in calculo*. Doſ. gtt. iij. ad vj. &c.

## Spiritus Carminativus ſive *Anticolicus de tribus*.

℞. *Nitri optimi. Tartari albi crudi aa.* ℔j. probe pulveriſata & mixta, per vices *injiciantur retortæ tubulatæ candenti*, cui vas capax recipiens ſit annexum, & *cui Spir. vini* ℔j. *ſit immiſſa*; Finita operatione, ſpiritus filtratus uſui aſſervetur, vel pro lubitu per retortam rectificetur. Ex reſiduo habebitur Sal fixum, Salis Tartari haud abſimile.

Doſis

*Doſis Spir. eſt* à gtt. x. ad xxx. Optime eo poterit acuari *Eſſentia Carminativa*, *ad modum Eſſentiæ Carminativæ* WEDELII.

Cl. ETTMULLER *comm. Lud.* hunc Spiritum de tribus; *Tincturæ Nephriticæ* AMELUNCI *præfert*, atque eam remedium laudabile appellat *in affectibus Urinæ*, tam præſervative quam curative; præterea *Scorbuticis*, *Hypochondriacis & Hyſtericis optime conducibilem.*

Doſ. gtt xx. ad xxxx. ad ʒj.

Iis vero commendat hunc Spiritum, qui Spiritum Tartari urinoſum volatilem & diureticum optant.

## Spiritus Ceraſorum nigrorum.

℞. *Ceraſorum nigrorum minorum* quantitatem, *contuſa reponantur in vaſe quercino* vel alio, usque dum fermenteſcendo odorem nonnihil acidiuſculum vel vinoſum acquirunt; Tum *per veſicam leniter deſtillentur* ne in fundo adhæreant. Spiritus prolectus pro lubitu rectificetur.

Hac methodo ex omnibus fructibus fermentatis poteſt deſtillari Spiritus ardens.

## Spiritus Fuliginis *D. Maets. Coll. Leid.*

℞. *Fuliginis ſplendentis camini* q. l. repleto hoc retortam vitream, & inſtituatur deſtillatio ex arena, ad totalem fumi egreſſum, ſic *obtinebit Spiritum cum Oleo fœtido*, *& Sale volati-*

*latili*, lateribus recipientis adhærente; hoc facto agitato probe recipiens, ut Sal à ſpiritu abluatur, tum effunde omnia, & Oleum à Spiritu ſepara, *hunc vero cum aa. alcohol vini miſceto*, & per alembicum deſtilla, obtinebit Spiritum penetrantiſſimum, qui in loco Spiritus Salis armoniaci præbet inſigne excitativum *in lethargo*, *Epilepſia*, *& quaſi agonizantibus*.

*Datur interne ad gtt. aliquot cum vehiculo.*

## Spiritus Fuliginis juxta Hartmannum.

℞. *Fuliginis elegantis*, *& inſtar ſuccini nigri ſplendentis* q. l. imple ea retortam vitream probe loricatam, & appoſito receptaculo capaciſſimo deſtilla ſ. a. juxta gradus ex igne aperto, ſic *primo prodit phlegma*, *hoc ſequitur ſpiritus albicans*, *tunc oleum flavum & ultimo rubeum*, facta deſtillatione ſeparetur phlegma per tritorium. *Spiritus vero cum oleo aliquandiu in digeſtione maneat*: Tunc *affunde dimidium Spir. vini*, & deſtilletur ſæpius: Sic cum Spir. vini prodit Spir. fuliginis, & ſimul etiam oleum rectificatiſſimum, odorem camphoræ referens.

Doſis Spiritus eſt à gttis. 6. ad ℈ß. Olei à gtt. ij. ad iij.

Et *ſi ſudor poſt exhibitum Oleum copioſius emanat*, *ſignum indubitatum eſt reconvaleſcentiæ*, *ſin ſecus mortis*.

Et

Ex remanentia ſive capite mortuo ulterius calcinato *ſal extrahe* more vulgari, quod ſerva tanquam *præſtantiſſimum curativum in cancro exulcerato.* Extrahitur vero hoc ſal cum aceto, & in loco humido frigido rurſus ſolvitur. Quo, ſi cancroſa ulcera ſemel atque iterum inunguntur, venenoſitas inſtar vaporis viſibiliter extrahitur. Tunc vero ſi oleum ſupra dictum leni aſpergine ſæpius illinitur inſtar cruſtæ cuticulam inducit, quæ quinque vel ſex dierum ſpatio, conſolidato ulcere cadit.

## Spiritus Fumans.

℞. *Stanni Anglici* ℥iß. *Mercurii vivi* ℥iiß. fiat ex his ſ. a. amalgama, in vaſe lapideo vel ligneo, cave ne ferrum accedat; *Amalgama cum æquali pondere Mercurii ſublimati tere* in pulverem, & probe miſta retortæ immitte, & ex arena recipiente magno appoſito, aquæ innatanti, deſtilla ſic primo prodit Liquor clarus, quem ſequuntur Spiritus impetuoſi, *quam primum vero obſervas aliquid ſublimari, ceſſa*, & Spiritum egreſſum ſerva.

*Spiritus* hic *Croco Auri affuſus*, & ab eo abſtractus *Aurum ſolvit*, & per alembicum ſecum vehit, & ſi refrigeſcit inſtar reſinæ coagulatur, in calore vero rurſus liquatur. *Præterea coagulat omnem aquam in maſſam cryſtallinam.*

## Spiritus Lignorum, Guajaci, Buxi, Juniperi &c.

℞. *Ligni hujus vel illius raſpati, vel ſerra in minuta*

*fruſtra inciſi* q. l. immitte retortæ amplæ vitreæ vel ferreæ aut terreæ *ut quarta pars maneat vacua*, tum eam furno reverberii impone, & recipiente capaci adlutato, fiat deſtillatio, ab initio leni igne ut retorta incaleſcat, atque ſic ſenſim aucto paulisper igne phlegma prodeat, & ſi nullæ amplius guttæ exſtillant, id quod ſignum eſt omne phlegma expulſum eſſe, tum effunde hoc phlegma & abjice, recipiens vero tum retortæ adlutato, & deſtillando, gradatimque ignem augendo continua, donec omnis Spiritus ſub nebularum forma cum Oleo eſt egreſſus, tum ſi nil amplius aſcendit deſiſte, & refrigeratis omnibus, *Spiritum ab Oleo ſepara*, & quodlibet ſeorſim aſſerva.

*Spiritus* ad ℨß. propinatus cum vehiculo, *eſt diaphoreticum minime contemnendum.*

*Oleum* vero *empyreumaticum ad dentium dolores* eſt experimentum toties comprobatum, ſi *cum goſſipio Denti dolenti imponitur.*

## Spiritus Lumbricorum volatilis parari ſolet eodem plane modo, ac de Sale volatili animalium edoctum fuit; *inſtar Spiritus C. C.*

## Spiritus Mannæ. *Le Febur.*

℞. *Manna* q. l. immittatur cucurbitæ vitreæ & capitello ac recipiente adlutatis, ex igne cinerum fiat deſtillatio, ſic prodit Spiritus inſipidus, qui *ad ſudorem eliciendum in Febri-*

*bus*

*bus ardentibus inſignis eſt effectus.* Doſ. cochl. ß. ad j.

Cl. ETTMULLERO *comment. in* SCHROED. *ſingulariſſimum eſt menſtruum, pro extrahendo Sulfure ſolari*, & multum in receſſu habere, tam pro ſudore eliciendo, quam pro ſolutione ut dictum, adhibendo, credit.

## Spiritus Nitri.

℞. *Argillæ albæ, vaſis procellanis*, vel *fiſtulis tabacinis deſtinatæ & ſiccæ* ℔iij. *Nitri pulcherrimi* ℔j. probe pulveriſatis & exacte mixtis retortam reple vitream, probe loricatam, largioris colli, & furno reverberii impone, *adlutato recipienti capaci*; tum adhibe ignem gradatim, & quidem leniorem 5. 6. horis *donec omne phlegma, quod guttatim prodit, ſit egreſſum, cum ſpiritu albo*, tum auge ignem, *& aſcendit Spiritus Nitri rubicundus* volatilis, qui in phlegmate & ſpiritu, corpus nanciſcitur & cum eis miſcetur, ac ſubſidet; & *ſi recipiens tandem aucto igne rurſus inclareſcit*, ſignum eſt omnes ſpiritus nunc eſſe egreſſos, atque ceſſa, & delutato recipiente Spiritum cum phlegmate commixtum aſſerva. Intra 10. 12. horas labor ut plurimum finitus erit.

Cl. ETTMULLER *in ſua Pyrotechnia* obſervari vult, quod *quo plus intermedii*. *ſive argillæ nitro addas* v. g. ſi ad partem unam Nitri decem vel ultra partes, Argillæ ſumantur, *totum nitrum in Spiritum poſſe propelli*, & major Spiritus Nitri copia acquiri, quam ſi tres ſaltem partes intermedii admiſcueris.

*Si vero Spiritum Nitri rubicundum ſeorſim colligere velis*; in promptu tibi ſint *aliquot recipula magna*; tum ſi phlegma & ſpiritus albus egreſſi ſunt, & rubicundi ſpiritus elevari incipiunt, mutato vas recipiens, & priori abſtracto aliud adpone & ſubito adluta, & *ſi recipiens hic ſpiritu rubicundo omnino eſt repletum*, ut nullo modo transpareat, *abſtrahe*, id, & *aliud adpone* & agglutina, & ita adpoſitione recentium recipulorum maximorum continua, quousque nullus amplius Spiritus rubicundus prodit. Id quodcunque vero vas recipiens rubro ſpiritu in forma vaporis repletum, *injice camphoræ parum*, & orificium ſubito occlude, atque ita permitte quieſcere, ſic intra breve temporis ſpatium *omnis Vapor rubicundus ſubſidebit in forma Liquoris rubri* cui camphora ſoluta innatat. Tum ſpiritum ſumme volatilem effunde, & collige, à quo camphoram aufer; *& habebis Spiritum mere igneum fumantem*, quem vix ſervabis, niſi ei pro corpore Spiritum Vini rectif. ſenſim admiſcueris.

## Spiritus Nitri dulcis.

*Solet vero Spiritus Nitri Dulcis reddi*, ut eo ſecurius intra corpus aſſumi queat, & hoc quidem fieri ſolet, partibus ij. *Spiritus vini* uni parti Spiritus Nitri, additis, & digeſtione facta per retortam deſtillatis.

Et *ſi Spiritus vini ſit rectificatus*, *& Spiritus Nitri optimus*, tum ſi confunduntur facile effervescunt, & accenduntur, hinc Spiritus Nitri immittatur cucurbitæ, cui imponatur alembicus foramine præditus in vertice, ut per hoc, ſpiritus

Vini

Vini poſſit ſenſim inſtillari, & ſi tunc ex amborum effervelcentia, *Spiritus Nitri in forma vaporis rubri elevetur, is in adpoſito recipiente excipi queat*, & poſtliminio rurſus addi, poſtea vero dum probe unita ſunt deſtillari.

Hic *Spiritus hoc* modo *dulcificatus* tum *vocatur Spiritus Anticolicus.*

## Spiritus Roriſmarini ſive *Aqua Reginæ Hungariæ.*

Collige *Florum Anthos* ſive *Roriſmarini*, dum in vigore ſunt, *quantitatem ſufficientem*, atque eis cucurbitæ vitreæ partem dimidiam reple, & *Spiritus vini rectif.* tantum affunde, *ut in eo commode flores macerentur*, tum alembicum cucurbitæ impone, & recipiens adglutina, atque in MB. tribus diebus leniſſime digere, *tum deſtilla ut guttaguttam trudat*, & cum duas tertias partes extraxeris deſiſte, & in excipulo reperies optimam Aquam Reginæ, Hungariæ; Si *mari veri* partem aliquam *floribus anthos admiſcueris*, longe penetrantiorem Spiritum obtinebis.

## Spiritus Roſarum ardens.

℞. *Roſarum fragrantiſſimarum*, ſicco tempore collectarum & nondum penitus apertarum ℔xxx. *contunde eas in pultem, & cum ſacchari* ℔iiij in olla vitreata, fiat S.S.S. hoc facto, olla probe obturetur, & *in loco calido in fermentatione ſtare permittatur* per 14 circiter dies, & dum acidum aut vinoſum ſpirare incipiunt, *affunde eis Aquæ roſarum aliquid*, & per veſi-

cam

cam deſtilla egreſſam vero ſpirituoſam aquam ex M.B. rectifica, ſic obtinebis egregium Roſarum Spiritum ardentem. *Citius tamen fermentatio inchoatur, ſi qua roſarum calefacta, ſtatim* ab initio in debita quantitate *adjicitur.*

Vel Recipe *Roſarum optime odoratarum*, quantitatem notabilem, *contunde eas in mortario lapideo*, & dolio quercino, quod menſuras ſedecim circiter capiat, immitte, & *adde Aquæ Roſar. calefactæ* menſuram unam, *in qua fermenti nucis juglandis magnitudine ſolutum ſit*; hiſce invicem mixtis doliolum occlude, ne aer penetret, ac in loco calido repone, quatuordecim circiter dierum ſpatio, tum *roſas in pultem quaſi converſas veſicæ immitte*, & leni igne deſtilla, donec duæ menſuræ aquæ egreſſæ ſunt; quas in cucurbita vitrea ex M. B. rectifica; ita ut quarta ſaltem pars excipiatur ſeorſim.

## Spiritus Salis Armoniaci urinoſus.

℞. *Salis Armoniaci, & Salis Tartari aa.* ℔j. pulveriſata immittantur cucurbitæ, ac eis affundatur *Aquæ fontan.* ß℔. ſaltem, non menſura; & capitello ſubito adpoſito, & recipiente adlutatis ex arena fiat deſtillatio, donec omnis Spiritus eſt elevatus, & Sal Armoniacum volatile in capitellum magnam partem ſublimatam, tum ceſſa.

D. CARDILUCIUS loco aquæ ſimpl. *urinam addit*; & acquirit Spiritum magis ſaturatum & flavum.

Si *loco Salis Tartari* additur *Calx viva*, pro-

prodit *Spiritus* Salis Armoniaci *fugaciſſimus* & penetrantiſſimus, *externe ſaltem* naribus admovendus, ad excitandos ſopore vel lethargo detentos vel convulſionibus agitatos.

## Spiritus Salis Armoniaci Martiatus, Hæmatitiſatus &c.

℞. *Martis in crocum ſimplicem converſi & Salis-armoniaci* vel & *Lapidis hæmatites* ſubtiliſſ. pulv. & *Salis Armoniaci* itidem ſubtiliſſ. pulv. aa. p. æq. probe mixta immittantur cucurbitæ terreæ, vel ferreæ, & appoſito capitello, applicatoque recipiente juncturisque probe clauſis, ex aperto igne fiat deſtillatio, ſic primo prodit Spiritus volatilis urinoſus, concentratus ad ℥ij. circiter, & ſenſim ſublimantur ſimul flores in capitellum jucundo ſpectaculo ſe adponentes & flavi, ac quando nil amplius aſcendit; ceſſa, & delutatis vaſis exime Spiritum optimum, quem ſerva, cum floribus ſeorſim.

*Spiritus mihi pro panacea eſt in Motibus convulſivis*, *Hyſterica & Hypochondriaca affectione*, *Menſium ſuppreſſione*. & aliis ab acido viſcido, vel coagulo dependentibus morbis.

## Spiritus Salis Armoniaci acidus *Polemanni*.

℞. *Caput mortuum* ſive remanentiam *Spiritus Salis Armoniaci hæmatiſati*, cum floribus elevatis, ſuperaffunde eis pulveriſatis *Spiritum vini rectificatum*, ad tot digitorum eminentiam; *Spiritum tinctum decanta* & recentem affunde, atque hoc toties reitera, quo-

quoties Spiritus Vini tinctus decantatur; tandem *omnem ſpiritum tinctum* decantatum *cucurbitæ vitreæ immitte*, & in MB. eum evoca; Spiritu egreſſo muta vas recipiens, & phlegma collige ſeorſim, quod ultimo acidulum prodit, deſtilla vero ad ſiccitatem, ſic *remanet Sal flavi coloris*: Hoc exime & retortæ immitte, ac in arena, recipulo adpoſito deſtilla, ſic *leni igne prodit Spiritus Salis Armoniaci acidus volatilis* inſignium virium, omnibus aliis Spiritibus acidis dulcificatis longe anteponendus.

## Spiritus Salis Armoniaci Aniſatus.

℞. *Salis Tartari* ℔ j. adde *Aquæ font.* tantundem his immiſceantur *ſeminis aniſi contuſi* ℥ iiij. ſtent diebus aliquot in digeſtione; Tum eis porro adde *Salis Armoniaci pulveriſati* ℔ j miſceantur cum baculo cucurbitæ immiſſa, & tum capitello ſtatim adpoſito, & recipiente adlutato, deſtillentur ex arena, ſic prodit Spiritus Salis Armoniaci aniſatus.

Cujus *vires* ratione aniſi *magis creduntur eſſe Carminativæ &, Pectorales.*

## Spiritus Salis Armoniaci Aromaticus *Deckeri.*

℞. *Salis Armoniaci triti & cribrati*, & *Salis Tartari pulv. aa.* ℔ß. *Sal Armoniacum ſolvatur in ſpirit. vini* ℥ iiij. *Sal Tartari vero in Vini generoſi* ℥ xij. tum confundantur ſolutiones in cucurbita, eisque addatur Pulvis groſſus ſequentium Specierum. ℞. *Radic. Angelic.* ʒß.

*Fol.*

*Fol. meth. criſp. Majoran. aa.* ℥iij. *ſem. fœn. bacc. juniperi aa.* ℥j. *cinamom. acuti* ℥ß. *Nuc. Moſch. Croci opt. Origani Cret. aa.* ℥ij. *Spic. Nardi, Cardamomi maj. aa.* ℥j. Fiat ex omnibus Pulvis groſſus. Omnibus mixtis, cito imponatur capitellum, appoſitione recipiente & juncturis probe clauſis, fiat deſtillatio ex arena, & Spiritus prolectus ſervetur, prope clauſus.

## Spiritus Salis Armoniaci ſuccinatus.

Fit *Succinum ſubtiliſſime tritum cum Lixivio* Salis Tartari per tempus digerendo, ad ℔j. Salis Succini ℥iij. ſumendo, cum aqua diluendo, tandem *Sal Armoniacum addendo*, & per arenam pellendo, ſic prodit Spiritus nervorum affectibus plus quam ſimplex ſaltem, appopriatus.

## Spiritus Salis communis acidus.

℞. *Salis communis pulcherrimi* bene ſiccati non vero calcinati ℔j. *Terræ figulinæ albæ ſiccæ* ℔iij. Probe pulveriſata *miſceantur exactiſſime, utpote in qua miſtione potiſſimum artificium conſiſtit* ſi multum Spiritus deſideras, mixturam hanc immitte retortæ probe loricatæ, dimidiam vel ad minimum tertiam ejus partem vacuam relinquendo, tum furno reverberii impoſita, & recipiente magno appoſito, juncturisque prope clauſis, deſtillationem inſtitue, primo leni & ſenſim gradatim aucto igne, per decem vel duodecim horas, & ultimo quidem fortiſſime urgendo,

Sic in recipiente, ſi bene operatus fueris, habebis Spiritus Salis ℥xij. circiter.

*Dulcis redditur* hic Spiritus, *ſi ejus parti uni, Spiritus vini rectif. part. ij. adduntur*, & ambo aliquoties cohobantur; hunc Spiritum Salis dulcem BASILIUS VALENTINUS Aquam ſuam temperatam appellat, eamque pro ſolutione calcis Auri adhibet. ETTMULLER *comm. Ludov.*

## Spiritus Saturni Ardens.

*Spiritus hic minime à Saturno dependet*, ſed à Spiritu vini, qui mediante plumbo ex aceto regeneratur, atque *nil eſt niſi Spiritus vini regeneratus*. fieri vero ſolet ex Sacharo Saturni, hoc per retortam, amplo recipiente appoſito, ex igne aperto deſtillando; Sic Sal fixum aceti calci Saturni ſe intimius unit, Spiritus vero vini ex aceto ſui juris fit & liberatur, nullam præ Spiritu vini alio, diſtinctionem habens.

## Spiritus Sulfuris per campanam.

Sumatur *Dolium latum humile*, huic immitte *tantum Aquæ ut plures patellæ ligneæ ei innatare queant*, patellis immittatur *Sulfur*, & hoc fruſtis ferri candentis accendatur: *Cooperiatur* vero *tum dolium cono*, qui *ex linteo denſo in formam tentorii* factus eſt, conum hunc linteum qui loco campanæ eſt, *ſemper humectato aqua*: ſic Sulfuris aſcendentis fumus acidus, humido illo in cono contento capitur, & per ejus latera decidit in aquam, cui patellæ innataut

tant, finito labore evaporetur aqua, & remanet Spiritus Si Sulfur ardere deſinit, accendatur fruſtis ferri rurſus candefactis & patellis injectis.

*Spiritus hic gratior eſt ſpiritu Vitrioli, ab hoc praterea quoad vires parum differens.*

## Spiritus Tartari.

℞. *Tartari albi puriſſimi* vel *ſemel ſaltem depurati* ℔iij. repleatur his retorta vitrea *ad dimidias*, colloca hanc *in arena* & recipiente capaci adlutato, per gradus deſtilla, donec omnis Spiritus ſub nebularum forma cum Oleo eſt egreſſus, tum *Oleum a ſpiritu ſepara*, filtro prius aqua vel ſpiritu vini humectato, ut Oleum remaneat, Spiritus vero tranſeat.

*In minori vero quantitate melius deſtillatur Spiritus Tartari quam majori*, hinc pro una deſtillatione *ſufficiunt libræ tres*. Tum ſi *remanenti capiti mortuo denuo adduntur* libræ tres Tartari crudi pulv. ſic major Spiritus acquiritur copia quam prius.

Et ſi *Tartarus pulveriſatus cum Spiritu vini rectificato* pauliſper humectatur, prodit Spiritus magis volatilis.

Sunt qui *Tartarum pulveriſatum cum lixivio Salis Tartari humectant*, & deſtillant, poſtea ſpiritum prolectum ſuper caput mortuum aliquoties cohobant, & prodit ſimul Sal Tartari volatile.

*Spiritus alias ſemel legitime deſtillatus, nulla rectificatione indiget.* Doſis eſt ℈j. ad ʒj.

*Vires ejus ſunt inſignes ad ciendos ſudores*, hinc eſt unum ex præcipuis Tincturæ Bezoardicæ ingredientibus, ſed propria manu paratus ſit, *non adulteratus acidus*, *prout ab aromatariis vulgo venditur*; Non enim debet eſſe acidus, ſed acidum deſtruens. Qui vero ex Tartaro tanquam acido, Spiritum acidum prætendit, ſimplex eſt, & à Pharmacopæis decipitur, vel ei rectificando ſiſtunt Tartari ſpiritum majorem partem volatilitate privum, nullius valoris.

*Oleum Tartari fœtidum* ſi cum Sale Tartari rectificatur, non ſolum Oleum prodit rectificatum & ſubtilius, ſed & ſimul Sal Tartari elevatur egregium.

Inſignis etiam deſtillatur Spiritus Tartari urinoſus ex fœcibus vini exſiccatis, modo tecto vaſe fiat exiccatio, ne in verminoſam putredinem abeant. Exiccatæ vero fœces per retortam deſtillentur ut eſt artis.

## Spiritus Tartari Volatilis compoſitus *Le Mort*.

℞. *Tartari crudi Rhenani* ℔ij. *Fæcum vini expreſſ.* ℔iiij. *Salis Tartari* ℔ß. *Calcis vivæ* ℥iiij. *Alcohol vini* ℥ij Miſce, digerantur ſimul in retorta vitrea, & in fimo equino poſita per 8. dies, tum per arenam deſtilla lente, alias Spiritus impetuoſus facile vitra rumpet, deſtillatione finita, ſepara Oleum à ſpiritu, Spiritum vero, ſuper fœces, ad albedinem calcinatas, bis rectifica, ſic ſubtiliſſimus evadit Spiritus, & ſi quid Salis volatilis aſcendit, cum Spiritu miſceatur.

Spi-

## Spiritus Tartari Volatilis quem propria manu elaboravi.

℞. *Salis Tartari* cum *calce viva* calcinati & rurſus elixiviati ac ſiccati ℔j. *ſolvatur in ſ. q. Aquæ ut fiat lixium forte*, huic calenti ſenſim adde *Tartari crudi ſubtiliſſime pulveriſati* ℔j. vel tantum quantum ſufficit ad efferveſcentiam nonamplius excitandam, hoc facto in fermentatione ſive digeſtione diutius ponantur, tum abſtrahatur phlegma per alembicum ad ſiccitatem, phlegmate remoto recipiens magnum applicato, & ex retorta per arenam Sal ſiccum deſtilletur, ſic *prodit Spiritus ſubtiliſſimus cum Sale Volatili* omnem alium Spiritum Tartari longis paraſangis antecellens, præcipue *ad ſudores movendo, obſtructiones pertinaciſſimas reſolvendas &c.*

## Spiritus Terræ Sigillatæ.

℞. *Terræ ſigillatæ* q. l. immitte retortæ forti, & ex igne aperto deſtilla, donec fumus prodire ceſſat, ſic obtinebis phlegma acidulum, *à phlegmate vitrioli parum diſtans*, tam ſaporis quam & virium ratione.

Locum hujus optime ſupplere poſſe *Clyſſum antimonialem*. B. D. ETTMULLER vult *comment. Ludov.* & melius ſane erit ac Spiritus ille Terræ Sigillatæ ita dictus, quem noſtrates affuſo liquido in copia diſpenſant, exiguarum ſane vel nullarum virium, niſi opinione tenus.

## Spiritus Viride æris *Zvvelff.*

℞. Viride æris cryſtalliſati, ſive cryſtallorum Viride æris ℔j redigantur in pulverem, pulvis immittatur retortæ vitreæ probe loricatæ, hanc furno reverberii impone, & adlutato recipiente juncturisque probe clauſis deſtilla igne gradatim aucto, donec omnis Spiritus eſt prolectus, qui in alembico per arenam eſt rectificandus.

Spiritum hunc tanquam Alcaheſt prædicat ZWELFFERUS, cum ſolutionem præſtet, & tamen integris virib⁹ à ſoluto abſtrahi rurſus queat. Porro eum prædicat in Epilepſia, Apoplexia, affectione Hyſterica, Hypochondriaca &c. BASILIUS eum ad Epilepſiam in ſpecie commendat. Doſ. ℈ß. ad ℈j. cum Vehiculo idoneo.

## Spiritus Vitrioli prout eum *P. A. Renov deſcribit.*

℞. *Vitrioli communis* q. l. ut eo cucurbitæ vitreæ humilis pars media adimpleri queat; pone hanc in MB & capitello adpoſito ac recipulo adlutato deſtilla, quousque omne phlegma prodijt, quod *Ros Vitrioli vocatur.*

*Si hic Vitrioli Ros* ſuaſu ETTMULLERI à novo vitriolo deſtillando cohobatur, admodum in ſua efficacia ſulfurea exaltatur, *& in morbis acutis egregie conducit* quia Acidulas nativas ſapit; ſic & ambuſtis externe optime medetur.

Hoc facto *cucurbitam cum relicto vitriolo igni arenæ impone*, & deſtilla ulterius, donec hoc igne nil amplius expelli queat, ſic *prodit Spiritus Vitrioli Volatilis dictus.*

*Quod in cucurbita remanſit, retortæ probe loricatæ immitte*, tertiam ejus partem vacuam relinquendo, & recipiente capaci adlutato, deſtilla ex igne aperto gradatim aucto, donec Spiritus vitrioli ſub nebularum forma prodire ceſſent, igne licet fortiter urgente. Tum *ſtatim recipiens removeatur*, ne in caput mortuum ſpiritus regrediantur, qui aſſervari debebant.

LEMERY optimum remedium hunc Spiritum prædicat *ad aſthma & pectoris morbos* ſed quam erronee experimentum vidi, ubi veteranus quidam cum eo caſtoreum extrahendo, & pro Tinctura caſtorei propinando, in affectu quem hyſtericum credebat, loco laudabilis effectus pulmones corrodebat, & homicidium agebat, prout ſectio poſt mortem monſtrabat.

*Habent quidem Spiritus hi acidi ſuum laudabilem uſum in ſanguinis diſſolutionibus &c.* ſed hoc probe prius ſit inveſtigatum, antequam ad eorum uſum Medicus accedat: *nocet* enim certo Spiritus hic corroſivus acidus *ſpleneticis*, in quibus alias pr.n. acidum luxuriat, *nocet & hyſtericis*, ex eodem fundamento, *nec Pulmonibus debilibus quid magis nocet quam hic ſpiritus*, certo enim eos corrodit; *neque in Febribus ardentibus* præcipue Hungaricis *tuus & ejus uſus*, præcipue ſi ex mala diæta contracta ſit talis Febris, ubi acidum, in primis viis luxuriat, & ex coagulo malum dependet.

P 4 Spi-

## Spiritus Vitrioli magis Volatilis mihi uſualis.

℞. *Vitrioli boni* ℔x. *ſolve hoc cum aqua pluviali*, ſolutio ebulliat in olla capaci ferrea, cui *adjice Limaturæ vel recrementorum ferri* ℔v. ſic cum ferro *omnes impuritates vitrioli ad fundum præcipitantur*, tum liquorem puriorem filtra, & in MB. lente evapora, ac cryſtalliſari vitriolum permitte, ſic rudiori acido ſpoliabitur, & magis volatilem facile fundit Spiritum.

Recipe *Vitrioli hujus depurati* ℔v. plus, minus, pro retortæ capacitate, *aſperge cum modico Spiritu Vini rectificati*, & retortæ immitte, luto probe obductæ, ut una tertia pars reſtet vacua; atque recipiente magno adhibito; juncturisque exacte lutatis, ignem adhibe ſ.a. per gradus, & intra 12. horas obtinebis Spiritum cum Oleo, quæ aſſerva- & ſi phlegma ſeparatum velis, rectifica, aut *ne phlegmatis multum fundat vitriolum, primo leni calore ad albedinem calcinetur*.

## Spiritus Vitrioli *Nobil. de Mulin, Bernenſis Helveti, curioſi.*

℞. *Vitrioli Hungari* ℔xxx. calcinetur ad albedinem, tum *ſucceſſive deſtilla* per retortam ſ. a. igne per 40. horas continuato, fortiſſimo, interea dum prima hæc deſtillatio eſt peracta, *recentem retortam vitriolo repletam furno impone*. & adlutato recipiente maximo deſtilla ut prius. *Caput mortuum vero à prima deſtil-*

*deſtillatione relictum pulveriſa. & aqua calida affuſa* ſolve, hinc inde agitando vitrum ne conglomeretur maſſa, per horæ quadrantem ita agitata, calori cinerum impone cucurbitam, per 12. horas *& extrahetur Vitriolum adhuc contentum*; Aquam vitriolo prægnantem decanta, & recentem calidam affunde, & in calore extrahe, donec aqua nullo amplius ſapore eſt imbuta, tum filtra ſolutiones, & in vaſe plumbeo coque ad cuticulam & ad cryſtalliſandum repone: ſucceſſivis vicibus, donec omnis aqua in cryſtallos abiit. *Ita vero procede poſt unamquamque deſtillationem, ex Capite mortuo vitriolum extrahendo*, inſpiſſando & cryſtalliſando.

Et *ſi tantum Vitrioli ex una vel altera deſtillatione ex capite mortuo fuit extractum, ut ſufficiat pro deſtillatione*, tum hoc extractum Vitriolum, *denuo in Spiritum deſtilla*. Poſtea caput mortuum rurſus elixivia, ut ſupra, & inſpiſſa in ſuo vaſe plumbeo, ac cryſtalliſa.

Hoc tum *relictum vitriolum rurſus deſtilla*, ac ſemper caput mortuum extrahe, *donec tandem nullum amplius vitriolum reſtet, in Capite mortuo* & hoc ſub nigricante maſſa relinquatur, ex qua pulveriſata non amplius vitriolum, *ſed Sal incarnati coloris, evaporando & elixiviando extrahatur*.

Spiritus qui ex omnibus illis deſtillationibus prodiit, conjunctus ex retorta leni igne rectificetur, ſic phlegma abſtrahitur: Huic tum *dephlegmato ſpiritui, redde Sal proprium incarnati coloris*, & per retortam deſtillando conjunge, ultimo fortiori igne pellendo, ſic eris conſequu-

tus

tus Vitriolum magni momenti, & virium, quem *ſi cum alcohol vini aa. exaltaveris*, habebis circulatum non minoris valoris, quo cum in metallis ſolvendis multa præſtabis, *nec in Medicina erit abſque notabili efficacia.*

## Spiritus Vitrioli ant-Epilepticus quem *Hartmannus, Ticho à Brahe*, imo *tota Dania pro arcano olim habuerunt.*

℞. *Vitrioli Hungarici depuratiſſimi* q. l. calcinetur ad flavedinem, & dum adhuc fervet *infunde ei urinam hominis ſani*, ut probe diluatur vitriolum & fiat maſſa liquida, digere octo horis in leni calore MB. Tum ei *adde Terræ figulinæ ſiccæ duplum*, ut fiat maſſa ſicca, quam retortæ immitte, & recipiente appoſito ex igne aperto deſtilla; quod prodiit ſuper caput mortuum cohoba, & demum per retortam vitream rectifica, & ſerva.

## Spiritus Vitrioli ant-Epilepticus *Pharm. Nor.*

℞. *Vitrioli Hungar.* ℔iiij. *Urinæ puerorum ſanor. recent. collect.* ℔viij. Digere vaſe clauſo aliquandiu in MB. poſtea in eodem deſtilla ad ſiccitatem, & *prodit duplex phlegma*, *ſeorſim aſſervandum.* Caput mortuum ex retorta terrea forti igne nudo intenſo, paulatim urge: Sic prodeuntibus confeſtim ſpiritibus, *emanat liquor pretioſiſſimus*, odoris ſulfurei, & ſaporis auſteriuſculi, qui per retortam ſemel atq; iterum

rum rectificetur, ac in vitro probe clauſo asſervetur.

*Horum Spirituum Spiritus prædicantur inſignes in caduci miasmate expungendo, ut eſt in Mania, ac aliis Spirituum morbis.*

## Spiritus Vitrioli Martis *Cl. Hoffmanni.*

℞. *Vitrioli Martis* q. l. & quidem *non calcinati*, immitte retortæ vitreæ probe lutatæ, & recipiente amplo adpoſito, ac commiſſuris probe lutatis, ex igne aperto deſtilla ſecundum ignis gradus, tandem *fortiſſimo igne per duos dies*, donec nullæ amplius nebulæ prodeant, *Spiritum prolectum capiti mortuo reaffunde*, & ex retorta nova denuo deſtilla, & prodit ſpiritus, nulla rectificatione indigens.

*Spiritus hic Vitrioli Martis, odoris ſulfurei, tractu temporis violaceum acquirit:* Cæteroquin ſaporis eſt gratiſſimi & *in juſculis* ablatus non ſolum *roborando ventriculo optime conducit*; ſed & præ Spiritibus aliis acidis, ut mitior, in omnibus illis conducit affectibus, ubi acidis opus eſt, & *ſi cum Spir. Vini circulatur*, & ſæpius cohobatur, fit inde Spiritus inſignis cephalicus.

*Caput mortuum relictum, optimi Croci Martis adſtringentis locum ſupplet.*

## Spiritus Vitrioli Philoſophicus dictum.

Nil aliud eſt, niſi *Spiritus Salis*, ex Mercurio ſublimato, in Butyro Antimonii rectificatus: fit enim

enim ex Aqua, mediante qua Mercurius vitæ edulcoratus eſt, hæc ſi evaporatur in MB. *remanet liquor flavus acidus*, vulgo Spiritus Vitrioli Philoſophicus dictus.

Sed teſte B. ETTMULLERO, HOFFMANNO, &c. ſaltem eſt ſpir. Salis regeneratus, ut dictum.

Convenit alias Stomacho debili, unde *eſt ingrediens Elixiris Stomachali*, D. MICHELS, præterea *in variolis, morbillis*. Cum eo parata *Tinctura bellidis, roſarum* &c. non eſt contemnendi effectus, tincturæ antivarioloſæ WALDSCHMIDII haud poſtponenda.

## Spiritus Vitrioli Volatilis à me caſualiter inventus.

℞. *Caput mort. Vitrioli*, quod intenſo igne haud adeo Spiritibus exhauſtum fuit, & *Salis Armoniaci aa.* p. æq ſubtiliſſime pulveriſata miſce exacte, & ex cucurbita terrea vel ferrea, juncturis probe clauſis deſtilla, ſic *aſcendent flores obſcure flavi*, prodeunte ſimul Spiritu, *phlegma Vitrioli acuto odore referente*. Deſtillatione peracta *remanentiam* in pulverem redactam *ſolve aqua calida*, & Sal extrahe, ſolutionem filtra, & evapora, ſic pars quædam Vitrioli cryſtalliſabitur *pars vero alia, odoris acerrimi coagulari renuit*: huic adde *Spiritus vini rectificati* q. l. vel æquale pondus, & per retortam ex arena deſtilla, ac prodit Spiritus Vitrioli volatilis, ſtriatus, gratiſſimus.

Spi-

## Spiritus Vitrioli Coagulatus.

℞. *Sal. Vitrioli incarnati coloris* prout hoc in proceſſu Spiritus Vitrioli. NOBILIS de MULINEN edoctum fuit q. l. & *cum Spiritu Vitrioli* repetitis vicibus coagula.

Vel juxta C. D. LUDOVICI.

℞. *Spiritus Vitrioli boni* q. l. abſtrahe eum à dimidio, vel paulo minus *Nitri crudi*, ſic cum ſimultaneo aquæ fortis una colligendæ proventu, nitroſis Spiritibus abeuntibus, *acquires polychreſtum, citra abuſus tutum, nec injucundum Spiritum Vitrioli Coagulatum.*

## Stomachicum Poterii *juxta Clauderum ephem. Cur. Dec. II. An. IV. p. 263.*

℞. *Nitri pulcherrimi* q. l. pulveriſetur & *agitetur per tempus biſtillo ligneo, ut omnem deperdat humiditatem*; Vel Nitrum tenuiſſime pulveriſatum & *cum arena mixtum, igne reverberii calcina*: Poſtea hoc vel illo modo ſiccatum Nitrum, aqua pluviali *ſolve, & in Sal rurſus evapora* quod ut ab initio *piſtillo ligneo pulveriſa & agita*. atque laborem hunc aliquoties reitera, donec fiat omnis ſaporis expers, & cryſtalliſetur in pulcherrimos cryſtallos.

Hoc facto ſume *Nitri ita parati* & *Sulfuris communis aa.* q. l. ſubtiliſſime pulveriſata commiſce, & pulveris ℥ß. per vices, *ollæ fictili non vitreatæ* in anemio prius candefactæ immitte, *hoc detonando conſumto*, perge pulverem per vices injiciendo, olla ſemper undique candente donec omnem pulverem injeceris, tum olla operiatur tegula

tegula, nec carbones ingrediantur, impone vero carbones ad dimidii pedis altitudinem, & ita relinque donec vas refrixerit, tum *exime maſſam ex albo rubeſcentem*, quam denuo ſi placet aliquoties aqua pluviali ſolve, & in cryſtallos puriſſimos coagula.

Tum recipe *Reguli Antimonii Martialis* part. viij. *Auri fini* p. j. fluant hæc in crucibulo, tum *addatur Nitri jam parati*, ſucceſſivis vicibus, triplum, & in fluore ſtent per 12. & 15. horas poſtea *refrigerata maſſa edulcoretur, aliquoties*, aqua ſolvendo & rurſus coagulando. Sic *pro doſi ſufficit granum unicum, extinguit quamcunque febrilem materiam.*

## Sulfur Antimonii *Ludovici*.

*Ex Antimonio cum Sale Tartari*, vel *Nitro fixo* fiat forti igne maſſa, ex qua *beneficio Spir. vini* extrahatur Tinctura, prout in deſcriptione Tincturarum Antimonii reperies, Tinctura talismodi, alcalino mediante, facta, *præcipitetur cum aceto deſtillato, vel cum Spiritu Vitrioli*, ſic cadit Sulfur Antimonii purum & fixum, quod Cl. LUDOVICI omnibus reliquis ex antimonio, præfert, tanquam *diaphoretica vi præ aliis conſpicuum.*

## Sulfur Antimonii inflammabile.

℞. *Antimonii crudi minutiſſ.* pulv. ℥j. *Aquæ Regiæ* ℥iiij. contineatur aqua hæc cucurbita oblonga, tum *per vices injiciatur aliquid Antimonii pulv.* ſemper poſt injectionem expectando, *donec efferveſcentia ceſſet*, pulvere omni injecto,

cto; ponatur vitrum in digeſtione per xxiij. horas tum effundatur ſolutio in ollam aqua pura repletam, & aqua evadet lactea, quæ decantetur ſtatim in aliam ollam mundam, *& in fundo relinquetur pulvis craſſus & gravis*; qui eſt ipſum Antimonii Sulfur, edulcoretur hoc toties aqua pura, donec aqua non amplius evadat lactea ; tum ſicca Sulfur & aſſerva, eſt verum inflammabile Antimonii Sulfur, quod *tantopere laudatur ab antiquis Chymicis, ex quo Tincturam quærunt pro ſuo lapide tingendo.*

*Habetur alias pro inſigni diaphoretico. Doſi granorum* iij.

*Aqua Lactea* quæ decantata fuit ſi per tempus reponitur & quieſcit, albedo fundum petit, a qua, aqua ſupernatans decantetur, & nova aqua addita pulvis edulcoretur, per filtrum ſeparetur & in charta ſiccetur, ſic habebis *Flores antimonii albiſſimos qui* Doſi gr. iij. vel iiij. *per alvum tantum leniter purgant.*

De Sulfure Antimonii per ▽am Regiam conficiendo, videatur TACKENIUS *in ſuo Hippocr. Chymico. c. 23.*

## Sulfuris communis depuratio *juxta Zvvelff.*

℞. *Ceræ flavæ* & *Sulfuris crudi aa.* p. æq. liquefiant in patella terrea leniſſimo igne, *cavendo tamen ne Sulfur accendatur*, tum in aquam calidam projiciantur, ſic *ſeparabitur Sulfur à Cera, & fundum petit*, cera ſupernatante, fœtore ac impuritate à Sulfure in ceram translatis.

Si

Si cui lubeat, poterit reiterare fuſionem Sulfuris cum Cera, donec Sulfur habeat ſic ſatis pro opinione depuratum.

## Sulfur Vitrioli Anodynum *Zvvelff.*

℞. *Vitrioli Hungarici* opt. ℔j. *Solvatur in ſ. q. Aquæ ſimpl.* ſolutio filtrata aſſervetur, tum *ſume laminas ferreas, vel & limaturam Martis*, humectentur ſæpius cum aſſervata Vitrioli ſolutione, & toties iterum ſiccentur calore leni, usque dum in rubicundam vertuntur maſſam; Huic in pulverem redactæ, *ſuperaffundatur aceti deſtillati* q. ſ. ad digitorum quatuor vel quinque eminentiam; in vitro magno & ſatis largo; digerantur igne arenæ ſatis intenſo, *ut acetum tingatur*, tum calens effundatur tinctum hoc acetum, & ſuperaffundatur aliud; idque reiteretur ſæpius, donec nulla amplius rubedine affuſum tingatur acetum.

Hoc facto *confundatur omne acetum tinctum*, ac ei guttatim inſtilletur *Oleum Tartari per deliq.* Sic præcipitabitur Sulfur Vitrioli pulveris flavi adinſtar; pulvis hic ſubſidentia conceſſa, ab aqua per decantationem liberetur, vel per chartam à pulvere ſeparetur aqua, filtrando, & pulvis aqua tepida ſæpius affuſa probe edulcoretur, poſtea *phiolæ incluſus in arena ad rubedinem pauluſper calcinetur*, & tum paratum Vitrioli Sulfur anodynum aſſervetur.

Perplacet D. BARCKHAUS ſententia, quam de hoc Vitrioli Sulfure anodyno habet *in ſua Pyroſo-*

*roſophya*; quod ſcil. *Veteres cum ex perverſo opii uſu ſæpe contrarium effectum obſervarint, hunc opio adſcribentes* ſolliciti fuerint aliud quærere anodynum, *quod ſoporem non cauſaret*; unanimi conſenſu *hoc ex Vitrioli fieri poſſe crediderint*, ſed irrito cum effectu, quippe Pulvis ille ex Vitriolo in aqua ſoluto, tum ope alcali præcipitato, minime viribus illis gaudere ſe expertum eſſe ait, *neq; Pulverem illum aliud eſſe quam ipſum metallum, antehac ab acido corroſum*, jam vero rurſus ſui juris factum, & à copula acidi liberatum; mediante que fortiſſimo igne demum in metallum redigendum. Aſſentit Cl. HOFFMANNUS qui itidem nil aliud hoc *Sulfur Vitrioli putatitium* eſſe credit, quam *ſubſtantiæ metallicæ*, à Vitriolo ſeparatæ, portionem, &c.

## T.

## Tartarus Depuratus & Cryſtalliſatus.

℞. *Tartari crudi quantitatem ſufficientem* vel quantum libuerit, pulveriſetur groſſe ſaltem; & *aqua frigida affuſa lavetur, turbidam effundendo*, ſubſidentia ſaltem pauliſper conceſſa, tum recentem affundendo, & ſic pergendo, donec ſordes potiores ſunt ſeparatæ, & aqua affuſa clara defluit.

Tum ſi ulterius depuratum expetis, *immitte lotum hunc Tartarum veſicæ* pro quantitate Tartari, capaci, & Aquæ quantitate affuſa, *fortiter coque* per horam, ſub finem coctionis *adjiciendo aliquot ovorum albumina*. cum aqua ſimplici conquaſſata, ut relictas & ſolutione ſeparatas impuritates in ſe recipiant.

Hinc per manicam Hippoc. coletur Decoctum calide, *& ſi quid remanſerit Tartari nondum ſoluti, reiteretur decoctio*, donec omnis Tartarus operi deſtinatus ſolutus exiret; quem ut prius cola. Tum vero *omnes colaturas conjunctæ, & in loco frigido repone*. ſic refrigerata aqua, vaſis lateribus partim adhærentem, partim in fundo ſubſidentem & multis adhuc dum impuritatibus permixtum reperies; aqua ſæpius affuſa denuo abluendum, qui vero tartarus unica hac ſolutione depuratus, etſi ex omni parte cryſtallinus haud ſit, *melius tamen eſt ſæpius ſoluto & rurſus in frigido concreto*; Volatiliores enim acidæ partes inter coquendum multum exhalant, & cremori ſua aciditate multum deperdit.

## Tartarus Chalybeatus *Etmülleri comment. Ludov.*

℞. *Salis Eſſentialis*, ſive *Terræ foliatæ Tartari* p. ij. *Vitrioli Martis rite parati* p. j. Hæc in mortario lapideo trita liqueſcant, tum ſub tritura blando igne in pulverem rubicundum vertantur ſiccandum & pulveriſandum, ita *emergit Pulvis obſcure rubeus in morbis chronicis.*

Doſ. gr. xv. ad ℈j. nobis uſitatus.

Eſt Tinctura Vitrioli Martis ſicca ZWELFFERI. Vel ℞. *Cremoris Tartari* part. ij. *Vitrioli Martis*, part. j. Solutioni Vitrioli martis calidæ addatur cremor Tartari, tum *invicem bulliant blando igne*; poſtea omnia ſoluta permittantur concreſcere in loco frigido, vel & ebulliendo inſpiſſentur, ut conſiſtentiam duram acquirant. *Cujus Doſis eſt* ℈j. ad ʒß. ETTMULLER. *comment.* LUDOVICI.

## Tartarus Emeticus nunc ubique uſuali.

℞. *Croci metallorum edulcorati & ſiccati*, ac *cryſtallorum Tartari aa.* ℥viij. ſubtiliſſime pulveriſata miſceantur, & ollæ forti probe vitreatæ immittantur; *cum affuſa fontana*, *ut multos emineat digitos*, hinc *coque leniter*, ne ollam transcendat; Si vero eousque aqua decocta eſt, ut quaſi *ſtellulæ*, *ſive cuticula appareat*, tum aquam ita calidam, *quam citro ſiltra*, alias in filtro concreſcit Tartarus, qui aqua filtrata, ad vaſis latera, & fundo alias ſubſidet; *Relicta in olla* & filtro *materia*, *recentem affunde aquam* & ut prius coque, ac procede, donec omnis Tartarus additus rurſus eſt elixiviatus, viribus croci metallorum prægnans, qui ſiccatus aſſervetur.

*Præbet vomitorium ob doſeos commoditatem non ſolum, ſed & ſecuritatem, reliquis omnibus vomitoriis fere anteferendum.*

Doſi gr. iij. vel iiij.

# Tartarus Solubilis.

℞ *Salis Tartari* ℥iiij. his in Aquæ ferventis menſuris ij. vel ℔xij. ſolutis, alternatim *inſperge Cremoris Tartari parum*, & efferveſcentia ſedata, iterum parum; & hoc continua donec inter ebulliendum, Tartarus injectus non amplius efferveſcit, *& Sal Tartari ſaturatum, nullum amplius cremorem aggreditur* ſed eundem indiſſolutum relinquit. Tum filtra ſolutionem & ad ſiccitatem inſpiſſa, cavendo ne in fine comburatur, hinc ſenſim omne humidum in fine leni calore poterit exhalari, & ſiccatum Sal aſſervari.

Vel ℞ *Cryſtallorum Tartari* ℔ß. ſolve coquendo in aquæ ℔viij. vel ultra, cryſtallis rite ſolutis affunde *Lixivium Salis Tartari*, ſenſim inſtillando tam diu, quam diu invicem efferveſcunt; hoc facto *ceſſante efferveſcentia filtra liquorem*, & eum ſenſim decoquendo *evapora*, *ad ſiccitatem*, *& ſerva*.

*Habetur hic Tartarus pro inſigni Diuretico & lithontriptico, atque aperitivo. Purgantibus additus, eorundem operationem citra tormina egregie promovet.*

Dóſis eſt à ℈ß. ad ℥j.

*Cum Spiritu vini ſolvitur hic Tartarus*, & inde conſtituit egregiam *Tincturam Diureticam* teſte ETTMULLERO *comm. Lud.*

## Tartarus Tartariſatus eſt idem *Tartarus Solubilis.*

## Tartarus Vitriolatus ordinario modo paratus.

℞. *Olei Tartari per deliquium parati* q. l. immitte hoc cucurbitæ vitreæ, & ei *inſtilla Spiritus Vitrioli guttatim*, tantum, donec efferveſcant, ſic ſenſim *ad fundum præcipitabitur Tartarus Vitriolatus*, qui colligendus & ſiccandus, liquor vero reliquus decantatus ad cuticulam evaporetur, & ad cryſtalliſandum reponatur, quod reliquum eſt liquoris evaporetur, & Sal omne colligatur.

*Boni Spiritus Vitrioli ſignum eſt*, ſi ejus guttulis aliquot, Oleo Tartari per deliq. inſtillato, *ſtatim Tartarus ad fundum cadit*, alias nullius pretii habetur Vitrioli Spiritus.

*Habetur alias Tartarus Vitriolatus pro generali digeſtivo. & deoppilativo hinc in nephritide, obſtructione lienis, menſium ſuppreſſione, ictero, &c. frequens ejus eſt uſus.* Doſi ℈ß. ad ʒß.

## Tartarus Vitriolatus *Tackenii compendioſior.*

℞. *Vitrioli pulcherrimi* q. l. *in ſ. q. Aquæ ſoluto*, guttatim inſtilla *Oleum Tartari per deliquium*, usque dum ſolutio Vitrioli absque ulteriore turbatione permaneat limpida. Punctum hoc ſaturationis cum tædio reperiri TACKENIUS ait, cum ſi unica guttula alcali ſuperet Vitrioli acidum, vel unica guttula Vitrioli ſuper-

ſit ab alcali haud ſaturata, tum mixtura vel in alcali, vel in Vitriolum vertatur.

Rite vero facta ſaturatione *liquor evaporando in cryſtallos redigatur*, vel in Sal ſiccum exhalando convertatur.

Hunc Vitriolum Tartarum pluris æſtimat TACKENIUS ac illum ordinario modo ex Spiritu Vitrioli paratum, *cum ſimplici hac via, Sal alcali ſaltem ſimpliciſſimum illud acidum nativum abſumat* quod embrionatum metallum perfluendo eroſit, quodque naturæ noſtræ amicum præ illo eſt, quod vi ignis, Vitriolum deſtillando, elevatur.

## Thermæ Artificiales *Ettmülleri, Zvvelfferi, &c.*

℞. *Calcis vivæ* ℔iij. *Sulfuris crudi ſubtiliſſime triti* ℔j. miſceantur, & *cum ſ. q. Aquæ coquantur*, repetitis vicibus affuſa & decantata aqua, quamdiu Sulfur legitime ſolvitur, *& rubedo in decoctione apparet*; Si huic ſolutioni additur *Aquæ calidæ ſufficiens quantitas*, vel & *Decoctum aliquod ex herbis balſamicis, cephalicis, nervinis, reſolventibus* &c. largiter ſuperaffunditur, habebuntur Thermæ, *in doloribus arthriticis, membrorum contractura, paſſione colica, Scabie fœda, &c.* magni effectus.

Poterit etiam *Sulfuris ſolutio cum Sale tartari fieri*, ac ſimiliter in Thermas redigi.

# Terra Foliata Tartari ad mentem *C. Ludovici.*

℞. *Salis Tartari* ℔ß. *impregnetur Aceto optimo* vaſe ferreo, & hoc rurſus evaporetur, tum iterum aceto impręgnetur, & hoc evaporetur, atque reiteretur hic labor, donec Acetum evaporando acidum elevatur, ac affuſum fuit, tunc coaguletur Sal, & hoc cum *Spir. vini cohobando edulcoretur.* ſæpius, & ſiccatum aſſervetur.

Cl. ETTMULLER *comment. Lud.* longe compendioſus hanc Tartari Terram foliatam parare docet, nimirum *ſumatur Aceti vini, reſpectu* Salis Tartari *duodecuplum, & mediante digeſtione uniantur*, de hinc *unica ſimiliter Spir. vini abſtractio adhibeatur*, ſic bino ſaltem labore habebitur *Sal Tartari Eſſentiale, ſive Tartarus Regeneratus*, ex aceto enim Sal Tartari ſibi id unit, quod in calcinatione antea perdiderat, plus tamen ad alcalicam quam acidi naturam inclinatus, hinc *in ſpiritu vini ſoluta hæc Terra. cum acidis præcipitatur.* Facile vero cum Spiritu Vini ſolvitur & in liquorem abit, *in malo hypochondriaco, & nephritide egregii effectus.*

Terra hæc Tartari foliata, *à Sale Tartari volatili haud multum diſtat*, hinc *inſigne præſtat ſanguinis purificans, reſolvit correctiones tartareas, unde in Nephritide, inſignis ejus eſt uſus.*

Si ſal ſiccatum reponitur ut liqueſcat, præbet *menſtruum ad Elixir Proprietatis abſque acido*

*conficiendum*, non contemnendum, ſed magni faciendum.

D. MAETS *in Collect. Leid.* ſumit *Salis hujus cum aceto impregnati*, nondum vero cum Spiritu Vini edulcorati ℔j. huic *addit Salis volatilis urinæ* ℥iß. *Camphoræ* ℥j. ſublimat ſ.a *ita ſe obtinere dicit Sal volatile maximarum virium*, *in arthritide ſpecificum*. Doſiâ gr.vj.ad ℈j.

Et ſi menſtruum deſideretur potentiſſimum, *ad Elexir volatile Paracelſi* elaborandum, cujus mentionem facit *Helmont*. ℞. *Salis hujus volatilis* ℥j. *Alcohol vini fortiſſ.* ℔j. Macerentur ad ſolutionem Salis, ſic paratum erit *menſtruum ad Eſſentias vegetabilium*, *animalium*, *& multorum mineralium extrahendas*, *& per alembicum deſtillandas.*

## Tinctura Anodyna *Boylei Alcalina.*

℞. *Opii & Salis Tartari aa.* ℥j. invicem tritis affunde *Vini Rhenani generoſioris* ℔j. ſtent in digeſtione ut ſolvantur, hinc extractio filtrata evaporetur ad conſiſtentiam mellis ſpiſſioris, tum *mediante Spiritu vini extrahatur Tinctura*; & hæc ſi lubat, abſtrahendo Spiritum, in extractum leni calore redigatur.

## Tinctura Anodyna *Ludovici Acidula.*

℞. *Opii cujuſcunque* ℥j. *Aquæ Apoplecticæ noſtræ* ℥iiij. *Roris, ſive Spir. Vitrioli roridi* ℥v. ſtent

in

in digeſtione, donec opium maximam partem eſt ſolutum, poſtea filtrata vel decantata Tinctura ſervetur ad uſum.

*Praſtat hac Tinctura in dolorificis, & ab exorbitante Spirituum modo, defatigantibus malis, utpote malignarum complurium initiis, vomitu, Diarrhea, Nephritide, Rheumatismo &c. plus quam integra remediorum aliorum phalanx.* Doſ. gtt. vj. ad xx. & ultra,, præprimis noctu cum aliis propinata.

## Tinctura Antimonii *P. A. R.*

℞. *Antimonii electi* ℔ß. *Tartari* ℔j. pulveriſata & mixta fluant in crucibulo per horam, poſtea *cum Spiritu vini fiat extractio*, & liquoris tineti ad remanentiam partis tertiæ, abſtractio.

## Tinctura Antimonii *Le Mort.*

℞. *Minera Antimonii* ℔ß. *Salis Tartari* ℔j. fluant & detineantur in igne vehementiſſimo per 6. vel octa horas, tum pulveriſatæ maſſæ affundatur *Spiritus Vini Tartariſatus* ad digitorum aliquot ſupereminentiam, digerantur diebus aliquot, quouſque probe tingatur Spiritus, qui decantetur.

## Tinctura Antimonii alia.

℞. *Antimonii, & Salis ex aa. Nitri & Tartari* detonati aa. ℔j. Coquantur cum *Aqua* ℔vj. ſolutio filtretur, & ad conſiſtentiam melle paulisper liquidiorem evaporetur. Tunc huic liquori melleo affundatur *Spir. vini ſupra cine-*

*res clavellatos rectificatiſſimi* q. ſ. & extrahatur Tinctura elegantiſſima.

## Tinctura Antimonii acris.

℞. *Mineræ* ♁, vel *Antimonii crudi pulcherrimi* ℔j. *Salis tartari vel cinerum clavell.* ℔j. ℥iiij. *calcis vivæ* ℥iiij. Omnia ſeorſim probe pulveriſata miſceantur, & tigillo immiſſa, probe fluant, tunc maſſam effuſam, & quàm calide pulveriſatam, cucurbitæ vitreæ immitte, eique affunde *Spir. vini rectificatiſſimi* ℔vj. ac ſtent in leni calore, ſic intra tres dies extrahetur Tinctura pulcherrima.

## Tinctura Antimonii mihi uſualis.

℞. *Animonii Hungarici* opt. ℔ß. Salis ex ⦶i & Tartarii aa. detonatis facti ℥xij. fluant probe in tigillo forti, & *adjice eis ſenſim carbones pulveriſatos*, atque hoc continua, donec nulli carbones amplius ſuper maſſam fluentem alacriter deflagrari volunt, tunc *relinquatur maſſa in igne per horam, & probe fluat*, poſtea effundatur in conum calefactum, ac ſtatim quam *calide pulveriſetur, eique affundatur Spiritus vini rectificatus*. quo tincto alius affundatur, & hoc continuetur, donec ſ. q. Spiritus tincti habeatur.

*Generalis omnium Tincturam ex Antimonio uſus eſt, ut ſanguinem purificent, id eſt, ut tanquam medicina alcalia acidum deſtruant, atque obſtructionum omnium cauſam viſcidam vel attenuent, vel ad minimum, ne generetur, evitent.*

B. Cl. ETTMULLER *comment. Lud.* aliis omni-

omnibus Antimonii Tincturis *eam præfert, quæ per menſtruum urinoſum, Sal* videlicet *Tartari volatile*, vel *Spiritum Salis Tartari volatilis*, ex *ſcoriis Reguli Antimonii parata eſt.*

Alias etiam non minoris fere conditionis Tincturam inde extrahit *Spiritus vini cum Sale Armoniaco acuatus*, qualem KERCKRINGIUS *in commentario ad currum Triumphalem* BASILII, tradit.

*Duplicis generis, Tincturæ ex antimonio elici poſſunt*, una *ex Sulfurea parte magis volatili*, per Sal quoddam alcalicum recluſa; Altera ex *Sulfure Antimonii magis fixo aureo*, per acida menſtrua, extracta

Hæc eſt altioris indaginis, quam curioſiores Chymici ſemper indagarunt, & vel ex Vitro vel Regulo, utpote Sulfure magis volatili ſpoliatis confecerunt, quamque BASILIUS *in ſuo curru triumphali* parari docet, ceu magis penetrantem & diaphoreticam.

## Tinctura Antimonii *Margr. Collect. Leid.*

℞. *Vitri Antimonii per ſe parati, & ſi pellucidum haud ſit*, modo probe ſit percoctum ℥ij. *redigatur in ſubtiliſſimum pulverem*, eique in vitro affundatur *Spir. Veneris ſive Alcaheſt Zuvelff.* ℥viij. digerantur 14. diebus, donec Spiritus probe tingitur, tum decantetur Spiritus tinctus, & reponatur, & ſi quid fæcum depoſuerit, iterum ab his decantetur, & hoc fiat, quam diu aliquid deponit. Hoc facto *abſtrahatur Spiritus per retortam*, vel

vel MB. leni igne ad ſiccitatem, *ſic recuperabitur Spiritus Veneris*, in fundo vero relinquuntur *rubicundus pulvis*, cui affunde *alcohol vini* & extrahatur Tinctura; & ab hac pro lubitu dimidia pars alcohol vini abſtrahatur leni MB. calore, ſic *remanet Tinctura Oleoſa, & genuina Antimonii Eſſentia.*

Aſſentit Cl. ETTMULLER *in ſua Pyrotechnia*, qui Vitrum Antimonii Tincturæ parandæ præ reliquis inſervire aſſerit, cum ab eo Sulfur crudum ſit maximam partem ſeparatum, ſolare vero internum Sulfur extraverſum. Et hanc ob cauſam etiam BASILIUM VALENTINUM, Vitrum Antimonii pro ſua Tinctura ſelegiſſe ait, ſic & HELVETIUM ex Vitris mineralium & metallorum ſuas parare Tincturas aſſerit, quarum tamen menſtruum ſilentio involvit, *putat tamen ex Spiritu Veneris & cryſtallis procedere.*

D. BARCKHAUS ſequentem tradit *Tincturam Antimonii* BASILII.

℞. *Vitri Antimonii ſubtiliſſ. triti* q. l. huic affunde *Spiritus Veneris* q. ſ. ad extractionem Tincturæ, quam per decantationem à vitro ſeparatam exhalare ſine, quousque leviter ſiccetur. Huic affunde *menſtruum ex Vini rectificati*, p. ij. *& Spir. Urinæ rectif.* p. j. per cohobationem unitis factum; atque extrahe Tincturam, tum Spiritum ad dimidias abſtrahe, quem iterum atque iterum Tincturæ affunde, & absque ea per cucurbitam abſtrahe, in fine autem usque quarta pars Tincturæ remanſerit, quam *tandem retortæ immiſſam, ex arena deſtilla*, donec guttæ flaveſcere incipiunt; Amoto recipiente,

te, aliud recipiens retortæ annecte, & *Tincturam inſtar Olei rubicundi propelle*, *cujus Doſis* à gtt. j. ad v.

D. MAETS ad Tincturam ex vitro eliciendam, ſequens menſtruum parere docet:

℞. *Cryſtallorum Veneris* part. ij. *Sulfuris mineralis* quod bene nota, part. j. *terantur in alcohol*, & exacte mixta, *deſtillentur ex retorta vitrea* primo leni igne, & ſucceſſivis gradibus ad totalem fumorum expulſionem. Sed quoniam ſimul aliquid florum Sulfuris aſcendit, & liquorem inquinat, hinc *rectificetur aliquoties*, *ut fiat clarus*: cum hoc Aceto ut vocat acerrimo, tum ex vitro in alcohol redacto, ſucceſſivis vicibus affuſo, & de die aliquoties bacillo ligneo agitando, quod probe notari vult, Tincturam extrahit, à quo tum deſtillando vel evaporando liquorem abſtrahit ad oleoſitatem, cum *Alcohol vini* affundit, idque Tinctura Antimonii prægnans ad dimidias evocat; ut in priori proceſſu.

Tum ſumit *Croci Solis* part. j. *Tincturæ hujus* part. iij. digerit & evaporat leni igne ad ſiccitatem, ſic *obtinetur Tinctura ſicca aurata* cujus Doſis à gr. ij ad vj. Liquidæ vero à gtt. v. ad xv.

*Laudatur in omnibus morbis per ſudorem curabilibus, præcipue in Lepra, Lue venerea, Scabie maligna & inveterata, contracturis, Apoplexia &c.*

## Tinctura Aperitiva Mœbii.

Hæc varie à variis traditur; D. BARCKHAUS eam ſequentem in modum habet. ℞. *Spir. Salis* q. l. huic per vices *inſperge Salis Tartari* ali-

aliquid, donec effervefcentia majorem partem ſedata obſervetur, quo facto tingatur Torna Solis. *Sed ab ipſo parvi æſtimatur hæc.*

D. ETTMULLER *comment. Lud.* hanc quoque reſpuit, & veram hanc eſſe ait, *Spiritus nimirum Salis communis ſuper caput mortuum quater cohobetur*, poſtea ex MB. rectificetur, ſic *prodire ait Spiritum ſtriatum volatilem acidum*, quem poſtea *à Nitro abſtractum*, mediante Torna Solis vel ipſis bacchis helioropii ſiccis, tingere, & in Tincturam egregie diureticam, ſic redigere jubet.

D. MOEBIUS hanc Tincturam *pro Panacea quaſi habuit, ad appetitum excitandum, Tartarum hypochondriacorum pellendum, urinam & arenulas promovendas ſiti ſedanda, &c.* Sunt vero hi effectus acido volatili plus communes, quam alio per alcali caſtrato.

## Tinctura Aphronitri quam tantopere commendat *Möllenbrock de arthritide.*

℞. *Aphronitri* q. l. affunde ei *Spirit. Salis* guttatim, donec ceſſet omnis effervefcentia, ſic inde emerget *Tinctura inſignis Diuretica & anti Nephritica,* quæ filtrata aſſervetur.

## Tinctura Auri *Le Mort.*

℞. *Fol. Auri* ℥j. redigantur in pulv. ſubtiliſſimum per plures horas terendo, *donec in purpureum abeat pulverem*, huic ſuperaffunde *Spiritus Salis Armoniaci acidi* ℥ij. ſtent in digeſtione

per

per octo dies, materiam ſæpius agitando, ſic obtinebitur Tinctura intenſe flava. Datur à gtt. iij. ad ℈ß.

## Tinctura Auri alia qualem tradit *Mynſichtus*

℞. *Fol. Auri* q. l. ſolvantur *in ſpir. nitri bezoardico.* ſolutioni adde *Olei cinamomi* q l & fit Tinctura non contemnendi uſus & effectus. Color promanat ex Oleo iſto coeunte cum Sale auri, & tale aurum potabile, propter Oleum cinamomi, utpote, cum analepticum ſit per ſe, egregium eſſe Cl. ETTMULLER aſſerit, *comm. Lud.*

## Tinctura Corallorum *Boylei.*

℞. *Panis ſecalini domeſtici* q. l. conſcinde teſſelatim, *& parum areſcere ſine*, tum eo reple retortam, *& ex arena gradatim deſtilla*; Poſt deſtillationem *ſepara Oleum à liquore*, & hunc ſerva; eſt menſtruum quod *perficit ea, quæ ab acerrimis & maxime corroſivis haud expectandum eſt.* Cum hoc Liquore *fragmentis corallorum ſuperaffuſo*, abſque calore extrahitur Tinctura; *quæ vero an tantas obtineat vires ac ei vulgo adſcribuntur, ego quidem dubito.*

## Tinctura Corallorum *P. A. R.*

℞. *Spiritus mellis* q. ſ. affunde *Corallorum fragmentis rubicundiſſimis, in pulverem redactis*, digere & extrahe Tincturam, reiteratis, affuſionibus recentis Spiritus, donec coralla omni colore orbata remanſerint; quo facto

cto *omnes extractiones commixtas, leni igne exhalari permitte*, extracto vero inſpiſſato, *Spiritum vini rectificatiſſimum affunde*, quem tandem tinctum filtra & ſerva. *Dicitur mundificare Sanguinem, obſtructiones viſcerum reſerare, cordis palpitationi, Syncopi, melancholiæ, Hydropi, calculo &c. mederi*, ut aliæ ſimilis farinæ Corallorum Tincturæ.

LEMERY *Corallia rubra ceræ albæ liquefactæ injicit*, atque in fuſione relinquit bidui ſpatio, *donec corallia alba, cera vero rubro calore tincta exiſtit*, tum coralliis iſtis extractis, recentia corallorum ruberrimorum fragmenta, eidem ceræ injicit, & ut prius in fuſione relinquit, ut cera magis magisque coloretur: Tandem remotis Corallis, *cera frigefacta* & in fruſta ſectæ, *affundit Spir. vini ad digitorum aliquot eminentiam*, & Tincturam extrahit, Spiritum vero tinctum, ad quartæ partis remanentiam abſtrahit, ut relinquatur liquor, ſive Tinctura, *quam per diaphoreſin & urinam pravos expellere humores prædicat*: Doſ. gtt. x. ad xx.

## Tinctura Gummi Laccæ *Mynſichti.*

℞. *Gummi Laccæ pulv.* ℥j. *Alum. uſti* ℥ß. mixtis affunde *Aqua Lapidis Medicamentoſi*, cum Aqua Salviæ & Roſarum factæ ℔iiij. ſtent in digeſtione, donec probe tinctus extet liquor, qui filtratus ad uſum recondatur.

*Alias extempore poterit fieri Tinctura hæc*, ſumendo *Laccæ pulv.* ℥vj. *Aluminis crudi* ℥iij.

&

& cum *Aquæ fontanæ* ℥j. paulum bulliendo, hinc refrigerata filtrando, & filtraturæ addendo *Aquarum Salviæ & Roſarum* aa. ℥j. hinc miſcendo & uſui aſſervando.

## Tinctura Gummi Laccæ Gingivalis *Lentilii*.

℞. *Gummæ Laccæ non adeo ſubtiliter pulveriſatæ* ℥ß. *Aluminis uſti* ʒii. ſuperaffunde *Spir. vini ſuper cineres clavellatos rectificati* ℔ß. *ſpir.* ✱*ci cum iisdem cineribus clavell. deſtill. ſpir. cochleariæ fermentati* aa. ʒiii. ſtent in digeſtione calore leni ad Tincturæ extractionem, quæ filtretur tandem & ſervetur.

*Vires harum Tincturarum ſunt inſignes ad gingivas putridas, laxas & fœtentes, quin & dentium cariem & nigredinem*, ſi lintelis intinctis bis in die gingivæ & dentes leniter perfricantur. Nonnunquam poteſt addi aliquid *mellis roſarum*.

Potiſſima encheyreſis in Tinctura hac conficienda, in eo conſiſtit, *ut gummi Laccæ non adeo ſubtiliter pulveriſetur*.

## Tinctura Lapidis Lazuli W.

℞. *Lapidis Lazuli* pulv. ℥ß. affunde *Spir. Salis Armoniaci* ℥j. ſtent ſibi relicta, quandoque vero moveantur, usque dum Tinctura extracta eſt, quam decanta, & affuſo novo Spiritu continua extractionem.

*Vires prædicantur inſignes in Melancholia, Mania &c.* Doſ. gtt. x. ad xv. *pro ſpiritus* ✱*ci fortitudine*.

R Tin-

# Tincturæ Lunæ *Zvvelſſeri*.

℞. *Argenti per Saturnum ſive plumbum probe cupellati* ℥ij. *Spiritus Nitri optimi* q. ſ. ſolvatur argentum, dehinc ſolutio in cucurbita vitreata *abſtrahatur ad cuticulam*, ut refrigerata *in cryſtallos ſive vitriolum Lunæ convertatur*; Huic in pulverem redacto, *adde Salis Armoniaci ſublimati duplum*, mixta aliquandiu aëri libero exponantur, donec calore cœruleo imbuuntur, tunc *ex cucurbitula arenæ impoſita ſublimentur*, ſic anima Lunæ per reiteratas ſublimationes cum novo ſemper Sale Armoniaco evehitur; quæ tum à Sale per elixiviationem cum aliqua ſimplici rurſus liberetur. Ex qua tum *mediante Spiritu Vini ſumme rectif. & Sale microcosmi eſſentificato, repetitis affuſionibus Tinctura extrahatur*, quæ tandem Spiritu in MB. paulisper abſtracto, relicta aſſervetur; & ſi cœruleus color diſparuerit, nonnihil Salis microcoſmi addatur, atque Tinctura ſervetur.

# Tinctura Lunæ alia.

℞. *Salis volatilis urinæ* ℥j. *Lunæ probe cupellatæ* & in ſubtiliſſimam ſcobem redactæ ℥ß. probe mixta immittantur *phiolæ parvæ*, quæ probe occluſa reponatur per tempus, ſic *rediguntur omnia in maſſam cœruleam*, cui tandem affunde *Spir. vini Tartariſatum*, & extrahetur inde Tinctura Lunæ, non contemnendi uſus & effectus in cerebri morbis Doſ. gtt. xxx. & ultra, cum vehiculo idoneo, vide

vide *Commentarium meum in Agricolam p. 26.*

## Tincturæ Lunæ *Lemery*

Non multum abſimilis huic Tincturæ eſt ea, quam tradit LEMERY, *qui Calci Argenti per Spiritum Nitri factæ, affundit volatilis urinæ* ℥j. ad Calcis Argenti ℥ij. & *ſpiritus vini ſuper ſal tartari rectificati* ℥xxiiij. omnia in vitro ſibi invicem impoſito & probe occluſo, digerit calore leni quindecim dierum ſpacio, intra quod tempus *ſpiritus vini cœleſti tingitur colore* quem tum filtratum, in vitro probe clauſum aſſervandum eſſe injungit.

*Omnes vero Lunæ ſive Argenti Tincturæ ex vana hypotheſi quantum quidem Lunam attinet, cerebro ſpecifice conducere perhibentur*; & ni menſtruum ſuis aperiendis nervorum & cerebri obſtructionibus commodaret vires, ſane vel exiguæ, vel nullæ omnino inde forent expectandæ.

MYNSICHTUS ad mentem ZWELFFERI *Lunam in cryſtallos redigit* eam *in Aqua forti ſolvendo*, & in frigido ad cryſtalliſandum reponendo & ſiccando, haſce cryſtallos *cum ſale armoniaco miſcet*, & *ſ. a. ſublimat*, quod ſublimatum eſt edulcorat; Pulveri edulcato *ſpiritum microcoſmi optime rectificatum affundit*; & repetitis affuſionibus in loco tepido Tincturam elicit; Tandem omnem ita paratam Tincturam *ſpontanea evaporatione evaneſcere permittit*, vel menſtruum in cineribus abſtrahit, remanentiam vero *cum ſpirit. vini Philoſo-*

*phico tandem extrahit*, & ad uſum reponit, ac *in ſpecie Epilepſiæ curandæ, dicatam eſſe autumat Tincturam hanc.*

## Tinctura Martis Aperitiva Tarta. riſata *Ludovici.*

℞. *Vitrioli Martis & cremoris Tartari* aa. probe trita, affuſione aquæ ſimpl. ebulliant, & coquantur ad mellis conſiſtentiam, hæc *refrigerata facile abit in lapidem leviter pulveriſabilem.* Vel antequam in duritiem convertitur, *affundatur ei Spiritus vini*, & blando calore eliciatur & ſolvatur concretum illud *in Eſſentiam ſive Tincturam Tartareo martialem*, quæ *in quibusvis morbis chronicis, Ictero &c. ubi Tartareis opus, inſigni cum effectu propinatur.* Doſ. ℈j ad ʒj. vide ETTMULLER. *comment. Lud. de Pectoral. aperitivis.* Hanc Tincturam Cl. LUDOVICI multum præfert *Tincturæ vitrioli Martis* ZWELFFERI.

Si ſumitur maſſa ex *Limatura Martis & Tartaro crudo* aa. cum ſ. q. Aquæ cocta in Mellis conſiſtentiam inſpiſſata, huic vero *Acetum deſtillatum* affunditur, ut fiat liquor, *& hic cum vino malvatico confunditur*, ac mediante *Elæoſaccharo cinanomi* aromatiſatur, emergit inde *Tinctura* ſive *Eſſentia Martis Malvatica Fr.* HOFFMANNI.

## Tinctura Martis *Helvetii.*

℞. *Vitrioli Martis* p. j. *Salis Armoniaci* p. ij. probe mixta ex alembico vitreo humili *per arenam ſublima*, ſic aſcendunt flores. *Remanen-*

*nentiam* autem adhuc calidam *in pulverem tere, ac ei Spiritum vini rectificatum* affunde, & ſtatim inde extrahitur Tinctura elegantiſſima.

## Tinctura Martis acidula à me caſualiter reperta.

℞. *Scoriarum Martis quæ in officinis fuſoriis circa & ſupra focum adhærent* q. l. in pulverem redactis *affunde Spir. Nitri opt.* ad eminentiam aliquod digitorum, tum ſi ita ſteterint per diem & noctem, *adde Spiritus Vini rectificati tantundem*, ſic invicem ebullire & efferveſcere incipiunt, atque brevi temporis ſpatio *emergit inde Tinctura pulcherrima, ſaporis ſub acido dulcis*, odore & ſapore *pomum Borsdorfianum æmulans*; cujus uſus poteſt eſſe egregius, *in bilis exorbitantis vel nimia tenuitate concentrandis*. Doſ. gtt. xx. ad xxx. vel ultra.

## Tinctura Martis Cœrulea ſive Eſſentia Saliſarm. Martialis. *Ettneri*.

℞. *Chalybis puri ſubtiliſſ. limati* ℔j. *Salis armoniaci puriſſimi* ℔ij. vel iij. Miſceantur probe in mortario lapideo. Mixtura hæc reponatur in vitro obturato, in hypocauſto calido, vel alio loco ſicco per plures, vel 12. ſeptimanas. Aut limaturam chalybis ſenſim irrorato, ſolutione ſalis armoniaci.

Hoc ita peracto, *aqua pluviali calida ſal elixivietur*, & per chartam filtretur, ſic remanet

crocus martis pulcherrimus: qui tam interne quam externe alias multa præſtat, Aqua vero filtrata, ſale armon. impregnata immittatur in cucurbitam vitream. Deinde

℞. *Salis ♀i, ex fœcibus vini calcinatione parati*, tantum quantum fuit ✻ci ſcil. ℔ij. vel iij. *ſolvatur in aqua pluviali calida*; Tunc miſceantur ambæ ſolutiones in cucurbita vitrea; & capitello appoſito deſtillentur igne arenæ leni, ſic *prodit ſpiritus ✻ci urinatus*, qui ſervetur pro uſu.

Spiritu vero prolecto, ceſſa, ne phlegma ſimul aſſurgat. *Tunc ex remanentia elixivi & ſal. Hujus ſalis fixi* ſume ℥j. & *ſpir. ✻ci* antea prolecti ℥iij. ſic ſolvitur ſal, & emergit inde Tinctura cœrulea pulcherrima quæ per chartam filtretur.

Autor vult porro ut in balneo leniſſimo, in phiola probe obturata digeratur per 10. 12. dies. An digeſtio talis, in ſpiritibus antea volatilibus, locum habeat, experientur in experti.

Tincturam hanc admodum commendat Autor *in Obſtructionibus Lienis & Hepatis, Pancreatis Meſenterii, Menſium &c. alii eam in affectibus convulſivis admodum laudant.* Sed ingratus odor & nauſeabundus ſapor: ejusdem viribus multum detrahunt.

Si tamen quis compendioſiorem viam optet hanc conficiendi Tincturam.

℞. *Limatur ♂ puriſſ. Salis armon.* per aa. probe mixta deſtillentur, & ſi flores aſcendere incipiunt, deſiſtatur à deſtillatione; Maſſa vero relicta, ſtet adhuc per tempus

ſu-

ſupra fornacem hypocauſti calidi, ut hoc fotu magis magisque aperiatur limatura ♂. Tunc *adde ſalis* ♀ *vel ciner. clavellat. aa.* & inde deſtilletur Spiritus ✱ci, qui concentratus eſſe debet-

Ex remanentia vero, Sal elixivietur, & mediante evaporatione redigatur in cryſtallos, quibus ſi affunditur ſpiritus prolectus, ſtatim inde emergit Tinctura illa Martis cœrulea ab aliis tantopere laudata.

## Tinctura Martis Solaris *Haſſiaca.* vide Liquor Martis Solaris.

℞. *Mineræ Martis ſolaris Haſſiacæ* q. l. affunde huic *Spiritum Nitri dulcem*: & fiat ſ. a. extractio, qua rite peracta & menſtruo probe tincto, affunde *vini Malvatici* q. ſ. & ſervetur Tinctura à mineræ reliquiis ſeparata ad uſum.

## Tinctura ſive Eſſentia Vitrioli Martis Antiſcorbutica *Wed.*

℞. *Vitrioli Martis & Flor.* ✱*ci Martial. aa* ℥ß. *Spir. cochleariæ* ℥viij. extrahatur ſ. a. Eſſentia.

## Tinctura Vitrioli Martis *Pharm. Nor.*

R. *Vitrioli Martis* q. l. ad rubedinem calcinato affunde *Spir. Salis dulcis* ex *Spir. vini* p. iij. & *Spir. Salis.* p. j. per retortam deſtillando unitis, & extrahe Tincturam, quam filtra & in MB. *ad debitam conſiſtentiam* abſtrahe.

## Tinctura Martis ex Vitriolo Zvvelff.

R. *Vitrioli Martis* & *Arcani ſive Terræ Tartari ſoliatæ aa.* ℥j. miſceantur in mortario vitreo, & ſtent per aliquot dies, donec efflореſcant floſculi crocei, hinc adde *Spir. vini* q. ſ. & extrahe Tincturam, cujus Doſis eſt à gtt. x. ad xx. ſi augetur doſis, non raro vomitum ciere, compertum eſt.

*Omnes vero Tincturæ hæ Martiales ſunt aperitivæ, acidum deſtruentes, & viſcidum incidentes; unde obſtructis hypochondriis, meſenterii. menſibus, item cachecticis, egregiam ferunt opem, legitimo modo & tempore propinatæ.*

## Tinctura Metallorum.

R. *Reguli* ♁. *martialis* ℥iiij. *cupri pulcherrimi*; *ſtanni Anglici* aa. ℥ij fundantur ſimul in furno fuſorio, ſtrenuo igne, tunc probe fuſa effundantur in conum fuſorium.

Vel R. *Lunæ*, & *cupri Japonici* in lamellas deduct. aa. ℥ij. in tigillo fluentibus adjiciantur *ſtanni Anglic.* ℥ij. & *Reguli* ♁ij. *martialis* ℥iiij. & fluant probe, ut in unam maſſam abeant; quæ effundatur in conum.

Tunc ſume *hujus Reguli* ℥j. & *Nitri puriſſimi* ℥viij. & probe pulveriſata ac mixta ſucceſſive ingerantur crucibulo candenti, cavendo tamen ne plus juſto ſimul injiciatur materiæ pulveriſatæ, ne è crucibulo effluat maſſa; detineantur vero ita in fluore ultra duas horas, vel quo diutius eo melius; tunc maſſa in mortarium vel conũ

effu-

effuſa, quam calide redigatur in pulverem; eique affundantur alcohol vini vel Spir. vini tartariſati rectificatiſſimi ℥xx. ſic brevi temporis ſpatio extrahitur Tinctura elegantiſſima.

Quæ doſi gutt. xxx. & ultra obſtructiones quascunque viſcerum egregie reſerat, & materiam peccantem per Diaphoreſin & diureſin eliminat efficaciter.

## Tinctura Nephritica Amelungi ita communicante. *B. Ettmullero in ſua pyrotechnia.*

℞. *Nitri*, Tartari, Antimonii, & *Silicum ſolarium*, ſive *qui aurum continere creduntur*, *aá.* q. æq. *Nitrum ſolvatur* in ſ. q. ▽æ tepidæ, & admiſceatur reliquis ſpeciebus probe pulveriſatis & mixtis, ut fiat paſta, ſive mixtura craſſa, *hanc per aliquot ſeptimanas*, *vel quo diutius eo melius*, *repone in cella*, poſtea *deſtilla per retortam tabulatam*, ſic acquires Spiritum urinoſo-ſalinum, qui egregium præbet reſolvens ad calculum.

## Tinctura Nitri *Glauberi.*

℞. *Spiritus Nitri optimi & fortiſſimi* ℔j. Solve in hoc *Lanæ* mediante lixivio *purificatæ & exſiccatæ*, tantum, quantum calore leni repetitis injectionibus ſolvi poteſt. Hoc facto ei in cucurbita, alembico foraminulato impoſito prædita, *affundatur guttatim Salis*

*Tartari aqua ſolutum*, *ſive Oleum Tartari per deliq.* tamdiu, donec ebullitio ceſſat, & liquor rubicundus exiſtat; Tum *filtra liquorem*, & ſi quid Spiritus Nitri rubicundi aſcendit, ſeorſim in excipulo collige & ſerva; *liquorem vero filtratum leni calore arenæ evapora*, *ad ſiccitatem*, ſic remanet Sal flavi coloris. Huic *affunde Alcohol vini* & extrahe Tincturam repetitis vicibus affundendo recentem Spiritum Vini rectificatiſſimum ſive Alcohol, tandem *omnem Spiritum tinctum in cucurbita pauliſper abſtrahe*, ut remaneat Tinctura.

*Cujus vires ſane non ſunt contemnendæ, quippe in doloribus colicis ejus ſingularem effectum ſæpius fui expertus, ſic & Diaphoretica & Diuretica vi inſigni pollet.*

Doſ. gtt. x. ad xxx. cum vehiculo idoneo.

Sal poſt Tincturæ extractionem relictum, ſolutum & filtratum, ac inſpiſſatum vel cryſtalliſatum, præter egregium *Tartarum Nitratum*, ſive *Nitrum Tartariſatum*, *vel Spirit. Nitri coagulatum, egregium Diureticum.*

Doſ. ℈ß. & ultra.

## Tinctura anti Phthiſica.

℞. *Aceti probe Saturniſati & dulcificati* ℥iiij. *Vitrioli Martis* groſſe ſaltem contuſi vel pauliſper confracti ℥ß. ſtent ita per tempus, donec liquor probe tinctus extet, tum affunde *Spirit. vini rectif.* ℥ij. miſce & ad uſum aſſerva.

Datur

*Datur à gtt. x. ad xxx. in hæmoptyſi, vel hæmorrhagiis aliis, præcipue etiam fluxu menſium nimio ſudoribus immodicis, pollutione nocturna: &c. Ubi tamen ventriculus videtur eſſe debilis, caute proponetur, ne uſu nimio debilitetur magis.*

## Tinctura Salis Tartari.

Fit *Sal Tartari probe depuratum fortiſſimo igne, ad cæruleum usque colorem calcinando*, tum vero *reiteratis Spir. vini rectif.* affuſionibus extrahendo, Spiritum omnem tinctum tum ad tertiæ partis remanentiam, evocando, *qui Spir. Vini Tartariſatus audit.*

*Tinctura vero vires non contemnendas obtinet in Obſtructionibus viſcerum reſerandis, tum & renibus & viis urinariis deoppilandis.*

## Tinctura Silicum *Glauberi*.

℞. *Salis tartari* q. l. fluat in tigillo probe, ac ei quartam partem *Silicum in calcem redactorum ſucceſſive admiſce* & in igne forti detine, *ut in maſſam vitriformem abeant*, cui effuſæ, & adhuc calide in pulverem redactæ, affunde, *Spir. vini opt.* & extrahe Tincturam.

*Quæ prabet Diureticum non contemnendum.*

Doſ. gtt. xx. ad xxx. &c.

Tin-

## Tinctura ſive Eſſentia Succini *Margr. Coll. Leid.*

℞. *Succini in ſubtiliſſ. pulv. redacti* q. l. redige in pulverem, huic in vitro affunde *Liquoris Alcaheſt Glauberi, ut bene humectetur, ſuccinum*, digere in arena horis aliquot, *ut omnis liquor exhalet rurſus*, poſtea refrigerato pauliſper ſuccino *affunde Alcohol Vini*, ſive *Spir. Vini ſuper Sal Armoniacum rectificati*, ſtent in digeſtione leni, & Succinum reſolvatur ut nil præter parum fœcum relinquatur, ſi prima vice haud omne Succinum ſolvitur, affundatur novum alcohol, donec ſic ſenſim in Tincturam ſive Eſſentiam reſolvatur omne ſuccinum.

## Tinctura Sulfuris *de Mülinen. Helveti curioſi.*

℞. *Concharum in piſcinis reperibilium* q. l. macerato eas in aceto & à ſordibus purga, poſtea *ſiccatas, ad albedinem calcina.* Tunc ℞. *Salis Tartari* ℔ß. fluat in tigillo igne forti, *ac ei ſucceſſive immitte Concharum calcinatarum* & pulveriſatarum, tantundem, & invicem probe fluant, de hinc effunde & aſſerva.

Hoc facto ℞. *Salis Tartari recentis* ℔ß. fluat in tigillo & ei ſucceſſive injice pulverem ex conchis, & Sale Tartari factum & aſſervatum, *ac Sulfur crudum in pulverem redactum*, hujus

hujus ℥iiij. illius ℥viij. *alternatim tamen, ut primo parum Sulfuris, tum parum pulveris* injiciatur, ne Sulfur flammam concipiat, ſed quaſi ſuffocetur, *his tum liquefactis, de novo parum Sulfuris & deſuper aliquid pulveris ex conchis adjiciatur*, atque ita perge, donec omnem pulverem cum Sulfure ingreſſiſti, & omnia probe fluunt, tum effunde maſſam in patellam vitreatam, & eam cum *pannis* quintuplicatis *madefactis ſuffoca*, refrigeratam vero pulveriſa, & ei in cucurbita *Spiritum vini rectificatum affunde*, & repetitis vicibus affuſo novo Spiritu, Tincturam extrahe. *Qua ratione virium minime parvi æſtimanda eſt, conſervat enim à putredine, pellit ſudorem & urinam, ab aere maligno præſervat, & Pulmonum putrefactivum acidum corrigit, dolores dentium & aurium cum goſſipio immiſſa demulcet, &c.*

Doſis eſt à gtt. x. ad xx. xxx. & ultra cum vehiculo.

## Tinctura Veneris Helvetii *Margraff. Coll. Leid.*

℞. *Vitrioli Veneris* ℥j. *Salis Armoniaci* ℈iiij. miſce inter ſe, & leni igne fundantur in crucibulo, & ſi fluere incipit maſſa, eam ſpatula lignea agitato, quousque viride nigreſcat, Tum remove ab igne, & maſſam frigefactam in mortario vitreo in pulverem tere, & *cum alcohol vini* ad digitorum aliquot eminentiam affuſo, ſ. a. *Tincturam extrahe.*

Habe-

Habebis *medicinam* haud contemnendam, ſed *magnarum virium in Epilepſia, obſtructione menſium, Atrophia infantum &c.*

Doſ. gtt. j. ad vj. & ℈ß. cum vehiculo idoneo.

## Tinctura Vermium Majalium *Margraff. Coll. Leid.*

℞. *Vermium majalium* q. l. affunde his *Olei* ♀ *per deliquium* q. ſ. *ad totalem irrorationem*, ſtent in digeſtione per 24. horas, tunc *eis affunde alcohol vini* ad eminentiam iij vel iiij. digitorum, ſtent in digeſtione, quousque Spiritus vini probe exiſtit tinctus, quem decanta & ſerva.

Datur à gtt. x ad xxx. cum vehiculo idoneo; *in gonorrhæa habetur pro ſpecifico, ſed ſi ſtranguria excitatur cum emulſionibus, vel lacte amygdalino, illa demulceatur & tollatur.*

## Turpethum Minerale *B. D. Ettmülleri, Zvvelfferi, &c.*

℞. *Mercurii ſublimati corroſivi* q. l. ebulliat parum in ſ. q. *Aquæ ſimpl.* in vaſe terreo aut vitreo, ut *ſolvatur*, ſolutio filtretur, & *cum Oleo Tartari per deliq. guttatim inſtillato, præcipitetur*, ſic cadit Pulvis ex flavo obſcure rubeſcens, qui aqua affuſa ſæpius eluatur & edulcoretur, ut omni acrimonia exuatur.

Hoc ita paratum Turpeth, inſtar omnium eſſe Cl. B. ETTMULLER aſſerit, & reliquis omnibus præferendum, cum *ſatis efficaciter & ſecure operationem perficiat, vomendo & purgando.*

Doſ. gr. v. ad vj & ultra.

Alias ZWELFFERUS hunc præcipitatum ita parare docet v. g.

℞. *Mercurii ſublimati* ℥ij. *ſolvatur in Aquæ ſimplicis* Olei Sulfuris guttulis ſaltem aliquot acuatæ; q. ſ. ſolutio filtretur per chartam, & uno vel altero die, leni calore digeratur, *tandem Olei Tartari per deliq. facti q. ſ. guttatim inſtillando præcipitetur,* ſic cadit pulvis rubeus, affuſa aqua ſæpius edulcorandus.

*Ad morbos venereos perutilis.* Doſ. gr. iij. ad vj. viij. &c.

PHARM. AUGUST. RENOVATA docet recipere *Mercurii puriſſ.* ℥iiij. *Spir.* 🜍 *per cam. pan. rectif.* ℥viij. mixta per biduum in arena digerere, tum per retortam deſtillare, cum tribus cohobiis, ultimo vehementi igne, ut retorta candeat; de hinc relictam maſſam terere, & aqua calida ſæpius abluere, usque dum Pulvis reſtet flaviſſimus & inſipidus, qui ſiccatus aſſervetur; cujusque doſis eſt gr. iij. ad vj. vel viij. *ad vomitum & ſeceſſum, nec non ſalivationem excitandam.*

D. LE MORT, & D. MARGRAFF *in Coll. Leid.* LEMERY & alii, ſequentem in modum conficere docent Turpethum Minerale.

℞. *Mercurii vivi depurati* ℥j. *Olei Vitrioli rectificati* ſive *fortiſſimi* ℥ij. mixta in arena igne vene-

vehementiore in arena ebulliant, *donec omne Oleum denuo evaporatum ſit.*

Vel ex retorta vitrea valido igne in arena ad ſiccitatem usque fiat deſtillatio; in fine augeatur ignis, ut vas breviter candeat, ſic mercurius qui non rite calcinatus eſt, aſcendit. Si vero diutius incandeſceret, tum omnia Salia diſparerent & relinqueretur Pulvis gryſeus.

*In fundo vero remanet maſſa alba* quæ ſi pulveriſatur & aqua pura aliquoties edulcoratur, *in momento ex pulvere albiſſimo fit flavus*, qui aqua decantata ſiccetur.

*Pulvis hic vomitum, ſedes, & ſalivationem excitare ſolet, propinatur cum Theriaca, extr. Cathol. in Lue venerea, gonorrhæa, ulceribus malignis, hydrope, &c.*

Doſ. gr. iii. ad vj. vel viij.

Aqua quæ ad edulcorandum fuit adhibita non rejicienda eſt, *ſed ei Oleum Tartari per deliquium*, vel Sal Tartari debet adjici, & *præcipitatur Pulvis intenſe luteus, ſive Turpethum mitius*, quale ſupra ſuaſu B. ETTMULLERI fieri ſolet.

Si alias Turpethum priori modo elaboratum, mitius etiam deſideres, *digeratur per dies aliquot cum alcohol vini Tartariſato*, qui poſtea deſuper deflagret, ſic *per ſudores ſaltem & alvum movere* LE MORT *aſſerit.*

## Turpethum Minerale Rubrum. *Zwelff.*

℞. *Mercurii præcipitati rubri ſimplicis* ℥iß. cui *ſuper-*

*ſuper affunde Olei Tartari* per deliq. tantundem. Digere per unum alterumque diem, tum aqua ſimplici ſæpius affuſa edulcoretur, *parumque leniſſimo igne calcinetur*, ultimo Spiritus Vini rectificatiſſimus, deſuper accenſus, conflagret, & pulvis aſſervetur. *Cujus doſis eſt* à gr. iij. ad vj. vel viij.

## V.

## Vitriolum Martis.

℞. *Limaturæ Martis* ℔ß. *Spir. Vitrioli non rectificati* ℔j. immitte Limaturam vitro forti & capaci, ac ei ſucceſſive affunde aliquid Spiritus, *alias ſi multum affunderes nimis efferveſcerent invicem*, ſi unciæ aliquot ſunt affuſæ, *& obſerves, Spiritum Vitrioli cum marte coagulari & indureſcere, affunde unciam, unam aut alteram Aquæ fontanæ.* Tum vero rurſus affunde Spiritum, & ſi opus parum aquæ, & ita continua, donec omnis Spiritus eſt affuſus, poſtea ita ſtent brevi tempore, donec ſolutio eſt peracta.

*Si Spiritus eſt bonus & fortis*, tum *ſemper aliquid aquæ intermediandum*, ut id quod Spiritu

ritu Vitrioli ſolutum eſt, per affuſam aquam ſeparetur, vel defectus humidi compenſetur, ne concreſcat maſſa, & ſolutio impediatur.

D. LE MORT, & MAETS ſumunt *Oleum Vitrioli*, hoc cum *Aquæ fontanæ quantitate tripla quadrupla*, miſcent, limaturæ affundunt, & coquunt: ut ſolvatur limatura Martis.

Sed *quid opus Oleum per aquam debilitare cum ſimplex ſaltem Spiritus Vitrioli idem præſtet.*

Interim ſolutione peracta, ſi concreſcere velit Sal, in leni calore ponatur, ſic in liquorem rurſus abit, quem filtra, & in loco frigido pone, ut in Vitriolum concreſcat.

*Si liquor decantatus adhuc quid Vitrioli continere obſervetur, exhaletur ad cuticulam*, & ad ulterius coagulandum ſive cryſtalliſandum exponatur.

*Eſt remedium ſat famoſum, ad obſtructiones viſcerum reſerandas, vermes necandos, &c.*

Doſ. gr. v ad ℈ß. vel gr. xv.

LEMERY Limatura Martis loco, *ſumit Sartaginem ferream* latam, huic pro capacitate *infundit Olei vitrioli*, ſive *Vitriol* rectificati, & *Spiritus vini* aa. p. æq. ad pollicis altitudinem, tum ea ſoli exponit, vel in umbra reponit per dies aliquot, ſic concreſcunt in Vitriolum martis; quod ſeparetur & aſſervetur.

# Vitrum Antimonii vulgare.

*vide*

*Calx Antimonii.*

# Vitrum Antimonii Solare *Zvvelff.*

℞. *Antimonii Hungarici* ℥xviij. *Auri finiſati* ℥ß. fundantur ſimul in crucibulo, donec Aurum ab antimonio abſorbtum ſit, hinc *protinus effundatur Antimonium, ne Aurum in regulum abeat, & ſeparetur.*

Dehinc in pulverem ſubtilem redigatur hoc Antimonium auratum, & ut de calcinatione antimonii doctum, calcinetur, donec non amplius concreſcat, aut in grumos abeat, nec fumum eructet.

*Peracta hac calcinatione, protinus immittatur crucibulo*, ignique fuſorio tradatur, deſuper *injiciendo unam atque alteram particulam Sulfuris*, ſic eo citius purificatur, & perſpicuum fit, id quod rudicula ferrea aliquoties exploretur: qui ſigno obſervato, effundatur in pelvim cupream, & evadet Vitrum rubini inſtar, ad Tincturam inde extrahendam aptiſſimum.

# INDEX
## PARTIS PRIORIS.
### A.

ACetum Antimonii *D. Le Mort.* 1
*Febure.* ib.
*Vreesvvick.* 3
Deſtillat. *Febur.* ib.
fortius. 4
Eſurinum *Zvvelff. vid.* Spiritum
ride Æris *Zvvelff.*
Philoſoph. *Margraff.* ib.
*Le Mort.*
ex ſaccharo, melle &c. *Coll. Leid.* 6
Acidum Tartari. 7
aluminat. *Rolfinc.* ib.
aronicum &c. *Ejusd.* ib.
Æs viride *Zvvelff.* 8
*Le Febur.* ib.
cryſtalliſat. *Ejusd.* ib.
uſtum. 10
Æthiops mineralis *Harras.* 11
Alcaheſt *Glauberi.* 12
Alcohol vini *Helmont.* 13
*Boylei.* 14

*Glau-*

*Glauberi.* 15
*Le Mort.* ib.
Amalgama Argenti, Auri &c. 17
*Le Febur.* 18
Antihecticum *Poterii.* 19
Antimonii Balſamum Butyrum &c. *vide* Balſamum Antimon. Butyrum Antimon. &c.
calcinatio. 21
Antimonium Diaphoret. vulgare. 22
*Helmont.* 26
Martial. cacheɛt. *Ludovici.* ib.
Solare *Zvvelff.* 28
Aqua Apoplectica mineral. *Zvvelff.* ib
Benedicta *Ruland. Hartmann.* 29
Calcis vivæ *Le Febur.* ib.
ad Cutis vitia *Willis.* 31
Divina *Fernelii.* ib.
Fortis *Le Mort.* 32
cont. Gangrænam *Le Febur.* 34
ad Lentigines *Ettmuller.* 35
Ophthalmica *Le Febur.* ib.
anti-Podagrica *D. Krafften.* 36
Regia *Le Febur.* ib.
fortiſſ. *Coll. Leid.* 38
ſtygia *Baſilii.* ib.
Sapphirina. ib.
Aquila alba *vid.* Mercurius vitæ.
alba *vid.* Mercurius dulcis.
Arcanum Corallinum *Le Febur.* 39
*Margraff.* 40
Duplicatum *Le Febur:* 41
*Margraff.* 42
Salificatum. 44

Argentum potabile *vid.* Tinctura Lunæ.
Arſenicum fixum *Agricolæ.* ibid.
*Febur.* 45
Arſenici Regulus *Lemery.* 46
Rubinus *Le Febur.* ib.
Arſenicum ſublimat *Le Febur.* ib.
Arſenicum ſublimat *Le Fubur.* 47
Atramentum ſympathicum. ib.
Auri Calx, Crocus. *vid.* Calx Auri, Crocus Auri.
Auri fulminans *Cardilucii, Lemery, Zwelff.* 48
Auri fuſio & depuratio per Antimonium. 50
Aurum Muſicum *D. Maets.* 51
Potabile *Febur.* ib.
aliud. 53
Sophiſticum. ib.
Azoth *Heslingii.* 55

B.

BAlſamum Album *D. Rappen.* 58
Antimonii *Nobil. de Mülinen.* 59
*Febur.* ib.
Arſenici *Thomſoni.* 60
Artificiale *Khunradi.* ib.
Galbanetum *meum.* 61
Mortuum *le Mort.* 62
Samech *Paracelſi.* ib.
Saturni *D. Maets.* 63
*Cardilucii.* 64
Sulfuris ſimpl. *le Mort.* ib.
comp. *mihi uſuale.* 66
*Boylei.* ib.
Bezoardicum Joviale *Fabri.* 68
alid. 69

Lunare *Zvvelff.* 71
Minerale ſimpl. 72
Solare *Zvvelff.* 74
Butyrum Antimonii. 74
Joviale *Febur.* 76

C.

Cœmentatio. 76
Cœmentum Regale *le Mort.* 77
*Febur & alior.* 78
Vulgare. ib.
Calx Argenti. ib.
Auri. 79
Plumbi & Stanni. 80
Catillus cinereus. 81
Catinus Treibſcherben. 83
Centaureum minerale *Cardilucii.* vid. Panacea Antimonii.
Ceruſſa Antimonii. ib.
Chalybem ex ferro conficere *le Mort.* ib.
Cinnabaris Antimonii. 84
Nativæ cremor. 86
ſublimatio. ib.
Vulgaris officinarum. 87
in Mercurium currentem reductio. 88
Circulatum minus *Paracelſi.* ib.
Clyſſus Antimonii. ib.
Cosmeticum album *D. Maets.* 89
Cremor Cinnabaris nativæ. *vid.* Cinnabaris nativæ cremor.
Crocus Auri. 90
alius. 92
deauratorius *le Mort.* ib.

Crocus Martis Aperit. ſimpl. *Le Febur.* 93
Sulfurat. vulgar. ib.
Adſtringens. 95
Cachecticus *Zvvelff. Marg.* 96
Metallorum vulgaris. 97
Rulandi *le Febur.* 98
*le Mort.* ib.
Veneris. 99
Cryſtalli Argenti *D. Maets.* 100
Veneris *vid.* Æs viride cryſtalliſatum.
Cryſtallum Minerale *vid.* Lapis Prunellæ.
Cupellatio Metallorum. ib.
Cupri de albatio. 101
alia. 103

# E.

Elixir Anodynum *le Mort.* 103
Balſamicum *P. Emmerici.* 104
Camphoræ *le Mort.* 105
Proprietatis cum acido *Ejusd.* 106
ſine acido *Barckh.* 107
Obriſt Moncken. 108
Vitrioli correctum *Mynſicht.* 109
Ens Veneris *Boylei.* 110
Eſſentia Abſinthii *Zvvelff.* 111
Caſtorei. 111
Croci. 111
*anti*-Hyſterica *le Mort.* 112
Macis. 112
Martis aperitiva *Ludovici vid.* Tinctura Martis.
malvatica *vid.* Tinctura Martis.
Metallica ad Vermes *le Mort.* 113
Myrrhæ. 113

Odorifera fragrantiſſima *Le Mort.* 114
Extracta. 114. ſeqq.

## F.

Ferrum potabile *Willis.* 118
Flores Antimonii. ib.
Benzoi *le Mort.* 121
Salis Armoniaci. 123
Sulfuris vulgares. 124
Zinci. 125

## G.

Gilla *Theophraſti.* 127

## L.

Lac Sulfuris *Maets.* 127
Virginis *P.A.V.* 128
*Hoffmanni.* ib.
*Charas.* ib.
Lapis Buttleri *D. Margraff.* 129
Cauſticus *D. Maets.* ib.
argenteus *Coll. Leid.* 130
Medicamentoſis *Ph. Amſtel. & Marg.* ib.
Salutis *D. Krafft.* 131
Liquor C. C. ſuccinatus *D. Barckhaus.* ib.
Martis ſolaris. 133
Nitri fixi. *vid.* Alcaheſt *Glauberi.*
Silicum *Glauberi.* 134
Stypticus *Weberi.* 135
*D. Barckhaus.* ib.
Talci *Ejusd.* ib.
Tartari ſpleneticus *Schrôd.* 136
Luna Hydragoga *Boylei.* 137
Muſica *D. Maets.* 138
Lutum ſapientiæ. ib.

# M.

MAgiſterium Corallorum, Ocul. ♋. Margaritarum &c. *D. le Mort. Margraff. Coll. Leid.* 140 ſeqq.
C. C. Cranii human. Ungul. Alces, Eboris &c. 143
Lapidis Lazuli, *Zvvelff.* 144
Marcaſitæ *vid.* Cosmeticum album. Vegetabilium, Herbarum, Florum Baccarum, &c. ad coloranda Balſama expeditum *Zvvelff.* 145
Martis aperitivum *Ph. Nor.* 146
*Mynſ.* ib.
compoſitum *Ettmüller.* 147
Plumbi *Lemery.* 148
Saturni *le Febur.* ib.
Magneſia alba. 149
Magnes Arſenicalis *Zvvelff. Marg. Coll. Leid.* 149
Mars Potabilis *vid.* Ferrum potabile *Willis.*
Mercurius Antimonii *Langelotti,* 150
*D. Barckhaus.* 151
Diaphoreticus Jovialis *Ejusd.* 152
*Maets,* ib.
*D. Cardilucii.* 153
*Tilingii.* 154
*Thamſoni.* ib.
Mercurius dulcis. 155
Mercurii Oleum *D. Maets.* 157
Mercurius præcipitatus per ſe *Zvvelff. Febur. & aliorum.* 158
albus ſive Cosmeticus. *Maets.*

*Maets. Collect. Leid. Zvvelff. & Lemeryc. &c.*
Mercurius præcipitatus vulgaris ruber officinarum. 160
ruber *Vigonis.* ib.
luteus *Zvvelff.* 161
ſolaris *Collect. Leid.* 162
*Zvvelff.* ib.
viridis. 163
ſublimatus *Zvvelff.* 164
*D. Cardiluoii.* 165
Vitæ. 166
Metallum Principis Roberti *vid.* Aurum Sophiſticum.
Mixtura ſimplex *P. A. R.* 167
*Ludovici.* ib.

N.

Nitrum Cachecticum *D. Barckhaus* 168
Corallatum, Perlatum, Saturniſatum &c. ib.
Depuratum. 169
Fixum *vide* Alcaheſt *Glauberi.*
Fulminans *Margraff. Coll. Leid.* 170
Nitratum *le Mort.* 171
Phlogiſton. *Ejusd.* ib.
Regeneratum. 172
Vitriolatum. 172

O.

Oleum Abſinthii, Menthæ &c. deſtillando elicere. 173
Camphoræ. 175
Caryophyllorum Cinamomi Macis &c. 175
Cor-

Oleum Corticum Aurant, Citri &c. 176
Ceræ. ib.
Camomillæ cœruleum. 178
Ligni Rhodii. ib.
Saſſafras. ib.
Maſtichis. ib.
Mercurii *vid.* Mercurii Oleum & Butyrum Joviale *le Febur.*
Philoſophorum. 179
compoſitum. *D. Fauſt.* 180
Pinguedinis humanæ. *D. Maets.* 181
Soponis *Zvvelff.* ib.
Succini *D. Maets. Coll. Leid.* 128
Talci. 183
aliud. ib.
Tartari fœtidum. 184
Terebinthinæ. 185
Oxyſaccharum emeticum *Ludovici.* 185

## P.

PAnacea Antimonii *Vreesvvikii.* 186
Solaris. 187
Phoſphorus *Boyles.* 188
*Comerii.* 189
alius ex *Mſpto.* 190
in via ſicca. 191

## R.

REgulus Antimonii ſimplex *D. Barckhaus.*
*Zvvelff.* 193
Martialis. 194
Medicinalis. 197
Reſinas conficiendi methodus *Zvvelff. le Mort. Maets, Barckhauſen* &c. ib.

Reſina Jalappæ, Scommoni &c. *Zwelff. Barkhauſ.* 198
Reſuſcitatio Herbarum, Florum &c. 199

## S.

SAccharum Saturni *D. Barckhaus, Cardilucit.* 200
Sal Plantarum fixum. ib.
volatile *Wedelii.* 202
eſſentiale *Margraff.* 203
volatile Sanguinis humani, cruoris Cervi &c. 204
Salium volatilium ex Animalibus deſtillatio. 203
Sal Corallorum *vid.* Magiſterium Corallorum.
eſſentiale Tartari. *vid.* Terra foliata Tartari.
mirabile Glauberi. *D. Margraff.* 204
polychreſtum *Charas.* 205
Tartari volatile *Tackenii.* 206
*Coll. Leid.* 207
fixum. 208
Vitrioli incarnati coloris. *vid.* Spiritus Vitriol. *Nob. de Mülinen.*
Urinæ volatile. 208
Scammonii dulcificatio & mitigatio. *D. Maets Coll. Leid.*
Spiritus Abſinthii *Zwelff.* 210
Aluminis. ib.
Aperitivus *Penoti.* 211
Aſthmaticus *D. Michael.* 212
Baccarum Juniperi *P. A. R.* ib.
Calcis vivæ *le Febur.* ib.
Carminativus. 214
Ceraſorum nigrorum. 215

Spi-

Spiritus Fuliginis *D. Maets.* 215.216
Fumans. 217
Lignorum Guajaci, Buxi, Juniperi &c. ib.
Lumbricorum volatilis. 218
Mannæ *le Febur.* ib.
Nitri. 219
dulcis. 220
Roriſmarini. 221
Roſarum ardens. ib.
Salis Armoniaci urinoſus. ib.
Martiatus, Hæmatitiſatus &c. 223
acidus *Polemanni.* ib.
Aniſatus. 224
Aromaticus *Decker.* ib.
Succinatus. 225
communis acidus. ib.
Saturni ardens. 226
Sulfuris per campanam. ib.
Tartari. 229
volatilis comp. *le Mori.* 282
*noſter.*
Terræ ſigillatæ. ib.
Viride Æris *Zvvelff.* 230
Vitrioli *P. A. R.* ib.
*mihi uſualis.* 232
*Nobil. de Mulinen.* ib.
ant-Epilepticus *Ticho de Brahe.* 234
*Ph. Nor.* ib.
Martis *Hoffmanni.*
Philoſophicus. 235

Spiritus Vitrioli volatilis *à me inventus* 236
coagulatus. 237
*Ludovici.* ib.
Stomachicum *Poterii.* 237
Sulfur Antimonii *Ludovici.* 238
Sulfur Antimonii inflammabile. ib.
Sulfuris communis depuratio *Zvvelff.* 239
Sulfur Vitrioli anodynum *Ejusd.* 240

## T.

Tartarus depuratus & cryſtalliſatus. 241
Chalybeatus *Ettmulleri.* 242
Emeticus. 243
Solubilis. 247
Tartariſatus *vid.* Tartarus ſolubilis.
Vitriolatus. 245
*Tackenii.* ib.
Thermæ artificiales *Ettmull. Zvvelff.* &c. 246
Terra foliata Tartari *Ludovici.* 247
Tinctura Anodyna alcalina *Boylei.* 248
acidula *Ludov.* ib.
Antimonii *P. A. R.* 249
*le Mort.* ib.
*mihi uſualis.* 250
*Margraff. Coll. Leid.* 251
Aperitiva *Mœbii.* 253
Aphronitri *Möllenbrock.* 254
Auri *le Mort.* ib.
*Mynſicht.* 255
Corallorum *Boylei.* ib.
*P. A. R.* ib.
Gummi Laccæ *Mynſicht.* 256
*Lentilii.* 257

Tinctura Lapidis Lazuli *W.* 257
Lunæ *Zvvelff.* 258
alia. ib.
*Lemery.* 259
Martis aperitiva Tartariſat. *Ludov.* 260
*Helvetii.* ib.
acidula *mea.* ib.
ſolaris *Haſſiaci.* 263
Vitrioli Martis *Wedelii.* ib.
*P. Nor.* ib.
*Zvvelff.* 264
Metallorum. ib.
Nephritica *Ettmüller.* 265
Nitri *Glauberi.* ib.
anti-Pthiſica. 266
Salis Tartari. 267
Silicum *Glauberi.* ibid.
Succini *Margraff.* 268
Sulfuris *Nobil. de Mulinen.* ib.
Veneris *Helvetii.* 269
Vermium majalium *Margraff.* 270
Turpethum Minerale *Ettmüller.* &c. ib.
Rubrum *Zvvelff.* 721

## V.

Vitriolum Martis. 273
Vitrum Antimonii vulgare *vid.* Calx Antimonii.
vulgare *Zvvelff.* 275

FINIS.

# LEXICI CHIMICO PHARMACEVTICI

*PARS ALTERA*

continens

*COMPOSITA*

tàm Galenica, quàm Galenico-Chimica hactenus magis uſualia:

*Cum aliis his ſubordinatis ſuccinctis, & correctis.*

## Acetum Aromaticum Odoratum. *Mynſicht.*

℞. RAdic. ireos. Flor. ℥iß. flor. lavend. Roſar. r. Tunic. aa. ℥j. Caryophill. Cinamomi opt. a. ℥ß. N. Moſch. Macis, Galang. min. Zedoar. aa. ʒiij Cort. arant. citri aa. ʒij. Styrac. cal. Myrrh. el. Benzoe, aa ʒiß. Fol. Roriſmar. Rutæ, Salv. aa. ʒj. Gall. Moſch. Lign. aloe, Sant. citr. Spicæ Ind. aa. ʒß. Aceti Vini Violati q. ſ. *Stent invicem infuſa ad uſum, acetum vero probe impregnatum decantetur pro lubitu.*

Recreat Spiritus, & vires reficit, naribus admotum.

## Acetum Bezoardicum, ſive Theriacale *Phar. Aug. Vet.*

℞. Radic. Chelidon. maj. ℥iß. Angelic. Oſtrutii, Gentianæ, Biſtortæ, Valerianæ, Pimpinellæ Dictamni albi Carlinæ, Xedoariæ aa. ʒj. Plantag. majoris ʒiß. Fol. Scordii, Card. benedict. Dictamni Cret. aa. p. ij. Cortic & Sem. citri aa. ℥iß. Granor. juniperi ℥ij. Nucleorum Nucum jugland. ℥ij. Santali citrini ʒß. *Infundantur omnia in Aceti rutacei* ℔iiij. *atque in vitro probe clauſo permaneant infuſa ad uſum.*

## Acetum Bezoardicum *ſive* anti-Peſtilentiale *Zwelff.*

℞. Radic. Angelic. Leviſtici aa. ℥iij. Herb. recent. Meliſſ. Rutæ hortenſ. Scord. noſtr. aa. ℥iiij. Roſar. rec. ℥iii. Gran. junip. ℥iiii. cortic. citri recent. extim. ℥iß. *Inciſa & groſſe contuſa immergantur* in Aceti boni ℔xii. *Facta aliquali digeſtione abſtrahatur acetum ex alembico vitreo ad ſiccitatem. Abſtracto aceto denuo infunde* Radic. Angelic. contrajerv. Enul. rec. Morſus Diaboli, Zedoar. aa ℥iß. Herb. rec. rutæ, Scordii noſtr. aa ℥ii. Croci Or. opt. ʒii. cortic. citri rec. extim. ℥iß. granor. juniperi, Myrrhæ rubræ aa. ℥i. *Stent in infuſione loco calido per ſeptimanam vitro bene clauſo, tandem colentur vel filtrentur; Aceto vero filtrato tempore uſus ad quamlibet libram adde* Mellis citrati n. modo parati ℥ii. vel iii. dehinc *propinatur* à ʒii. ad ℥ß. vel cochlearia aliquot per ſe, aut ſudoriferis aliis immiſcendo.

## Acetum Bezoardicum *ſive* Theriacale *Norimbergenſe.*

℞. Radic. chelidon. maj. ℥iß. Angelic. Imperac. Plantag. maj. ſeu lati fol. ʒiß. Gentianæ, Biſtort. Valerian. maj. Pimpinell. Dictam. albi, Carlinæ, Zedoariæ aa. ʒi. Fol. Dictamni Cretici, Salviæ, Scabioſæ, Scordii, Card. bened. aa. M. ß. Cortic. & ſem. citri aa. ʒi. Corn. Cervi ʒiß. Boli Armen. Croci aa. ʒiii. *Ex ſpeciebus his Crocus, Corn. C. Dictam. alb. & Bolus Armena, ligentur in linteo, & in* ℔vi.

Aceti

Aceti acerrimi *macerentur per diem & noctem, & dehinc digerantur in Baln. M. per triduum, & in colatura ſolvantur* Theriacæ opt. ℥vj. *ac ad uſum aſſervetur Acetum.*

## Acetum Bezoardicum *Diſpenſatorii Brandenburgic.*

℞. *Bacc. juniperi, lauri aa.* ℥ß. *Rad. Angelicæ Dictam. alb. Enulæ Oſtrutii, Pimpinellæ, Tormentillæ Valerianæ, Vincetoxici, Zedoariæ aa.* ʒvj. *Fol. Rutæ hortenſ. Salviæ, Scordii, Florum Calendulæ Lavendulæ, Meliſſæ, Roſarum purpur. aa.* ℥ß. *Flaved. Cort. aurant. citri, Santali citrini aa.* ʒiij. *caryophillorum. Macis, Myrrhæ, aa.* ʒij. *Ligni Saſſafras* ℥ß. *groſſe pulveriſatis affundantur Aceti Florum Tunicæ* ℔iij. *& in vaſe optime clauſo aſſerventur.*

## Acetum Bezoardicum *ſive* Theriacale *Timæi.*

℞. Confect. Orvietani ℥ij Diaſcord. Franc. ℥iß. Theriac. Androm. ℥j. Radic. Angelic. Contrajerv. Enulæ, Pimpinell. Tormentill. Scorzoner. Dictam. alb. Petaſit. aa. ʒvj Fol. Scord. Rutæ, Millefol. aa. M. j. Flor. Calendul. Tunicæ, aa. M. ß. Cortic. citri, fraxini aa. Baccar. juniperi ℥iiß. Macis, Zedoar. aa. ʒiij. Camphor. ℈ij. Croci Or. ʒj. Myrrhæ el. ℥ß. Aceti ex ſucco rubi idæi q. ſ. *Stent in infuſione loco calido, donec Acetum probe ſit impregnatum; tum colatura ſervetur ad uſum.*

## Acetum Bezoardicum *ſive* Theriacale *Londinenſium*.

℞. Magma ſive reſiduum, quod poſt Aquæ Theriacalis deſtillationem remanſit, *cui adde* Florum Tunicæ ℥ij. Lavendulæ ℥iß. Aceti Roſacei & Sambucini aa. ℔iiij. *Et fiat digeſtio per octiduum; dehinc coletur per manicam, & ad uſum ſervetur.*

## Acetum Bezoardicum *mihi familiare.*

℞. Radic. Angelic. Imperator. Leviſti, Valerianæ, Enulæ camp. Gentian. Zedoar. aa. ʒj, Herb. Rutæ, Scordii aa. M. iij. Flor. Tunicæ, Lavendulæ aa. p. iij. Myrrhæ el. ʒvj. Macis ʒiij. Croci ʒij Camphor. ʒiiß. *groſſe concisis & contuſis affunde.* Aceti Flor. Tunicæ, vel Lavendulæ, aut Calendulæ ℔viij. *Et ſtent donec Acetum probe eſt impregnatum, quod ſervetur ad uſum.*

Omnia hæc Aceta compoſita quotquot ſunt, varie variari poſſunt, pro cujusque ſimplicis genio, & judicio. *Cui uſui vero tot ſymboliſantia, in ſpecie vero molem, nullo modo vires ſuppeditantia?* Commendantur tamen in genere ad inverrenda miasmata maligna, quæ vel diſſolvendo vel coagulando, ſanguinem & ſpiritus deſtruunt, & ad febres malignas, vel ipſam Peſtem diſponunt. Hinc tam ad præſervationem, quam curationem propinantur, ad

ad præſervationem quidem ad cochleare unum aut alterum, per ſe, vel in curatione ejuſmodi truculentorum morborum, potionibus ſudoriferis admiſcentur. Imo & externe, *naribus admota* & pulſibus applicata, reficiunt, & *ſpiritus concentrant diſſipatos.*

## Acetum confortans *mihi uſuale.*

℞. Fol. Rutæ, Flor. Tunicæ, Lavendulæ, Citri aa. M. 1. Cinamomi, ʒiij. Macis ʒij. Caryophyllor. ʒj. *inciſis & groſſe contuſis affunde* Aceti vini opt. ℔iij. *& ſtent, donec acetum probe ſit impregnatum.*

## Acetum Hyſtericum correctum *Mynſicht.*

℞. Herb. Rutæ ſiccæ ℥i. Gummi galbani ℥ß. Aſæ fœtid. Caſtorei aa. ʒij. Callorum equarum ʒj. Aceti Vini optim. q. ſ. *Stent in digeſtione vel loco calido ad aceti impregnationem ſufficientem, quo facto filtretur, vel decantetur Acetum ad uſum.*

*Uſus ejus non poteſt eſſe inconveniens mulieribus paſſione hyſterica laborantibus, ne iis qui vertigine, lethargo &c. laborant, naribus ſaltem odoratum.*

## Acetum Lithargyrii *ex P. A. R.*

℞. Lithargyrii ſubtiliſſ. triti ℔j. Aceti acerrimi ℔ij. *Stent in infuſione diebus aliquot, ſæpius agitando, donec Acetum probe dulcificatum evadet, quod filtretur & ſervetur.*

*Uſus hujus Aceti, in cutis vitiis, ulceribus humi*

*midis fœtidis, ſiccandis, ut & in herpete, ſerpigine, flammationibus &c. cum oleo Sambuci aut violarum commixtum, non eſt contemnendus, & præbet cuporiſton ſat expertum.*

## Acetum Mithridaticum *Mynſ.*
ut &
## Acetum Myrrhatum *Mynſ.*
item
## Acetum Prophylacticum *Weickardi, ex Schröd.*

Sunt Aceta plane non, niſi ingredientibus variatis, à ſupradictis Acetis Bezoardicis diſtincta.

## Acetum Prophylacticum *Diſpenſatorii Brandenburgici*
eſt
## Aqua Prophylactica *Sylvii*, quam vide.

## Acetum Purgans *Prævotii*, quod tradit *Rolfinc. in ſua Chymia.*

℞. Cremonis Tartari vel Tartari crudi ℥ß. Fol. ſen. el. ℨiij. cinamomi, ſem. aniſi aa. ℨß. Aceti vini acerr. ℔j. *infuſa ſtent ad aceti ſufficientem impraegnationem, tum colatum ſervetur.*

Uſus poteſt eſſe in acetariis, ſic lenit alvum, & incidit quod viſcidum reperit in primis viis.

Acc-

## Acetum Roſaceum, *prout vulgo parari ſolet.*

℞. Roſarum ruberrim: nondum penitus apertarum, quarum pars candicans unguis dicta reſecata, folia vero rubra in umbra per triduum aut ultra ſiccata ſint ℔ij. *Infundantur* in Aceti Vini optimi ℔xij. *in vitro ſatis capaci, collo anguſto prædito, ut obturari, & per plures æſtivos dies Soli exponi queat: dehinc expreſſum acetum pro lubitu novis roſis affundi & inſolatione facta exaltari poteſt.*

ZWELFFERUS recipit Roſarum recent. Damaſcen. pallidarum libras ij. *contuſas roſas infundit* in Aceti Vini optimi ℔ viij. *factaque digeſtione brevi deſtillat, & Acetum ad ſiccitatem fere roſarum abſtrahit per alembicum vitreum*; Aceto vero deſtillato infundit Roſarum recent. puberr. ℥iiij. atque infuſione diebus aliquot conceſſa, Acetum colatum vel filtratum uſui reponit, atque hac methodo omnia herbarum vel florum aceta conficere docet.

*Uſus Aceti roſacei non tantum culinaris eſt ſed & hæmorrhagiis ſiſtendis, imo reficiendis viribus aptus exiſtit, pulſibus, temporibus &c. applicatum.*

## Acetum Scylliticum.

℞. *Radic. Scillæ* in taleol. ſectæ, filo trajectæ, & per 40. dies in aere libero, non tamen radiis ſolaribus, ſed in umbra modice ſiccat. ℔ j. *Aceti Vini* ℔viij. *infuſa & per tempus inſolata colentur, & ad uſum reponantur.*

 Diſpen-

„ Diſpenſatorium Brandenburgicum *recipere*
„ *jubet* Scyllæ laminas *inter externum corticem &*
„ *medullam medias purgatas, in taleolas ſectas &*
„ *leni calore mareſcentes minutim conciſas &c. Vi-*
„ *res Aceti hujus ſunt attenuantes & viſcidum in-*
„ *cidentes hinc admodum commendatur in difficili*
„ *reſpiratione ad mucum expectorandum. Doſi* ℥ß.
„ *præcipue cum melle in Oxy mel redactum.*

## Acetum Siccum *Coll. Leid.*

℞. Tartari albi ℔ß. *abluatur diligentiſſime, tum ſiccatum pulveriſetur. Hic pulvis infundatur* in Aceto vini acerrimo, poſtea iterum ſiccetur pulvis, & ſiccatus iterato infundatur in Aceto ut ante, rurſusque ſiccetur, atque *labor hic reiteretur decies*. ſic fit pulvis acidiſſimus, qui in aqua ſolutus, eam reddit acidam; ut vices ſuppleat Aceti vulgaris.

## Acetum Vini.

Optime fit ſequentem in modum, *ſumatur nimirum dolium quod octoginta menſuras contines*, huic probe ligato, *infundatur tantum Spir. vini*, ut hinc inde agitatum dolium, illo Spiritu humectetur, hinc quod reliquum eſt Spiritus vini effluere permittatur, & dolium ſiccetur ac reponatur. *Poſtea ei infunde Aceti boni, & Vini calefacti aa.* menſuras octo, ac in modulo ſuſpende, *Piper Hiſpanicum, Grana Paradyſi, Radices Pyrethri, Zingiber, Caryophyll. & fermentum Panis* aa. q. ſ. atque ita ſtent per dies tres, tum denuo adde Aceti calefacti menſuras octo, & probe com-

commovendo miſce; *tribus diebus elapſis, rurſus adde Vini calefacti totidem menſuras*, atque ita perge ſingulis tribus diebus, Vinum calefactum addendo ad repletionem usque dolii, quod ſemper in loco calido detineri debet, ſic brevi tempore inde emergit Acetum Vini optimum; à quo, ſi quid depromitur, ſubito pars illa reſarciatur, dimidia parte Vini calidi addita; reliquum vero, altero die poſtmodum affundatur, ſic perpetua inde enaſcitur Aceti acerrimi quaſi minera.

## Acorus vulgaris conditus *P. A. R.*

℞. *Conſerv. Radic. Acori* n. ℔ß. *Mellis deſpum.* ℔j. *amygd. d. inciſ.* ℔ß. *Piper nigri Nuc. Moſch. Zingib. alb. aa.* ℥j. M. fiat Conditum.

Radices acori vulgaris mundatæ & in taleolos minutiſſimos inciſæ, coquantur in vino rubro ad mollitiem, poſtea contuſæ & trajectæ, coquantur iterum cum dupla quantitate ſacchari ad formam Conſervæ.

*Acorus conditus præbet confortans haud contemnendum, in ventriculi ruditatibus ſive viſciditatibus corrigendis & flatibus inde enatis diſſipandis.*

## Alumen tinctum *Mynſichti.*

Fit *Aluminis* ℥j. *cum ſanguinis Draconis* ʒß, in ſ. q. *Aquæ Cardui benedicti* ſolvendo, poſtea per filtrum trajectum rurſus coagulando.

Ana-

## Anacollema Frontale,
### *ex Schrôd. ad compeſcendam Hæmorrhagiam narium*

℞. Argillæ uſtæ, Farinæ volatilis, Boli Armen. aa. ℥ß. ſucci acaciæ, hypocyſtid. aa. ʒij. cum albumine avi & parum aceti *fiat mixtura, Fronti applicanda.*

## Aniſum Laxativum. *P. A. N.*

℞. Sem. aniſi ℥vj. Diagryd. ʒiij. ʒij. Maſtich. el. ℥ß. ſpec. de gemm. frig. ʒij. Diamargarit. frig. cinamom. acuti, caryophyllor. Nuc. Moſcat. aa. ʒj. Sacchari albi ℔v. ℥iiij. *Fiat ſ. a. Confectio.*

## Aniſum Laxativum. *Zwelff.*

℞. Seminis Aniſi à ſuis ſtipitibus bene mundati ℔ß. *immittatur aheno confectorio ſupra ignem collocato, humectetur ſaccharo clarificato*. & ad Syrupi conſiſtentiam paulo craſſiorem cocto, cui ſtatim inſpergatur nonnihil de ſequente pulvere v. g.

℞. *Diagrydii ſulfurati* amygdalis dulcibus probe ſubacti ℥ß. *Gialappæ ſubtil. pulv.* ℥ij. *Mechoac. alb. ſubtiliſſ. pulv.* ℥iß. *Cremoris Tartari* ℥j. *cinamomi opt.* ℥ß. *Nuc. Moſchat.*

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, de quo aliquid, ut dictum, ſemini humectato inſpergatur; labor vero hic, humectando ſemen aniſi ſaccharo liquido, & pulverem inſpergendo, exſiccandoque, toties reiteretur, quousque omnis pul-

pulvis ſeminis aniſi agglutinatus fuerit : Quo facto, denuo cum puro & ſolo Saccharo liquido clarificato, aniſum pulvere ſolutivo confectum humectetur aliquoties & ſiccetur, donec convenientem magnitudinem, & albedinem à Saccharo nanciſcitur.

*Eſt medicamentum laxans vel purgans illis dicatum, qui ab aliis purgantibus ingratis abhorrent, & mediante quo, infantes commode decipi poſſunt*; educit vero præ aliis cruditatibus potiſſimum hydropicorum ſerum, vel lympham caſtratam, *unde & iis conducit, quibus acidulas bibendo, multum aquæ reſtagnat, nec, ut debet, ſufficienter eliminatur; datur à* ℈i. *ad* ℈iii. *vel* ʒß.

## Aniſum Laxativo-Emeticum *Zvvelfferi.*

*Fit eundem plane in modum ut jam dictum*, modo loco pulveris prædicti fiat ſequens pulvis. v. g.

℞. Pulv. Radic. mechoac. alb. ℥j. Radic. Aſari ʒvi. Crem. Tartari ʒj. cinamomi ʒß. Nuc. Moſchat. ʒii. Mercurii Vitæ ℈iii. vel ʒß. *miſceantur, & fiat pulvis, quo cum aſpergatur aniſum humectatum; & porro procedatur, ut in prædicto aniſo laxativo edoctum fuit.*

Doſis eſt ℈ß. ad ℈v. modo integræ confectionis compoſitum, in pondere non exceſſerit libras quatuor.

Anti-

## Antifebrile Crollii.

℞. Teſtarum concharum oblong. in piſcinis reperibilium q. l. affunde eis Acetum, & ſtent per noctem, ut mucus extrahatur, ſcopis æneis quibus Aurifabri utuntur, abradendus, quo peracto *calcinentur teſtæ ad albedinem, vel quod melius, absque calcinatione pulveriſentur & pulvis uſui aſſervetur.*

Doſis eſt à ʒß. ad ℈ij. ad acidum Febrile Spiritibus ſingulariter infeſtum, abſorbendum.

## Aqua Acuſtica *ſive* Acoviſtica *Mindereri ex P. A. R.*

℞. *Herb. Roriſmarini, Majoran. Lavend. Salv. hort. Rutæ, Origani, Polii montan. Flor. Sambuci* aa. p. 1. *Spicæ Rom.* p. ß. *Baccar. Lauri, Juniperi* aa. ℥ij. *Radic. iridis Illiric. Cyperi rot. Valerian. Leviſtic. Cyclamin.* aa. ʒß. *Pyrethri* ℥j. *Bryon. Cucum. aſinini Raphani Capar.* aa. ℥iß. *Colocynth.* ℈ij. *Nucl. Perſic. Semin. Raphani, Rutæ* aa. ℥ß. *Fœniculi, Caſtorei* aa. ʒß. inciſis & contuſis adde *Galbani* ʒij. *in Aquæ Aurei Langii* ℥iß. ſoluti, *Urinæ capræ* vel in ejus defectu *Urinæ pueri* ℥viij. *Aceti Squillitici, Rutacei* aa. ℥viij. *Spir. Juniperi* ℥ij. Facta maceratione viginti quatuor horis, deſtillentur ex B. M. leni igne, & Aqua prolecta miſceatur cum *Spir. Roſar.* ʒj. ac uſui aſſervetur.

## Aqua Acoviſtica *mihi uſualis.*

℞. Radic. Leviſtici, Valerianæ Pyrethri aa. ℥ß. Herb. Roriſmarin. Flor. Lavendul. aa. M. j. Bacc. Lauri ʒij. Caſtorei, Camphoræ aa. ʒj. Spir. Juniperi ℔j. Stent invicem loco calido donec Spiritus Eſſentia Specierum probe exiſtit impregnatus: dehinc ℞. Salis Armoniaci ℥ß. Salis Volat Urinæ ʒij. Olei Juniperi ʒß. *His invicem probe commixtis & tritura unctis, ſuperaffunde Spir. Juniperi à ſpeciebus decantatum, miſceantur & ſtent ad uſum.*

*Hæc aut ſimilis aqua, vel cum goſſipio ad guttulas aliquot veſperi auribus immittitur, vel inſpergitur ejus aliquid pani triticeo recenter ex furno extracto, per medium ſecto, & auri applicatur quam calide ferri poteſt: Vel & ore ſimul aliquid aquæ continetur, aqua lavendulæ pauliſper dilutæ, ſi fortior videatur, & reſerabuntur obſtructiones circa meatus auditorios.*

## Aqua Alexipharmaca *Amſtelod.* quam commendat *Margraff in ſua Mat. Med.*

℞. *Nucum jugland. immatur: cum corticibus externis viridibus* menſe Junio collect. & contuſ. aa. ℔ij. *Herb. Card. bened. Meliſſæ, Rutæ, Scabioſæ, Scordii* aa. ℥ij. Conciſis affunde *Aceti Vini* q. ſ. ut aliquot digitos emineat, tandem deſtilla ex cucurbita vitrea ſatis ampla, non vero nimis alta in M. B. bullienti, quam diu aliquid prodit, quod intra 24. horas abſolvi-

ſolvitur, tum Spiritum limpidum prolectum ſerva.

Datur ab ℥ß. *ad* ℥j. vel per ſe, *vel cum Theriaca aut Diaſcordio*, ad ſudorem eliciendum, malignitatem impugnandam &c.

## Aqua Alexipharmaca *Zvvelfferi.*

℞. Radic. recent. Angelicæ, Leviſtici, Enulæ aa. ℥iii Zedoariæ, Oſtrutii, Contrajerv. aa. ℥iß. Herb. recent Rutæ, Scordii noſtr. aa. ℥viii. Meliſſæ citratæ ℥vi. Semin. Rutæ recent. ℥iii. Bacc. juniperi ℥v. lauri ℥ii. Cort. Aurant. recent. ℥iii. citri recent. & extim. ℥iiii. cinamomi opt. ℥ii. Macis ℥j. caryophyllor. ℥ß, *Inciſis & contuſis, cucurbitaque vitrea vel vitreata immiſſis ſuperaffundantur* Vini boni ℔vi. *digerantur & deſtillentur ad ſiccitatem fere ſpecierum, proboſcidi alembici immiſſis* Croci Auſtr. Myrrhæ el. aa. ʒi, Camphoræ ʒß. *& Aqua prolecta ſervetur ad uſum.* Datur ab ℥ß. ad ℥j. vel ℥iß. ad ſudorem eliciendum.

## Aqua Alexipharmaca *Wald.*

℞. *Succi Rutæ, citri, acetoſæ, card. bened. card. mar.* aa. ℔iß. *Borrag. Endiviæ, Taraxaci Roſarum* aa. ℔i. *Pomor. Citri cum corticibus & ſeminibus conciſ.* n. vii. *Raſuræ. CC.* ℔ß. per tridium macerata deſtillentur & aqua prolecta ſervetur.

## Aqua Aloetica Mercurialis *Zvvelff.*

℞. Aquæ vel ſucci plantaginis, aut millefolii *vel in horum defectu* Decocti ſaltem horum ℔i. ℥ii. Aloes ſuccotrinæ ʒvj. ☿ ſublimati ʒß. vel ℈ii. *Fiat unica ſaltem aut altera ebullitio, tum reſidere permittantur, poſtea decantetur aqua ab aloe, cujus nonnihil præcipitari ſolet, addaturque* mellis roſati ſimpl. ℥iß. *& ſervetur.*

Si mixtura paulo fortior expeteretur, poterit doſis ☿ii. ſublimati augeri ad ʒi. vel ʒiß.

*Applicatur hæc aqua cum linteis duplicatis contra cutis defœdationem, ſerpiginem, ulcera Venerea &c. non absque ſingulari effectu.*

## Aqua Aluminoſa Magiſtralis *Londinenſis.*

℞. *Aquæ Plantag. Roſar. rubr.* aa. ℔i. *Alumin. roch.* ☿ii. *ſublimati* aa. ʒij. trita & mixta alumen ſcil & ſublim. bulliant cum aquis in vaſe vitreo vel vitreato clauſo, ad medietatis conſumptionem, *poſtea reſidentia quinque dierum ſpatio conceſſa, fiat colatura.*

## Aqua Anhaltina *Schrôderi.*

℞. Terebinth. el. ℔ß. Thuris maſc. ℥i. Ligni Aloes pulv. ℥iii. gran. maſtich. caryophyllorum, Nuc. Moſchat. Cubebarum, Cinamomi, aa. ʒvj. Croci Or. integri ʒiiſs. Semin. fœni-

culi. Bacc. Lauri aa. ℥ß. *Pulveriſatis pulveriſandis infundantur omnia in Spiritus Vini* ℔v. *& digeſtione ſex dierum ſpatio facta, deſtillentur ex M. B. additis Moſchi* gr. xv. in petia; *facta deſtillatione, ſeparetur quod clarum eſt à turbido:*

## Aqua Anhaltina *Pharm. Nor.*

℞. *Terebinth. el.* ℔ß. *Thuris maſc.* ℥j. *gran. maſtichis, Caryophyll. Flor. Anthos. Nuc. Moſcat. Cubebar. Galang. Cinamomi* aa. ʒvj. *Sem. fœnic. Bacc. Lauri* aa. ℥ß. Pulveriſatis pulveriſandis infundantur omnia in *Spir. Vini* ℔v. & digeſtione ſex diebus facta, deſtillentur leni M. B. calore, & quod clarum eſt ſeparetur à turbido, illique immittantur *Ligni Aloes pulv.* ʒiij & ſi completa deſideretur, adde *Moſchi* gr. xv.

## Aqua Anhaltina *Diſpenſatorii Brandenburgici.*

℞. Terebinthinæ ℔ß. Thuris maſc. ℥j. Ligni Aloes ʒiij. Caryophyll. Cinamomi acuti, Cubebarum, Florum Anthos, Galang. Gran. Maſtichis, Nuciſtæ aa. ʒvj. Croci Or. integri ʒiiß. Bacc. Lauri, Sem. fœniculi aa. ℥ß. *Pulveriſata infundantur in* Spir. Vini ℔v. *digerantur diebus ſex, tandem vero additis* Moſchi in petia ligati, *& alembici roſtro impoſiti* gr. xv. *deſtillentur leniſſimo calore Balnei, hinc quod clarum eſt ſeparetur à turbido & ſeorſim aſſervetur.*

„ *Aqua hac ratione Terebinthinæ ſatis efficax*
„ *exiſtit ad Calculoſas concretiones promoventas,*
„ *Colicam inde excitatam demulcendam, &c. Ra-*
„ *tione ſpecierum reliquarum eſt cephalica, nervi-*
„ *na, interne & externe applicata, ſedat dolorem*
„ *dentium in ore detenta, ſiſtit catarrhos & reſol-*
„ *vit, vertici inſtillata, &c.*

## Aqua Aperitiva *Schröderi.*

℞. Radic. Ering. Scorzon. Filicis, Centaur. maj. Bruſci aa. ℥ß. Fœniculi, Cappar. Tamariſci, Fraxini aa ℥iij. Citri ℥iiß. Sem. viticis, Card. ben. Cichor aa. ℥ß. Endiv. Scariol. Nſturt. Citri aa. ℥ii Herb. Polytrich. Adianthi, Ceterach, Cuſcutæ, Scolopendr. Beton. Endiv. aa. Miß. Summitat. Thymi. Epithimi, Lupuli, Flor Hyperici, Geniſtæ Borrag. Meliſſ. aa. Mi. Paſſul. min. ℥j. *Omnia incisa infundantur in* Aq. Lupuli, ſcolopendr. card. bened. veronic. aa. ℔j. Vini Rhenan. ℔iiß. *addanturque* Cinamomi ℥iß. Specier. dia Laccæ ℥ß. *Stent loco calido diebus aliquot probe clauſa, dehinc deſtillentur ex M. B. leni igne.*

## Aqua Aperitiva *Timæi.*

℞. Radic. Fœnic. Aſparagi, Petroſel. Liquirit. aa. ℥j. Polipod. q. ℥i. Herb. Fumar Mij. Agrimon Capill Ven. Cuſcut. Cichor. Endiv. Beton Scolopendr. aa. Mi. Flor. Borrag. Centaur. min. Bugloſſ. Geniſt. aa Mß.

 Sem.

Sem. Aniſi, Fœnic. aa. ℥iii. Summitat. Lupuli Mi. Cort. Tamariſc. Fraxini, Cappar. aa. ʒvi. Paſſul. maj. min. aa. ℥iii. *Inciſis & conquaſſatis affunde* Aquæ fumar. Agrimon. aa. ℔iv. Cichor. Fœnic. Bethon. aa. ℔iii. *& deſtillentur.*

„ *Sed cum* pleraque aquarum harum aperitivarum ingredientia, deſtillationi omnino ſint „ inepta, *neque ne hilum quidem virium aperitivarum deſtillando fundant*, *hinc* fucum com„ mittunt, qui Aquas tales in Pharmacopœis „ deſiderant, vel ignorantiam produnt, qui eas „ præſcribunt. *Potiſſimæ namque vires relinquuntur, & deſtillatione facta in decocto abjiciuntur, longe magis, quam in Aqua prolecta conſiderabiles.*

## Aqua Apoplectica *ſive* Mirabilis *Langii ex P. A. R.*

℞. *Flor. Primul. Ver. Roriſmarin. Folior. Majoran. Ivæ arthetica* aa M. i. *Radic. calami arom. Ireos, Ariſtol. rot.* aa. ℥iß. *Sem. Sileris mont. Pæon. Fœnic.* aa. ʒi. *Cubebar. Nuc. Moſchat. caryoph.* aa. ℥iii. *Cinamomi Ligni Aloes* aa. ℥ii. *Piperis Long. Sagapeni, Opopanacis, Myrrhæ, Gum. Juniperi* aa. ʒiß. *Aquæ Herb. Paralyſeos, Salviæ, Betonicæ* aa. ℔i *Florum Tiliæ* ℔iß. Stent omnia mixta in infuſione diebus octo, poſtea leni arenæ calore deſtillentur.

Aqua

# Aqua Apoplectica *Zvvelff.*

℞. Vini Malvatici vel Hiſpanici ℔vj. Spirit. Vini aniſati rectif. ℔viij. ceraſor. nigr. ardent. ℔ij. Aq. Lilior. convall. *ſine additione ex B. N. vaporoſo deſt.* ℔j. *His ſucceſſive immergantur tempore veries ſequentia* v. g. Radicum Pœoniæ rec. ℥ij. Doron veri ʒiiſs Cyperi rot. ʒj. Zedor. ʒiſs Herb. rec. Baſiliconis, Beton. Hormini ſive Salviæ ſylv. Majoran. Menthæ odorat. Herb. rec. Pulegii, calaminth. mont. Roriſmarin. Salviæ, Serpill Thymi aa. floreſcent. ʒiiij. Flor. rec Acaciæ, Lilior. Convall. Cheyri, Lavend. Paralyſ. Pœoniæ, Tiliæ, Tunicæ aa. ʒiij. Sem. coriandri ʒiſs. Cardamomi minoris in capſulis ʒij. Cubebarum ʒiſs. Cinamom. opt. ʒvj. caryophyll ʒij Nuc. Moſch. ʒiij. Bacc. juniperi, Lauri aa ʒij Ligni Rhodii, Santali citr. aa. ʒiſs. Lign. Aloes opt. ʒi. Cortic. Aurant. & Citri aa. recent. & extim. ℥iſs. *Omnia debito tempore collecta & infuſa tandem ex B. N. vaporoſo deſtillentur ad ſiccitatem fere ſpecierum, roſtro capitelli impoſitis* Ligni Aloes opt. groſſe inciſi ʒj. *& ſi lubet* Ambræ gryſ. ʒß. Moſchi Or. ℈j. Aquæ prolectæ Julapii noſtri de vino ℔j. *ad conciliandam gratiam addi poteſt.*

„ *Aquam hanc Apoplecticam ſuis uſualibus ad-*
„ *numerat* Diſpenſatorium Brandenburgicum,
„ dimidiam vero partem abſque Moſcho & Am-
„ bra ſeorſim aſſervant pro iis qui Moſchum &
„ Ambram abominantur.

## Aqua Apoplectica *Pharm. Nor.*

℞. Flor. Lilior. convall. Man. vi. Lavendulæ Mß. Fol. Salviæ Miij. Sem. Pœon. ℥ß. Viſci quercini, Radic. Dictamni albi, caryophyllatæ aa. ℥j. Herb. Majoran. Betonic. Primul. veris aa. Mß. Pulegii, Polii Mont. Origani Cret. Thymi Cret aa. Mj Radic. Pœon. Bacc. Lauri aa. ℥ß. Gran. juniperi ℥iß. Calami arom. Zedoar. cort. pomi citri. Piperis longi, nigri aa. ℥ß. Sem. Coriandr. præp. Erucæ, Cardamomi, Cubebarum, Caſtorei aa. ʒij. Zingib. albi, Caryophyll. Cinamomi opt. Galangæ aa. ʒiß. Granor. Paradyſi, Nuc. Moſchat. aa. ℥ß. Myrrh. opt. ℈iiij. *Pulveriſata infundantur* in Vini opt. per deſtillationem rectificati menſuris quatuor, & vini generoſi menſura dimidia, *atque per Baln. ſ. a. deſtillentur.*

## Aqua Apoplectica Pauperum *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Florum* ſuo tempore collect. *Liliorum convall.* rore madentium *Primulæ veris. Tiliæ aa.* Mij. *Anthos. Lavendulæ* cum Foliis *Thymi, aa.* Mj. *Zedoar.* ʒvi. *Macis, Caryophyll. Cardamomi min. Cinamomi aa.* ʒiij.

Infundantur in *Vini albi generoſi & Spiritus Vini, aut frumenti rectificati aa.* ad eminentiam ſex digitorum, tum per octiduum dige-

digeſta ſ. a. deſtillentur in cucurbita optime clauſa.

## Aqua Apoplectica *Wedelii.*

℞. Flor. Lavendulæ, Spicæ aa. Mxii Lilior. convall. Mv. Paralyſeos, Miij. Cheyri Mij. Pœoniæ, Tiliæ aa. Mß. Roriſmarin. Bethon. aa. Mi. Sum. Serpill. Citrariæ aa Miß. Herb. Puleg. Chamædr. Chamæpith. Polii mont. aa. Mi. Zingib. Caryophyll Cubebar. Nuc. Moſch. Macis, Cardamomiat. aa. ʒß. *Affunde* Aq. Lilior. Convall. opt. cum vino deſt. Menſ. iiij, vel *q. ſ. & ſ. a. deſtillentur.*

## Aqua Apoplectica *mihi uſualis.*

℞. *Flor. Lavendulæ, Anthos, Lilior. Convall. Tiliæ, Herb. Baſilicon, Mari veri aa.* ℥ii *Salv. Majoran. Serpilli. Roriſmarin. Thimi. aa.* Mij. Inciſis affunde *Vini generoſi & Spiritus, Ceraſorum nigr.* per fermentat. parat. aa. q. ſ. & digeſtione diebus ſex conceſſa, deſtillentur & in Aqua prolecta denuo infundantur *Cinamomi, Cardamomi, Macis, Nuc. Moſch. Cubebar. Caryophyll. Zedoar. Angelic. Torment.* aa. ℥j. & maceratione rurſus facta, deſtillentur per veſicam, & Aqua primo egrediens ſervetur ſeorſim, cui parti in nodulo ſuſpendatur *Moſchus* & *Ambra*, & aliæ parti *Caſtoreum* immittatur.

„ *Omnes hæ & ſimiles Aquæ Apoplecticæ dictæ,*
„ *quarum ex variata ingredientium diſpoſitione innu-*

„ *numera poſſunt alia fieri formulæ,* ratione par-
„ tium ſubtilium oleoſo ſpirituoſorum *in genere*
„ *cerebro & nervoſo generi ſunt dicatæ* , *unde* in
„ Apoplexia, Vertigine, Epilepſia, Catharris *tam*
„ interne ad cochleare unum aut aliud, *ut &*
„ externe temporibus pulſibusque applicatæ, ſæ-
„ pe ſunt ſatis activæ & efficaces, licet ex tanta in-
„ gredientium farragine talis Aqua haut ſit con-
„ fecta, cum pauca & ſelecta ingredientia ſuffici-
„ entia, qualemque præbet,

## Aqua Apoplectica *Ludovici.*

℞. *Aquæ Liliorum Convall. ſpirituoſæ*, è recenti-
bus floribus absque fermentatione, mode-
rato igne abſtractæ ℥xii. *Spicæ utriusque no-
ſtratis* ex herba & floribus deſtillatæ, ſpirituo-
ſæ ℥iiij. *Miſce & ſerva.*

„ Hanc Aquam tam per ſe, quam cum aqua
„ quadam aromatica v. g. cinamomi ex tempore
„ remixtam, id præſtare aſſerit *C. l. Ludovici* quod
„ tot Spiritus & Aquæ Apoplecticæ, Cephalicæ,
„ Mirabiles, Salviatæ, Lavendulatæ, &c. largiter
„ promittunt, at parum ſervant, utpote quæ vel
„ intenſiori caliditate, vel in competenti edulco-
„ ratione affectus potius exaſperant, quam miti-
„ gant. Imo *effectum, qui vulgo Aquis picarum, &*
„ *variis hirundinum adſcribitur, melius obtinui-*
„ *mus inquit, modo dictæ noſtræ aquæ Spir. CC. rect.*
„ *aut Eſſent. caſtorei, vel Acetum ſaltem rutaceum*
„ *aut medicatum aliud remiſcebatur.* Si tamen
„ quis magis compoſitam deſideret Aquam ta-
„ lem, poterit ſimul addere Aquam ſpirituoſam
Majo-

„Majoranæ, vel Thymi noſtratis, aut Serpilli
„ vulgaris &c. *Vide Cl. Ludovici diſſertat. 1. de*
„ *nervinis pag. mihi 497.*

Vel ad mentem *Cl. Ludovici* ſequentibus ex ingredientibus fiat.

## Aqua Apoplectica *ſuccincta.*

℞. Flor. Lilior. convall. rec. ℔ij. Lavendulæ rec. ℔j. Herb. Majoran. Serpilli, Thymi noſtrat. aa. ℔ſs. cinamomi ℥ij. cardamomi, cubebarum aa. ℥ß. Vini generoſi ℔viii. vel xij. *Maceratione per tempus conceſſa, fiat deſtillatio, & Aqua prolecta ſervetur.*

„ Viribus alias diffuſiores Aquas Apople-
„ cticas ſi non ſuperans, tamen omnino exæ-
„ quans: interne & externe.

## Aqua ad Ardorem Urinæ *Mynſ.*

℞. Glyzyrrhizæ, Altheæ, Malv. min. Ireos. Flor. aa. ℥ii Pinear. mund. Amyd. d. aa. ℥ß. Sem. Melon. ex cort. cydon. apii, papav. alb. Endiv. Lactuc. gran. Alkekengi, Myrtill. Caſſiæ fiſtulæ. Galang. min. Herb. violar. Bellid. min. Veron. aa. ℥ii. *Inciſa & contuſa infundantur* in Aquæ Flor. papav. err. Malvæ utriusque aa. ℔iſs. Plantag. Portulac. Violar. Lactuc. Fol. quercus. Nummular. aa. ℔i. *Digeſta diebus aliquot deſtillentur ex M. B.*

„ *Ratione ingredientium, ex quibus* paucio-
„ res quid virium deſtillando fundunt, *hæc* aqua
„ abſurda omnino, *nec effectum tantopere lauda-*
„ *tum præſtare potis eſt: unde ea carere optime po-*
„ *terit moderna praxis medica.*

## Aqua Aromatica *Phar. Nor.*

℞. *Cinamomi* ℥ß. *Nuc. Moſch.* ʒij *Macis, Galang, caryophyll. gran. Paradyſ. Flor. Roriſmarin. Lavend. aa.* ʒj *cardamomi, cubebar. aa.* ʒß. Pulveriſata infundantur in *Vini Malvatici* menſ. 1. ſtentque infuſa ad uſum.

Datur à cochleari dimidio ad unum aut alterum, ad Spiritus rectificandos, confortandos &c.

## Aqua Arthritica *P. A. R.*

℞. Flor. Chamæmeli, Fol. Puleg Lavendul. Majoran. aa. ℥j. Roriſmarin. ℥iij. Chamæpyth. Salv. aa. ℥ij. Myrrhæ, el. ℥ij. Caryophyll. Cinamomi aa. ʒij. Radic. Pœon. ℥ß. Pyrethri. Cyperi Rot. Ireos Illiric. aa. ʒiß. Cardamomi min. Cubeb. aa. ʒj. Nuc. Moſch. ℥ß. *Infundantur* in Spirit. Vini rectif. ℔iiij. *Stent in infuſione vaſe bene clauſo per dies 14. poſtea ex M. B. deſtillentur.*

## Aqua Arthritica *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Radicum Pæoniæ* ℥ß. *Cyperi rotundi, Iridis illir. Pyrethri aa.* ʒß. *Herb. Betonicæ, Ivæ Arthet. Lavendulæ, Majoran. Pulegii, Salviæ aa.* Mj. *Roriſmar.* Mij. *Florum Lavendulæ, Spicæ noſtrat. Stæchad. Arab. aa.* p. iij. *Chamom. Rom. Sambuci, Verbaſci aa.* ʒvj. *Caryophyll. aromatic.* ʒij. *Cinamomi el.* ℥ß. *Cardamomi. Cubebarum aa.* ℥iß. *Nuc. Moſchat. Baccar. junip. aa.* ʒvj. *Lumbricorum terreſtr.* à ſordibus mundat. Mij. Inciſa & contuſa infundantur in *Spir.*

*Vini rectificat.* ℔vj. & infuſione octiduana peracta, deſtillentur ex M B.

## Aqua Arthritica *Zvvelfferi.*

℞. Radic. Cyperi rot. Cardopatiæ, Pyrethri aa. ℥i. Herb. rec. Chamæpit. Calaminth. Mont. Majoran. Roriſmarin. Salviæ hort. Saturejæ, Serpilli, Flor rec Lavendulæ, Spicæ, aa. ʒiij. Summitat. abietis arboris rec. Cinamomi acut. Coriandri aa. ʒij. caryophyll. ʒi. Cardamomi, Cubebarum, Macis aa. ʒj. Bacc Lauri ʒiii. Juniperi rec. virid ℥iiij *Inciſa omnia & contuſa immergantur* in Spir. Vini rectif. ℔ iij. *Factaque maceratione vaſe probe clauſo, deſtillentur per M. B. ad ſiccitatem ſpecierum & liquor edeſtillatus ſervetur ad uſum.*

## Aqua Arthritica *Mollenbröck de Arthrit.*

℞. *Ovorum Formicarum*, Menſ. i. *Vini generoſ.* menſ vi. Deſtilla & deſtillatæ aquæ infunde *Summitatum Ivæ* M iiii. *Bacc. Juniperi* ℔ß. *Flor Lavendul. Anthos Salviæ, Summitatum arboris vitæ aa.* M v. *Fl. Lauri* M. iij. *Cubebarum* ℥iij. Poſt infuſionem deſtillentur iterum, & egreſſo liquori ſpirituoſo addantur *Radic. Pyrethri* ʒiij. ſtent ita per longum tempus infuſa, dehinc recipe *filtratæ Aquæ* ℥iiij *Spir. Lumbricorum terr.* ʒij. *Spir. cochlear. recent.* ʒij M. i. & ſervetur ad uſum.

Aqua

## Aqua Arthritica *mihi uſualis.*

℞. *Radicum Pyrethri* ℥j. *Herb. Roriſmar. Lavendula cum Flor.* aa. Mij. *Summita*'. *Pini* Mj. *Caryophyllorum, Macis, Camphoræ* aa. ʒij. *Spir. Formicarum* ℔iß. Stent invicem infuſa ad uſum.

„ *Hæ vero & ſimiles aquæ quarum iterum ex* „ *variata ingredientium miſcela innumeræ con-* „ *cinnari poſſunt* conducunt præcipue frigidis ar- „ ticulorum affectibus ab obſtructione partium „ nervoſarum & muſculoſarum dependentibus, „ ad lympham nerveam lentam viſcidam attenu- „ andam, & ſpirituum motum invigorandum, „ *modo diligenter infricentur partibus paralyſi tactis,* „ *& ægre mobilibus, contractis &c.*

## Aqua Aſthmatica *P. A. R.*

℞. *Radic. Enulæ* ℥ij. *ireos Flor.* ℥iß. *Herb. hyſſopi, Fulminariæ . Salv hort.* aa. M.j. *ſemin. aniſi, fœnis. cinamomi acuti* aa. ℥ß. *cardamomi* ʒij. *Croci* ℈ij. *Spir. vini* ℔j. *Aquæ ſcabioſ. Tuſſilagin. veron.* aa. ℔ß. Digeſta per triduum, deſtillentur ex M B.

## Aqua Aſthmatica *Ph Nor.*

℞. Radic. iridis Florent. Eryngii, Helenii, Fœniculi aa. ℥ß. Herb. veronic. ſcabios aa. Mii. Capill. ven. Hyſſopi, Salviæ, Marrubii aa. Mi. Cinamomi opt. Bacc. juniperi aa. ʒiij. *ſpeciebus his affundat.* Spir vini optimi q.ſ. *ſtent in infuſione diebus quatuordecim. poſtea deſtillentur, & liquori prolecto infundantur* Rad. liquir. ℥ß. Jujubarum, Sebeſten aa. No. XXX. Dactylor.

ctylor. Ficuum aa. N. X. Paſſularum minorum. majorum exacinat. aa. ℥ii. Digeſta per tempus filtrentur & ad uſum ſerventur.

*Similem aquam Aſthmaticam tradit* Hofferus in ſuo Hercule Medico.

## Aqua Aſthmatica Zvvelff.

℞. Spiritus vini aniſati & rectificati ℔iii. vini Malvat. ℔ii *his mixtis immergantur* Radic. rec enulæ ℥ii. ad iiii. Pimpinell. ℥iii. Herb. recent. anethi, calaminth. mont. Hyſſopi, Meliſſæ, Roriſmarin Salviæ hortenſ. aa. ℥ii. Semin. anethi, aniſi, carvi, naſturtii aa. ℥i cinamomi acut. ℥ii. Macis ℥i. Benzoi, Styracis calam. aa. ʒvi. Croci Or. opt. vel Auſtr ʒiii. vel ʒß. Bacc. Lauri ℥i. junip. ℥ß. *Facta maceratione ſufficiente, donec nimirum omnia collecta & infuſa ſunt, diſtillentur ex B. N. vaporoſo, ad ſiccitatem fere ſpecierum, roſtro alembici prius immiſſa* Croci optimi ʒß. & *Aqua prolecta ſervetur uſui*. Syrupo noſtro Aſthmatico, vel Syrupo de enula pro lubitu edulcoranda,

*Aquæ hæ ſimiles Aſthmaticæ iis ſolatio ſunt, qui cum ſtertore phlegmata tuſſiendo rejiciunt, & inde anhelitu brevi excruciantur, ex lympha caſtrata & viſcida facta, à frigore hyberno, vel ob ſenium lymppha à defectu ſpirituum craſſeſcente &c.*

## Aqua Aurantiarum.

℞. *Corticum exteriorum Aurant* No. xviii. *citri exter.* n. iiii. *vini generoſi* menſ. iß. ſive ℔vi. ſtent in infuſione per noctem, & tunc deſtillentur.

Aqua

## Aqua Bardanæ compoſita *P. A. R.*

℞. Radic. Bardanæ recent. Vincetox. recent. Cort. med radic. Fraxini aa. ℔ ſ. *minutim inciſa infundantur 24. horis in* Vini albi odoriferi, & Aceti rutacei aa. ℔ v *poſt adeſtillentur ex M. B. poſt deſtillationem addendo* Spir. ſulfuris q. ſ. pro manifeſto acore, *& ad ſingulas libras* liquoris camphoræ ℈ ij. *qua in nodulo ligata liquori impendatur.*

*Aqua hæc ſudores potenter elicit, ac venenatorum miaſmatum malitiam temperat, & ab infectionis & putredinis ſive corruptionis labe ſanguinem vindicat. Doſi Cochlearis unius & ultra.*

## Aqua Benedicta Serpilli *Mynſ.*

℞. Herb. Serpilli cum Floribus mane ante ſolis ortum decreſcente ☽ collect. ℥ viij. Chamom. Rom. ℥ ij. Saturciæ, Thimi aa. ℥ j Infunde in Vini generoſi ℔ viij. *Sint in infuſione diebus aliquot, poſtea fiat deſtillatio. In liquore deſtillato iterato infunde* Herb. Serpilli cum Flor ℥ viij. Caſſiæ Lign. ℥ j. Ligni Aloes, Macis aa. ℥ ſ. *Inciſa denuo poſt debitam macerationem, ex M. B. deſtillentur & Aqua profecta ſervetur.*

*Cujus vires non ſunt contemnendæ ad defluxiones Catarrhales præcavendas, Dolores Colicos & à calculo mitigandos, Flatus diſſipandos, Menſes promovendos &c. Doſi Cochlear. unius ad duo vel tria.*

## Aqua Bryoniæ compoſita *Lond.*

℞. Succi radicum Bryoniæ ℔ iv. Fol. Rutæ Artemiſiæ aa. ℔ ij. Sabin. ſiccat. M iij. matric.

tric.nepetæ;Pulegii Regli aa ℔ij. Ocimi Dict. cret.aa.Miſ.Cort.aurant.flav rec. ℥iv.Myrrhæ ℥ij. Caſtorei ℥j. Vini generoſi ℔xij. *Digerantur per quatriduum, poſtea fiat deſtillatio, & ſub medium deſtillationis, expreſſio & colatura, & tandem per deſtiſtillationis continuationem, & tincturæ inſpiſſationem fiat Extractum hyſtericum.*

*Aquæ hujus vires ſatis expertæ prædicantur, in menſibus ſuppreſſis, & aliis uteri Obſtructionibus reſerandis.*

## Aqua Cancrorum *Eph. Cur. Dec. I. ann. VII.*

℞.Cancrorum fluv.& contuſ.No.30.Sempervivi maj.Mj.Fl. prunell. Mii. Aquæ, *ſeu liquoris trans colati* è ſperm. ranar. ℔iij. Roſarum, phlegm. vitr.aa. ℔ß. *Mixta deſtillentur ex M. B. & Aqua prolecta tingatur Torna Solis.*

*Prædicatur inſignis effectus in Faucium & gutturis inflammationibus & ulcerationibus, pro collutione oris tepide ſæpius adhibita.*

## Aqua Cancrorum alia.

## vide Aqua Antihectica alia.

## Aqua Caponis compoſita *P.A.R.*

℞. Caponem eviſceratum & in fruſtra inciſum, depoſitaque pinguedine in olla capaci, & probe occluſa decoquatur in ſ. q. Aq. fönt.ad debitam mollitiem, *dehinc contunde in pullis formam, hancque cum brodio dilue & exprime. Poſtea recipe* hujus Brodii ℔iiß. ▽ borrag. bugloſſ. aa. ℔iſs. Flor. Roſarum, violarum, Bu-

Bugloſſæ borrag. aa. ℥ii. Cinamom. el. ℥i. & *ſ. a. ex cucurbita vitrea aeſtillentur.*

*Hanc Aquam Capenis uſualibus ſuis adnumerat* Diſpenſatorium Brandenburgicum.

## Aqua Caponis *Mynſicht.*

℞. Caponem ut in priori aquam præparatum, *adde ei*, Paſſularum inin. Pinearum, Rad. glyzytrhizæ aa. ℥j. jujubar. Sebeſten aa. N. xii. Caricarum recent. No. viii. Herb. Pulmonar. Endiv. Farfaræ, Lactucæ aa. ℥ß. Flor. Violarum, Betonic. aa. ℥i. *Coquantur omnia in ſ. q. Aquæ in olla nova ut artis eſt, tunc omnibus in mortario lapideo contuſis & brodio expreſſo adde* Vini canarini recent. ℔iii. ▽ Tuſſilag. Marrubii, bugloſſ. aa. ℔i. Micar. Panis alb. in lacte caprill. macerat. ℔ß. Conſerv. Roſar. Borrag. Polytrichi aa. ℥iiii. Spec. Diamargarit. frig. ℥ß. Cinamom. acut. Macis, Sem. Aniſi aa. ʒii. & *mixta deſtillentur ex M. B. ſ. a. & Liquor edeſtillatus ſervetur.*

## Aqua Caponis *Londinenſ.*

℞. Caponem eviſceratum in fruſta ſectum, pinguedine remota *coque eum in q. ſ.* Aquæ font. *vaſe clauſo.*

℞. Brodii expreſſi ℔iii. Aq. borraginis, Violarum aa. ℔iß. Vini albi ℔i. Flor. Roſar. rubr. ʒiiß. Violarum, borrag. bugloſſ. aa. ℥i. Micarum panis è furno calentis ℔ß. Cinamomi confracti ℥ß. *Mixta deſtillentur ſ. a. ex alembico vitreo.*

„*Ha-*

„ *Harum aquarum vires vulgo analepticæ, hinc*
„ *Tabidis conſumptis, vel longo morbo exhauſtis conducibiles eſſe prædicantur: ſed* cum præcipua ingredientia vires ſuas deſtillando minime tranſmittant, *has vero in fundo potius cum brodio relinquant, hinc* illi mihi ex recentioribus noſtris, ſimpliciores videntur, qui talem aquam ſuis ægris præſcribunt quam veteres, qui tales ex ignorantia ſimplici parare docuerunt, *longe melius brodium in uſum duceretur, tanquam integris viribus & ipſo ingredientium quaſi extracto vel eſſentia prægnans, cujus cochleare cæteris paribus plus reficere poſſet, ac integra Aqua amphora.*

## Aqua Carbunculi *P. A. R.*

℞. *Flor. Roriſmarin. Lilior. Convall. Violar. Borrag. aa.* ℥iii. *Lavendulæ* ℥i. *Herb. Majoran. Salv. Nuc. Moſchat. Macis, Zingib. Caryophyll. Cinamomi, Galangæ, Bacc. juniperi, Viſci querc. Sem. Pæon. aa.* ℥ß. *Cardamomi* ℥i. *Vini Malv. Aquæ Fragor. Roſar. Lavendul. aa.* ℔iij. Fiat infuſio per octiduum in loco tepido tunc ſ.a. deſtilla, liquori deſtillato ſplendoris ergo, *aliquot Folia Auri* immergantur.

## Aqua Carbunculi *Norimb.*

℞. Nucis Moſchat. Cinamomi, Macis, Cardamomi, Cubebarum, Caryophyllorum, Granorum Paradiſi, juniperi, Galangæ, Sem. Pæon. aa. ℥j. Flor. Lilior. Convall. Anthos, Violar. Pæoniæ aa. ℥iii. Herb. Majoran. Salviæ, Scabioſæ, Menthæ, aa. ℥ß. Vini Rhenani ℔vi. Aq. Florum Lavendulæ, Roſarum, Fragorum aa. ℔iiij. *Fiat ſ. a. Deſtillatio.*

# Aqua Carbunculi *juxta Diſpenſ. Brandenb.*

℞. Herb. Beton. Lavend. Majoran. Salviæ min. Spicæ aa. ℥i. Flor. Borrag. Liliorum Convall. Rorismarini, Violarum aa. ℥vj. Bacc juniperi. Sem. Pœon. Cardamomi Caryophyll. Cinamomi, Cubebarum, Galangæ, Granor. Paradiſi, Macis, Nuc. Moſchatæ Zingib. alb. aa. ʒi. Raſuræ CC. ʒß. *Incidantur infundantur* in Aq. Fragorum, Lavendulæ, Roſarum, Spicæ aa. ℔iij. Vini albi Rhenani generoſi ℔v. *Stent in infuſione loco tepido per octiduum, poſtea aquæ Spirituoſæ Baln. Mar. evocatæ, vulgi ergo addantur* Foliorum Auri minutim diſcerpt. N. xx.

Quod *ſi cum Moſcho* deſideretur odorata, ſub deſtillatione alembico roſtro imponatur *Moſchi* ℈ß. Et ſi remanentiæ ad aliqualem eminentiam affunduntur *Aquæ Florum Tiliæ, Lavendulæ, & Roſarum*, tum deſtillando prodit *Aqua Carbunculi ſecundaria.*

„ Aquæ hæ, *vel ſimiles aromaticæ*, ab errori-
„ bus veterum jam emendatæ, *utpote qui Aquæ*
„ *huic deſtillandæ perperam Margaritas, CC. oſſa*
„ *cordis C. Folia auri &c. addere ſoliti erant*, in ge-
„ nere ſpirituum vigori inſtaurando, hinc genus
„ nervoſum roborando, hujusque effectus frigo-
„ re conſpicuos emendando, ſatis affectivæ ſunt;
„ *Unde & doloribus colicis ac uterinis demulcendis*
„ *aptæ eſſe poſſunt. Potius tamen earum uſus externus*
℞. Terebinthinæ claræ ʒii *in hoc leni calore ſolvantur vel liqueſiant* Maſtichis el. ʒii. *item* Thu-

Thuris & Mumiæ aa. ʒii. *quæ ambo pulveriſata addi debent, quoniam non omni ex parte in Terebinthina ſolvuntur. His vero unitis & leniter liquatis, addantur* Reſinæ pini & Ceræ flavæ ℥ii. *Seorſim liquata & per linum colata, & tandem adjiciatur Betonicæ pulv.* ʒß. *ac fiat Ceratum.*

## Ceratum de Betonica Ph Nor.

R. Terebinth. clar. ℥ii. *in leni calore liquefiant* Maſtich. el. pulv. Thuris, Mumiæ aa. ʒii. *quibus unitis & leniter liquatis addantur* Reſinæ Pini, Ceræ flav. aa. ℥ii *Seorſim liquata & per linum colata ultimo demum adde* Betonicæ pulv. ℥ß. *Fiat ſ. a. Ceratum.*

## Ceratum de Betonica *Zvvelff.* aliud.

R. *Reſin Styracis Calam. expr.* ℥i *Ladani per extract. cum Spir. Vini parati* ʒvi. *Gummi Tacamahac. Animæ* aa. pulv. ℥ß. *Terebinth. Cypriæ* ℥iß. Quibus leniter liquatis adde *Ceræ flavæ & novæ* etiam leniter liquatæ ℥ii. *Ol. Nuc. Moſchat. expreſſ.* ℥i. Omnibus his mixtis inſpergantur ſequentes pulveres. *Pulv. Herb. & Flor. Betonic.* ℥i. *Majoranæ, Thymi,* aa. ʒiii. *Olibani, Succini* aa. ʒiiß. *Gummi Benzoes* ʒß. *Sandaracæ Ligni Aloes opt. Rhodii , Sem. Coriandri.* aa. ʒß. Ultimo tandem *Olei ſtill. Lavendulæ, Majoranæ, Coriandri* aa. ʒß. *Ligni Rhodii* ℈i. inſtillentur. Fiat Ceratum Cephalicum pretioſum.

## Ceratum de Beton. *mihi uſuale.*

℞. Reſinæ Styracis per expreſſ. fact. ℥ii. Ladani per extract. fact. pulv. Gummi animæ, Tacamahac. Benzoes, Maſtichis aa. ℥i. *Omnibus in* Terebinth. Ven. ʒv. *leniter liquatis adde* Ceræ flavæ opt. ℥vi. Ol. Nuc. Moſchat. expreſſ. ʒi. ſtill. Majoranæ, Lavendulæ aa. ℈iiß. ſuccin. ʒß. *Et his leni calore unitis dum adhuc calent, immiſceantur ſequentia ſubtiliſſ. contuſa ſcil.* Betonicæ floreſcentis ʒii. Roriſmarini, Thymi, Majoranæ aa ʒiß. Pomulorum immaturorum & minimorum aurantiorum ʒi. *Atque his ſuper inſpergantur* Pulv. Ligni Aloes, Rhodii, Olibani, ſuccini albi aa. ʒß, Croci opt. ʒß. *Miſceantur omnia optime in diplomate & fiat Ceratum Cephalicum.*

*Quod Vertici, Temporibus, imo aliis corporis partibus applicatum, humores vel lympham ſtagnantem optime reſolvit, hincque inde natos catarrhos, cephalalgiam & alios dolores demulcet & abigit, non quidem tam Betonicæ, quam aliarum ingredientium reſolventium vel aromaticarum ratione.*

## Ceratum de Galbano Matricale *Ph. A. Renov.*

℞. Galban. præp. ℥iß. Aſæ fœtid. ℥ß. Myrrh. ʒii. Bdelli mollis ʒj. Gummi animæ ʒiii. Tamachac. ℈v. Matricar. pulv. Arthemiſ. aa. ʒvi. Sem. Dauci ℈i. Terebinth. ʒß. Ceræ ʒiiii. *Ceræ liquatæ immiſcendo Terebinthinam & Galbanum invicem liquata, cum pulveribus reliquis fiat ex arte Ceratum.*

ZWELFFERUS *Ceratum hoc, hunc in modum parare docet.*

℞. Galban. in aceti q. ſ. *ad pultis formam ſolut;* ℥iß. *cui adde* Terebinthinæ claræ ℥ii. *in quo pulv.* Gummi Tacamahac. ℥v. animæ ℥iij. & aſæ fœtidæ ℥ß. *Soluta & liquata ſint, & alternatim etiam portiuncula de pulveribus ſequentibus nimirum* Myrrhæ pulv. ℥ß. Matricariæ, Arthemiſiæ aa. ʒ ii. Sem Dauci ʒ ß. ut & Bdellii in aqua matricariæ ſolut. ʒj. *adjiciatur & fiat ſ. a. Ceratum;* quod & *Ph. Norica* jam uſualibus ſuis adnumerat, *ſub Emplaſtri Matricalis titulo.*

*Uſus eſſe ſolet, uterum vulgo frigidum calefacere, ſive quod inibi viſcidum ſtagnat reſolvere, & flatulentias diſſipare, dolorem ejus ſedare, & paſſiones hyſtericas demulcere &c.*

## Ceratum ad Hernias Ph. Nor.

R. Pulv. Maſtich. Mumiæ, Thuris, Succini, Gummi Arab. Tragacanthi, Aloes opt. Balauſticorum, Roſarum aa. ℥ß. Sang. Draconis, Boli Armen. Lapid. Hæmatit. aa. ʒvi. Olei Roſarum ℥iii. Myrtini, Maſtichini aa. ℥j. *Cum Cera & Reſina ſimul liquator: & colator: q. ſ. additis Oleis & reliquorum pulvere, fiat ex arte Ceratum.*

## Ceratum ad Hernias *Zvvelff.*

℞. Terebinth. claræ ℥vi. *in qua liquato* Maſtich. cl. pulv. ℥j. Ceræ flavæ odoratæ ℥iiii. *quibus liquatis adde* Succi Acaciæ, Hypociſtidis aa. *in Decocto forti* glandinum Laricis, ſeu abietis

*in pultis formam ſolutorum* ℥i. Pulv. Myrrhæ, Olibani, Radic. Symphyti major. aa ʒſ. Sang. Draconis, Alum. crudi, *cum ſuperiori decoćto paulisper humectati aa.* ʒvj. Nucum cupreſſ, Lap. Hæmatit. Semin. perfoliatæ, Vitrioli de Cypro *in Sole, vel prope fornacem calcinati* aa. ʒj. *ac fiat ſ. a. Ceratum.*

ZWELFFERUS hoc Ceratum præſens eſſe remedium prædicat ad varias Herniæ ſpecies, modo inteſtinis vel omento in ſuum locum repoſitis, pube ac ſcorto tonſis, parti extenſæ apponatur, ligaculo deſuper decenter applicato.

## Emplaſtrum Hyſtericum *ſive* Matricale *Ph. Nor. Zvvelff. &c.* Vide Empl. de Galbano *Ph. A. Renov.*

## Ceratum Dia Palma *ſive* Dia Calciteos *Ph. A. Renov.*

℞. Axungiæ porci veteris *à membranis per liquationem & colaturam liberatæ* ℔ii. Olei veteris, Lithargyrii triti, aa. ℔iii. Chalcitidis uſtæ ℥iii. Teneriorum ramorum Palmæ M iii. Axungia, Oleum & Palmæ rami minutim inciſi recentes, *vel ſi ſiccati ſint*, aqua prius macerati *coquantur ad aquæ humiditatis conſumtionem, tum colentur & exprimantur*, Colatura cum Lithargyrio ad juſtam conſiſtentiam lento igne redigatur, *tandem ab igne depoſito, immiſcendo pulverem*

*rem Chalcitidis & agitationem mediante rudicula ex recenti palmæ ramo confecta, inſtituendo. Fiat ex arte Ceratum.*

PH. AUG. RENOVATA *hoc Ceratum vere polychreſton prædicat ad varia ulcera dyſepulotica œdemata articulorum morbos, ambuſta, perniones, Oſſium fracturas, contuſiones, vel & omnes affectus Rheumaticos dictos. Sic & ad Fonticulos ligandos deſtinatum eſſe remedium ait, cum eos neque ſordeſcere, nec excreſçere permittat.*

## Ceratum Dia Palma.
## *Zvvelff.*

℞. Axung. Porcinæ recent. ℔iii. *huic impaſtentur* Ramorum Palmæ recent. minutim inciſ. ℔i. *vel ſibi deſint* Foliorum quercus recent. ℥x. Hederæ arbor. recent. ℥iiii. *Et facta maceratione per aliquot dies coquantur parum, addita* Aceti Sambucini ℔ß. circiter: *Poſtea fiat colatura cum forti expreſſione* ramorum, aut foliorum; *Expreſſæ vero* Axungiæ *adde* Lithargyrii ſubtiliſſ. triti ℔iiß. Vitrioli albi purificati ℥iiij. vel ℥v. *prius ſoluti* in Aceti Sambucini, Roſacei aa. ℔ß. *Coquantur leniſſimo igne in ſartagine ſatis ampla, ſpatula lignea* ex Ramo Palmæ vel Quercus recenter facta, *continue agitando, & ad cerati conſiſtentiam redigendo, inque fine cum parum refrixerit, pro lubitu addendo* Camphoræ in Olei Sambuci particula *ad pulticulam ſoluta* ℥vi. *Ut &* Olibani ſubtiliſſime triti ℥iß. *Ut fiat Ceratum articulorum doloribus &c. accommodatum.*

# Ceratum de Pelle arietina *P. A. V.*

℞. Lithargyrii, Lap. hæmatit. Sang. Dracon. Boli Armen Opii, Maſtichis, Ammoniaci præparati, Galbani præparati, Mumiæ, Thuris, Coſti, Lumbricorum aa. ℥ſſ. Picis nigræ, Colophoniæ, Ceræ alb. aa. ℥ii. Radic. conſolid. maj. & min. aa. ʒiii. Roſarum rubr. Myrrhæ, Aloes aa. gr. xviii. Succi Hypocyſtidis, Gallarum immatur. Balauſtiorum, Ariſtoloch. rot. aa ʒvi. Viſci querc. ʒii. Terebinth. ℥ii. Sang. humani ſiccati ℥viiii. *Confectio fiat ſequentem in modum Pellem nimirum arietinam integram coque in aqua, donec fere diſſoluta ſit in lentorem quendam, quem colo & ad debitam craſſitiem inſpiſſa. Hujus ſume* ℔i. *adde* Picem, Colophonium & ceram invicem liquata & colata, poſtea Ammoniacum, & Galbanum cum Terebinthina ſoluta, Opium, & ſuccum hypociſtidis in modico aceto liquata, ac reliquorum ingredientium pulverem, *& tandem viſcum quercinum, fiatque ex arte Ceratum.*

Ad Luxationes membrorum, ut & Hernias, veteribus uſuale.

# Ceratum Santalinum *juxta P. A. R. Ph Nor. & Amſtel.*

℞. Roſarum rubr. Santali rubri ʒx. albi, citrini ℥vi. Boli armen ʒvii. Spodii ʒiiii. Camphoræ ʒii. Olei roſati ℔i. Ceræ albæ ℥vi. *vel q. ſ. Ceram in Oleo liquando & tandem reliquorum pulveres admiſcendo, conficiatur ſ. a. Ceratum.*

Cera-

## Ceratum Santalinum *Zwelff.*

℞. Ceræ citrin. odoratæ ℥x. Olei Roſarum *per trinam infuſionem & macerationem parati* ℥viii. *His leniſſimo calore mixtis, impaſtentur* Flor. Roſar. rubr. recent. *ſubtiliſſ. inciſarum & ad pulvis formam contuſarum* ℥iiij. vel v. *Poſtea ſume* Santali rubri ʒiß. albi, citrini aa. ʒvj. Raſuræ eboris ℥ß. Boli armen. ℥j. *Coquantur cum ſ.q. infuſionis roſarum rubr. ad cataplasmatis duriuſculam conſiſtentiam, ne manibus attactum adhæreſcat, & ſuperioribus in calore dextre impaſtetur*, quæ tum ſic unita per duas horas aut ultra, ſuper igne leni commiſcendo probe agitentur, quo ſe invicem optime omnia amplectantur & uniantur, *in fine vero cum refrixerit, ſuper adde* Camphoræ ʒiii. vel ℥ß. ſolutæ in Oleum Roſarum particula, *fiatque ſic ex arte Ceratum*, præſtans, calidam hepatis intemperiem aliarumque partium attemperandi & emendandi.

## Ceratum Stomachale Galeni *juxta Ph. A. Ren.*

℞. Roſarum rubr. Maſtichis aa. ʒxx. Fol. Abſinthii ʒvx. Spicæ nardi ʒx. Olei Roſati ℔iß. Ceræ q. ſ. *Ceræ & Oleo liquatis, reliqua in ſubtiliſſimum pulverem trita admiſceantur, ut fiat ex arte Ceratum.*

*Ventriculum cum hepate roborare, horumque dolores à cauſa frigida lenire, vomitumque compeſcere prædicatur.*

Cere-

## Cereviſia Saliens.

℞. Cereviſiæ recenter coctæ & nondum fermentatæ, q. l. *Infundatur urceis ad acidulas uſitatis anguſtis ſcil. colli, ac ſingulæ menſuræ immittantur* Cinamomi ℈ii. Irid. Flor. ℈i. Semin. Coriandri ℥ß. & Sacchari cochleare. *Hinc optime agitata & ſubere probe claude, ac ad uſum in cella repone.*

## Chocolada ſimplex.

℞. Fruct. Cacao ℔j. *torreantur leniter & cortice ſeparato in minutiſſimum pollinem terantur* ac cum Sacchari albi ℔ß. *probe ſubigantur* & in paſtam redigantur, leni calore ſiccandam.

## Chocolada compoſita.

℞. Fruct. Cacao N. 700. Sacchari ℔ß. Piperis Mexicani Chilles dicti gr. xiv. Caryophyll. ʒß. Siliq. Vaniliæ ʒij. Achiotæ ʒi. & ſi lubet Ambræ gr. vj. Moſchi gr. iij. ac *Fiat ex omnibus paſta.*

Fructus Cacao ſit recens, neque ranceſſens, nec carie conſumtum. *Poſſunt etiam addi alia pro lubitu aromata, modo non peccetur in quanto, ne ſit vel minus aromatiſata, neque Saccharo nimium dulcis reddita.* Si ad uſum aptari debet ad liquoris quamlibet libram ſumatur Chocoladæ pulveriſatæ ℥i. liquori vero bullienti admiſcetur pulvis ad omnimodam ſolutionem continuo agitatur ut ſpumeſcat; *Liquor ſolet eſſe vel Aqua, aut Lac*, cui plures ovi vitella admiſcent, poſtquam ab igne remota eſt ſolutio; alii parum Vini Canarini.

## Claretum Chalybeatum *Mynſicht.*

℞. Vini Malvat. ℔iiii. Chalybis cum acido Tamarind. præp. ℥j. Rad. Scorzoner. Acidi Tartari aa. ℥ß. Galang. min. Caſſiæ lign. Caryophyll. aa. ʒj. *Digerantur in loco calido per biduum, aliquoties de die movendo. Poſtea colentur per manicam ut fiat Claretum.*

*Quod obſtructionibus Epatis & Lienis, item Ictero, Menſium emanſioni, & Cachexiæ accommodatum eſſe videtur. Doſi* Cochl. iiij. ad vj. *mane & ſero.*

## Claretum Paſſulatum laxans *Mynſ.*

℞. Paſſularum min. Vino lot ℥ii. Fol. ſenn. el. Rad. Mechoacann. aa. ℥j. Liquirit. raſæ, Cinamom. acut. Sem. Aniſi aa. ℥ß. Herb. Pulmonar. macul. Phillitidis aa. ʒii. Tuſſilag. Marrub. aa. ℥iß. Flor. Epat. alb. Hyſſopi, Salviæ aa. ℥i. Croci Or. Macis aa. ʒß. Ficuum ping. Jujubarum, Sebeſten, Dactylorum aa. No. viii. *Macerentur in* hydromellis antiqui opt. & aquæ hordei aa. ℔iij. *per aliquot horas, poſtea coquantur parum, & additis* Sacchari Candi albi ℥iiii. *clarificentur per manicam.*

*Conducit Aſthmaticis, Orthopnœicis, vel Tuſſi inveterata, aut ſimilibus pectoris anguſtiis excruciatis. Doſi* ℥iiii. ad ℥vi.

## Conditum in Gonorrhæa *Coll. Leid*

℞. Pulpæ Caſſiæ recent. expreſſ. ʒii. Terebinth. Vener.

UNIVERSIDAD DE ... Biblioteca

Venet. ℥j. Ocul. ♋. præp. Mercurii dulcis, Salis prunellæ aa. ʒj volat. ſuccini ℈iiij. Syr. de althena Fernelii *q ſ. ut fiat ſ. a. Conditum ſive Electuarium* de quo bis vel ter de die detur ad quantitatem Nucis Moſchatæ.

## Confectio Diacori *Ph. Nor.*

℞. *Radic. acori vulgar.* ab externo cortice inundat: & vino rubro ad mollitiem coct. ℔j. ℥iiij. Fiat conſerva cui adde *amygd. d. excort.* & groſſe inciſ. ℔iß. *calami aromat. Zingib. Chinenſ. aa.* ℥viij *Nuc. Moſchat.* ℥iiij. *Macis, caryoph. aa.* ℥ij. *Piperis nigri* ʒß. *Brodii cortic. Citri & aurant. aa.* ℔ij. Miſce in formam Electuarii. vide *Acorus Conditus* P. A. R. item *Electuarium Diacori.*

## Confectio Alkermes *P. A. R.*

℞. Succi pomarum dulcium, Sacchari albiſſ. aa. ℔iß. *coquantur ad craſſam conſiſtentiam, poſtea addatur* Succi granorum Kermes, Monſpelio allati ſpiſſioris ℔iß. *& ab igne depoſitis adhuc calentibus immiſceantur in particula ſucci,* ſolutæ Ambræ ʒi. Ligni Aloes, Cinamomi aa. ʒj. Lapides Lazuli, Margaritar. Or. aa. ʒij. Foliorum Anri, Moſchi in ſpir. Roſarum ſoluti aa. ʒi. *& fiat Electuarium.*

## Confectio Alkermes. *Ph. Nor.*

℞. Succi Pomarium dulc. Aquæ Roſarum fragrant. aa. q. ſ. *ad ſolvendum* Sacchar. finiſſ. ℔ij. *his ad mellis ſpiſſitudinem coctis adde* ſucci Kermes Monſpelio allati ℔j. *& parum adhuc calenti-*

*lentibus immiſceantur.* Ambræ gryſ. contuſ. ℥ij. Ligni Aloes, Cinamomi aa. ℥vi. Lapid. Lazuli pp. Margaritarum præp. aa. ℥ij. Fol. Auri ℥j. Moſchi ℥ß. *Miſce & fiat Electuarium.*

## Confectio Alkermes, cum Moſcho & Ambra *diſpenſ. Brand.*

℞. *Sacchari albiſſ. ſucci Pomorum Borsdorf. clarificati* & cum ſaccharo prædicto ad conſiſtentiam mellis cocti, *Succi granorum Kermes* Moſpel. nimio ſaccharo non conditi, & ſpiſſiuſculi aa. ℔j. *Cinamomi opt. Ligni Aloes electi* & ſubtiliſſ. pulv. aa. ℥ß. *Lapid. Lazuli* præp. *Margarit. Or.* præp. *Ambræ gryſ.* in ſ. q. ſucci Kermes diſtemperatæ, aa. ℥ß. *Croci opt.* p. ℥j. *Moſchi* Spir. Roſarum diluti ℈ij. *Fol. Auri* ad ſpeciem, vulgi gratia ℥ß. fiat ſ. a. Electuarium.

## Confectio Alkermes *Ph. Amſtel. & Ultraject.*

℞. Syrupi granorum Kermes Monſpelio delati ℔iiß. *calefacto adde* Ambræ gryſ. minutim inciſæ ℥ij. Ambra liquefacta *inſperge ſequentia pulveriſata v. g.* Ligni Aloes, Cinamomi aa. ℥vj. Lapid. Lazuli præpt. Margaritarum præpt. aa. ℈ij. Fol. Auri ℥j. *Fiat ex arte Electuarium.*

„ *An quoad vires Confectio hæc tantopere Cordialis*
„ *ſit ac vulgo creditur & quidem in ſpecie ratione ſuc-*
„ *ci Kermes, me manet dubium, cum ejus vires Sac-*
„ *charo admodum obtundantur cujus ratione etiam*
„ *an hypochondriacis multum prodeſſe queat, hæreo,*

„ *utpote cum ejus ratione ſucci alias leviter fer-*
„ *menteſcentes, adhuc magis reddantur acres, &*
„ *ad fermenteſcendum proni. Quod tamen non-*
„ *nullis conducere queat, circumſtantiis bene conſi-*
„ *deratis, non dubito.*

## Confectio Anacardina *P. A. V.*

℞. Myrobalanorum, Chebularum, Emblicarum, Belliricarum, Indarum, Piperis nigri, longi, Caſtorei aa. ℥ij. coſti anacardiorum præp. Sacchari albi, Sed. nigellæ aut erucæ, Bacc. Lauri aa. ℈vj. Cyperi ℥ß. cum Melle deſumato *fiat Electuarium.*

MESUE Sapientum Confectionem *hanc dixiſſe dicitur, cum crederet, eam ſanguinem reddere puriorem, hincque Spiritu animali puriore & tenuiore reddito, ſenſus omnes roborari.*

## Confectio Anacardina *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Anacardiorum* præpt. *Bacc. Lauri, Coſti dulcis aa.* ʒiii. *Myrobal. Belliricar. Chebular. Emblicar. Indiarum, Piperis longi, Nigri aa.* ℥j. *Rad. Cyperi* ʒii. *Sacchri albiſſ.* ʒiii. *Sem. erucæ, Cubebarum aa.* ℥iß. in pulverem ſubtiliſſimum redacta cum *Mellis* deſpumati triplo, ſive ℥viiß. redigantur in formam Electuarii.

## Confectio Anacardina Cephalica *Zwelff.*

℞. Aquarum Majoranæ, Flor. aurant. Tunicæ aa. *absque additione Aq. ſimpl. ex B. n. Vap. deſt.* ℥vj. *quibus cucurbitæ vitreæ infuſis immer-*

*gantur*

*gantur* Anacardiorum *n. m: præparat.* ℥iii. *& maceratione in vitro probe clauſo horis 24. circiter facta, fiat colatura, in qua diſſolvantur* Sacchari Canari ℔ii. *ac ſola ejuſdem diſſolutione redigantur in ſyrupum debita conſiſtentiæ, cui demum adhuc calenti, ut in eo quaſi liqueſiant, admiſceantur* Ambræ gryſ. prius cum ſemine Citri excorticato probe ſubacta ʒi. Reſinæ ſtyracis ʒii. Ladani ʒi. *& his liquatis etiam reliqua adjiciantur, nimirum* Anacardiorum præp. & pulv. ℥j. Radic Doronici veri ℥ß. Ligni Aloes gummoſi ℥i. Cardamomi min. Cubebarum, Coriandri aa. ʒij. Nuc. Moſchat. ℥ß. Macis ℥iii. Caryoph. ʒii. Nuc. Moſchat. in India condit. *ac ad pulpæ formam ſubtiliſſ. contuſ.* ℥iii. Ol Cinamomi *prius cum* Sacchari n. roſati ℥ß *permiſti* ℈i. *Miſceantur exacte & fiat Electuarium.*

» *Quod prioris encomia potiori jure vindicat,* » quippe ratione optimorum Aromatum & ea» rundem partium ſubtiliũ, Spiritus Nerveos vel » animales admodum exaltare & activos reddere » valet, id quod cerebrum roborare, calefacere » &c. dicimus, unde & arcendis Apoplexiis, Me» moriæ roborandæ, & Senio refocillando egre» gie conducere poterit Doſi ℈i ℈ii.

## Confectio *Dia* Cinamomu Regia *Mynſ.*

℞. Succoladæ Indæ ℥iiij Nuc. Moſchat. in India condit. No. iij. Syrupi Cinamomi n q. ſ *mixtis adde* Confect. Alkerm. ℥j. Ol Cinamomi ʒß. Ambræ Moſchatæ, Margarit trochi-

ſcat aa. ʒj. Fol. Auri Hungarici No. xxxi *denuo miſce & ad uſum repone.*

## Confectio *Dia* Cinamomi Regia *P. Nor.*

℞. *Succoladæ Indæ* ℥iii. *Nuc. Moſch. in India condit.* ℥ß. *Syrupi Cinamomi* q. ſ. ad formam Electuarii. Miſtis adde *Confect. Alkermes complet.* ℥i. *Eſſent. Ambræ ſicc. Olei Cinamomi.* aa ʒij. *Roſarum* gtt. iiij. *Fol. Auri Hungar.* No. xxx. Miſce & ad uſum repone.

„ *Confectio hæc veluti præſtantiſſimis ex aroma-*
„*tibus potiſſimum conſtans, partium agilium ſive ſpiri-*
„ *tuum animalium activitatem admodum intendere,*
„ *hinc vulgo Cor & Cerebrum, &c. confortare, vel*
„ *reliqua iis accidentia ſymptomata, utpote ſynco-*
„ *pen, cordis palpitationem, nec non Stomacho ad-*
„ *ſcriptas debilitates diſpellere, egregie poteſt &c.*

## Confectio Cordialis liquida P. N.

℞. Confect. Alkerm. completæ ʒvj. Spec. de hyacintho ʒvj. Extracti Scorzoneræ montanæ, Julepi Gemmati aa. ℥j. *Miſce.*

## Conf. Cordialis Regia *Zvvelff.*

℞. Cortic. Citri recent. & extimorum *radula comminut.* ℥viij. Aurant rec. & extim. *radula itidem comminut.* ℥iiij. Nuc. Indic. Moſchat. condit ℥vj. Fl Aurant. rec. ℥iß. *vel quod melius,* Fructuum aurantiorum immaturorum, viridium minutiſſimorum fragrantium ℥ij. Nuc. Moſchat. ℥j. Eſſent. citri ſaccharin. n. Sacchar. n. roſati aa. ℥iiij. *Contundantur omnia ſimul in mortario lapideo, ad pultis ſubtiliſſimam formam, ut per ſetaceum tranſmitti poſſint; Poſtea adde*

Croci

Croci Auſtr. ſubtiliſſ. pulv. & triti ℥ß. Ligni Aloes gummoſi p. ℥iß. Ambræ gryſ. ʒj j. *prius cum ſemin.* Citri excort. ℥ij *probe ſubacta*, Moſchi Or. ʒj *ſoluti Aq.* Flor. aurant. q. ſ. *ad pulticulam*, Magiſterii n. ſolub. Corall. r. Perlarum Or. aa. ℥j. Granorum Chermes adhuc humid. ℥iij. & cum Olei ſtill Cinamomi ʒij. Caryophyll. ʒj. Roſarum veri ʒß. *prius cum* Sacchari n. roſati ℥v. *in elæoſaccharum converſis*, ac Syrupi de cortic. citri q. ſ. *in Electuarii juſtam conſiſtentiam redigantur in mortario lapideo atque in vitro ſervetur probe clauſa.* Datur ad ʒß. vel quantum cuſpide cultelli comprehendi poterit, idque ſæpe aſſumendo.

## Confectio Hamech *juxta Ph. Nor.*

℞. Cortic. Myrobolan. Citri ℥ij. Chebularum nigr. Flor. violarum, Colocinthid. *in nodulo ligat.* Polipod. querc. aa ℥iß. Abſinthii, Thymi aa. ℥ß. Aniſi, fœniculi, Roſarum r. aa. ʒiij. *Contuſa omnia macerentur in ſeri lactis q. ſ. Deinde coquantur ad* ℔j. & ℥iiij. *fricentur manibus & exprimantur, hujus colaturæ ſervetur particula ad extrahendas ſequentes pulpas, reliquo adde* Succi Fumariæ ℔ß. Sacchari albi, Mellis deſpumati aa. ℔j. *ad mellis conſiſtentiam coctis, & percolatis adde* Pulparum præcedente Decocto extractarum v. g. Prunorum, Uvarum paſſarum aa. ℔ß. Tamarindorum ℥iij. Caſſiæ ℥ij. Mannæ *præcedente Decocto ſolutæ* ℥ß. *inſpergendo ſub finem ſequentes pulveres*

 *utpote*

*utpote* Agarici trochiſcati, Fol. ſenn. el. aa. ℥ii. Rhabarbari ℥iß. Epithimi. Diagrydii. aa ℥iß. Cinamomi, Zingib. aa. ʒß. Herb. fumar. ſemin. Aniſi, Spicæ nardi, aa. ʒi. *miſce & fiat ſ. a. Electuarium quod* à ʒiij. ad ʒvi. *propinatum Bilem & pituitam ſalſam purgat* ; unde impetigini, ſcabiei, cancro exedenti, elephantiaſi, & melancholicis morbis opitulatur.

## Confectio Pacif. *Mynſ. correcta.*

℞. Succoladæ Indæ ℥iiij. teſticulorum Satyrii condit. ℥ii. Radic. Eryngii condit. ℥j. Pinearum, Piſtaciarum virid. Nucleorum Nucis Moſchat. in India condit aa. ℥ß. Caſſiæ ligneæ, Bolei cervini aa. ʒii. ſem. fraxini ʒiii. ſpec. Diambræ, Diamoſchi dulc. aa. ʒß. Ligni Aloes el. ʒj. Caryophyll. Galang. Cardamomi min. Piperis longi, aa. ℈ii. Ol. Cinamomi, Macis aa. ℈i. cum Brodii Nucis Indic. conditæ q. ſ. *Fiat Electuarium.*

*Datur quotidie vel ſæpius Nuc. Caſtan. quantitate, ſuperbiendo Vini Malvatici, aut alterius generoſi hauſtum.*

## Confectio Paſſulata *Mynſ.*

℞. Sennæ ſine ſtip. elect. ℥iiii. Radic. Polipod. querc. ℥ii. Scorzoneræ, Bugloſſæ, aa. ℥i. cichorei, liquiritiæ, aa. ℥ß. Vini Malvatici ℔iiii. *Inciſa & contuſa bulliant, & in colatura expreſſa rurſus per noctem infundantur* Flor. malvæ arbor. rubr. Perſicorum, Violarum, Roſarum, Acatiæ aa p. ii Zingib. alb. Cinamomi, Galang. min. aa. ʒi. *Dein colentur cum forti expreſſione, & in colatura denuo infundantur* Paſſularum Corinth. purgat. & Vino albo lotarum

rum ℥vj. ſem. Carthani excort. ʒiiij. Jujub. Sebeſten, Prunorum parv. exoſſat. aa. No. xxj. *coquantur, & per Cribrum mundum excernantur addendo Mannæ Chr. aniſati* ℥iiij. Pulp. Tamarind. Mannæ el. aa. ℥iß. Crem. Tartari ℥j. *Mixta inſpiſſentur ad formam Electuarii mollis.*

## Confectio Paſſulata Zvvelff.

℞. Fol. ſenn. el. ℥iiiß. Rhabarb. el. ℥j. Rad. Aſari ʒvi. Crem. Tartari ℥ß. *Inciſa & conquaſſata coquantur in ſ. q: Aquæ ſimpl. ad remanentiam* ℔iiij. *Decoctum coletur & clarificetur, in quo ebulliant Paſſularum* min. mundat. ℔iij. *& fiat ex eis pulpa per ſetaceum transmittenda, cui adde* Saccari albi ℔i. *& ad conſiſtentiam Electuarii redigantur coquendo, ultimo adjiciendo* Magiſt. Scammom. vel jalapp. amygd. probe ſubact, ℥i. Aniſi pulv. Nuc. Moſchat. pulv. aa. ʒii. *Fiat Electuarium.*

*Conferunt hæc Electuaria ſive Confectiones illis qui ſemper durioris alvi eſſe ſolent, leniter enim vel purgant, aut laxant, Doſi* ℥ß. *ad* ʒvi. *vel* ℥i. *propinata.*

## Confectio Zingiberis Indi *Mynſ.*

℞. Zingib. virid. in India condit. ℥xiiij. ſpec. aromat. caryophyllat. Diagalang. Diarrhod. Abbat. aa. ℥i. Diacydonii ſimpl. ℥viii. Olei Cinamomi ʒi. Conſerv. Roſarum rubr. vitriolat. ℔i & cum brodio Zingib. conditi, *fiat l. a. Electuarium.*

*Ad ruditates ſtomachi corrigendas, nauſeam & vomitum ſedandum haud inutile.*

## Conſerva Baccarum Juniperi.

℞. Baccarum Juniperi recent. ℔iiii. *contuſa coquantur in Aqua communi ad mollitiem, tum trajiciantur per ſetaceum ut fiat Pulpa, quæ aſſervetur.* In Aqua vero decantata, in qua baccæ decoctæ ſunt ſolvantur, ſacchari ℔ij. & decoquantur ad conſiſtentiam Syrupi. *Tunc vero huic Syrupo admiſceatur Pulpa prius aſſervata, & porro admiſceantur ſequentia ſubtiliſſime pulveriſata.* v. g. Rhabarbari elect. & ſubtiliſſ. pulv. ʒvj. Cinamomi acutiſſ. ℥iß. Nuc. Moſch. ℥ß. Galang. min. ʒvi. Calami arom. Zingib. Macis aa. ℈iiij. *Et dum omnia leni igne probe incorporata ſive mixta ſunt removeantur ab igne & ſerventur.* Eſt Stomachica & Nephritica eximia, atque alvum ſervat reſpondentem naturæ.

## Conſerva Radicum Acori vulg. *P. A. R.*

℞. Radicum Acori vulgaris q. l. *mundatæ & in taleolos inciſæ decoquantur ad mollitiem in* Vino rubro, *poſtea contuſæ & trajectæ Coquantur denuo cum dupla quantitate* Sacchari *ad formam Conſervæ.*

## Conſerva Roſarum cocta *mihi uſualis.*

℞. Roſar. rubr. à flaved. mundat. & recent. ℔j.

Aquæ

Aquæ pluviæ ℔v. *Coquantur folia donec molleſcant, hinc exprimantur folia & paulisper reponantur. In Decocto vero expreſſo ſolvantur* Sacchari ℔ii. *coquantur, deſpumentur & ad Syrupi conſiſtentiam redigantur* tum rurſus folia à Decoctione aſſervata addantur, pauliſper coquantur, & ad uſum recordantur.

## Conſerva Spagirica *ſive* Splenetica *P. Emmer. juxta P. A. R.*

℞. Salis abſinthii cryſtallini ℥ii. Meliſſæ, Urticæ aa. ℥i. Tartari Vitriolati ℥ß. Arcani duplicati Mynſ. ℥ii. *miſceantur & fiat pulvis cui affundantur* Spir. Sulf. campanati ʒii. *Poſtquam ebullitio ceſſavit, adde* Conſerv. Roſarum r. Flor. Tunicæ aa. ℔i. Olei Cinam. ʒv. Cort. Citri Sem. Aniſi aa. ʒi. Fœniculi, menthæ aa. ʒß. *miſceantur & ſi addantur* Ambræ gryſ. Spir. Roſarum ſoluti gr. xv. *fit confectio hæc completa.*

## Conſerva Splenetica ſpecifica *Patr. Emmerici prout eam communicat* Lentilius *in ſuis miſcellaneis.*

℞. Salis abſinthii, ℥ii. Meliſſæ ℥i. Tartari Vitriolati, ℥ß. *Omnia hæc ſalia depurata & cryſtallina in mortario lapideo ſeorſim terantur in pulverem; tum mixtis & cucurbitæ immiſſis guttatim inſtilla* Olei Sulfuris per camp. ℥ii. *hinc cucurbitæ imponatur alembicus, & ſtent per 3. vel 4. dies in cineribus calidis, uſque dum omnia deferbuerunt. Poſtea ſume* Olei Citri, Aniſi aa. ʒi.

 Ci-

Cinamomi, fœniculi, menthæ aa. ʒß. Ambræ gryſ. Spir roſar. ſolut. gr. xv. *miſceantur & ſalibus è cucurbita in mortarium lapideum effuſis Olea* ſenſim admiſceantur, & ſalibus mediante agitatione probe incorporentur, *quo facto admiſce* Conſerv. Roſarum, Florum Tunicæ aa. ℔i. Cinamomi p. ʒii. Macis, Zingib. caryophyll. aa. ʒi. *denuo immittantur cucurbitæ, ac ultimo tandem addantur* Salis Calcis vivæ ℥ij. *miſceantur ac ſerventur.*

*In ſale Calcis vivæ* totum hujus conſervæ ſecretum conſiſtere, author ejus monet, cujus duplicem præparationem eſſe ait; ex quibus *prior conficitur ex Nitro fixo, cui inſtillatur Spir. Nitri rectif.* donec effervеſcentia ceſſat, dehinc in alembico abſtrahitur liquor, & in fundo remanet *Nitrum regeneratum* quod *Sal calcis vivæ appellat* &c.

Vide de hac Conſerva dignam Cl. LENTILII cenſuram, quam *in ſuis miſcellaneis Practicis* de ea communicat parte 3. p. 104.

*Mihi olim in Helvetica deſcriptio hujus Conſervæ ſequens pro genuina communicabatur.*

℞. Nitri Vitriolati, Salis abſinthii aa. ʒß. Salis Urticæ, Meliſſæ, Tartari Vitriolati aa. ʒii. Conſerv. Flor. Tunicæ ℔ß. Sacchari ℥ii. Ol. Sulfuris per campan. Spir. Vitrioli ant. Epileptici aa. *q. ſ. ad gratam aciditatem & colorem. Tum porro mixturæ adde* Olei Cinamomi, Aniſi, Fœniculi, ſuccini aa. *ad lubitum & gratiam* Ambræ gryſ. in Spir. Roſar. ſolut. q. ſ. Cinamomi acut. ʒi. Macis ℈i. Caryophyll. ʒß. Zingib. ℈ß. *Miſce & ſerva.*

*Habetur pro Medicina ſpecifica ad obſtructiones*

*nes viſcerum reſerandas, calculum & arenulas pellendas, hinc omnes viſcerum functiones inſtaurandas &c.*

## Cornu Cervi Philoſophice calcinatum.

Vulgo fieri ſolet *fruſta C. r. C. inter deſtillandum Aq. ſimpl. alembico ita applicare, ut continuo calore aſcendentis Aquæ penetrata friabilia temporis ſucceſſu reddantur.* Sed cum longiori tempore hoc fieri ſoleat, *breviori manu* nunc fieri conſuevit *Cornu Cervi in fruſta ſectum coquendo in ſ. q. Aquæ ſale quodam alcalico imprænatæ donec molleſcunt*, dehinc extrahitur medulla, & exterior cortex nigricans cultro ſeparatur, ac pars albicans ſiccatur & pulveriſatur.

## Cornu Cervi Solificatum *ſive* Auratum *Ph. Nor.*

℞. Croci Solis ℈iiii. Cornu Cervi Phil. calcinati & præparati ʒi. *Miſce & ad uſum ſervetur.*

Vires prædicantur cordiales hinc in Febribus malignis, variolis, morbillis &c. frequens ejus eſt uſus Medicis Noricis.

## *D.*

## Decoctum Album *Ph. Bat.*

℞. C. C. uſti pp ℥ii. Aq fontan. ℔iiii. *Coque ad dimidias, tum ſubito coletur per linteum rarum cum levi expreſſione, liquori lacteſcenti adde* ſyrup. è ſucco aurant. ℥iii. *vel q. ſ.* ac ad æſtum in ſanguine temperandum propinetur.

Deco-

## Decoctum Alterans *Hoffm.*

℞. ▽ Fontan. ℔xxxij. Sacchari candi albi ℥x. *bulliant leniter & colentur, Colaturæ hujus ferventis* ℔xxiiij. *adde* Santali rubri ℥iij. Flor. Roſar. r. M. j. Spir. Vitrioli ℈ij. ſucci Citri ℥ij. *Infuſa horis ſex colentur & ad uſum ſerventur.*

## Decoctum Amar. laxans Ph. Bat.

℞. Summitat. cent. min. Fol. agrimon. aa M. ß. Som. card. ben. Citri aa. ℥iß. Flor. calendulæ p. ij. Radic. gentian. ʒij. Fol. ſenn. ʒvj. Rhabarb. ʒj. Vini albi, Aquæ font. aa. ℔j. *Coquantur ad dimidias & fiat Colatura pro 3. vel 4. doſibus ad Febres intermittentes.*

## Decoctum Aperitivum majus *Ph. A. Ren.*

℞. Endiv. Cichor. Fumar. aa. M. j. Eupator. Borrag. Bugloſſ. Cuſcutæ, ſcolopendr. veri aa. M. ß. liquitit. raſæ, Radic. Fœniculi, Apii, petroſelini, paſſularum aa. ℥ß. Sem. Aniſi, Fœnic. aa. ʒij. comarum Thymi, epithymi aa. ʒiß. cort. Tamariſci, Cappar. aa. ʒij. Fol. ſenn. ℥ij. Polipod. q. ℥j. Agarici el. ℥ß. *Incidenda incidantur; alia vero craſſiuſcule terantur, miſceantur ac ad uſum ſerventur.*

*Obſtructiones Hepatis, Lienis, ac venarum Miſaraicarum reſerare, imo Ictero mederi dicitur.*

## Decoctum Aperitivum & Lenitivum minus *Ph. A. Ren.*

℞. Herb. Agrimon. Lupuli, Cichor. Cuſcutæ, Betonic. Ceterach. Endiv. Fumar. aa. ℥ij. Radic.

dic. Apii, Fœnic. Petroſel. Acori, glyzyrrh. aa. ℥iiij. Aſari ℥ß. ſem. Aniſi, fœnic. aa. ℥j. polipod. q. ℥xij. Prunor. Damaſcen. Ficuum ping. aa. No. xxxij. Paſſular. ℥iiij. ſenn. Alex. ℥i. Borrag. Bugloſſ. Violar. Roſarum. r. aa. ℥j. *Inciſa & contuſa miſceantur.*

## Decoctum ad Calculum Foreſti *juxta Zvvelff.*

℞. Radic. liquirit. ℥iß. Petroſelini, Fœniculi aa. ℥ij. Ireos Flor. ℥iß. Flor. Malv. Biſmalvæ, aa. ʒvj. ſem. 4. frig. maj. excort. aa. ʒx. Fœniculi, Saxifrag. aa. ʒvj. Cinerum rubr. confract. ℥vi. Sebeſten, Ficuum aa. No. xxx. Hordei mundi & prius loti ℥iij. *Inciſa & craſſiuſcule contuſa ſerventur ad uſum.*

## Decoctum ad Calculum Renum *Zvvelff.*

℞. Ligni Nephrit. ʒß. Rad. Petroſel. *rec. cum toto* ℥iij. vel iiij. Cinerum *rubr. parum confract.* ℥iij. Granorum Alkekengi ℥ß. Tartari albi vel Crem. Tartari ℥ß. *nonnihil inciſa coquantur in* Aquæ ſimpl. ℔vij. *in terreo vaſe ad remanentiam* ℔vj. *ſub finem coctionis adjiciendo* Cinamomi acut. ℥ß. Succi quatuor Pomorum Limonum, rec. expreſſi, Sacchari candi albi ℥ij. *hinc ab igne protinus remotum & refrigeratum coletur ſæpius, & fiet potus ſatis gratus, in ſabulo promovendo non inefficax.*

## Decoctum Carminativum P.A.R.

℞. Sem. Aniſi, Dauci, Cumini, Carvi, Fœnic.

aa.

aa. ℥iij. liquiritiæ ℥ß Flor. anethi Camæmeli aa. Mß. Paſſular. ℥iß. *Inciſa miſceantur ad uſum in enematibus potius conſpicuum.*

## Decoctum Carminativum *mihi uſuale.*

℞. Radic. Calami Aromat. liquirit. aa. ℥vi. Galangæ ℥ß. Herb. Menthæ, M ii Cortic. Aurant. ℥ß. Sem. Aniſi, Fœnic. Carvi aa. ʒii. Cinamomi ʒi. *Inciſa ſerventur ad uſum; coquantur vero ſpecies hæ vel in vino aut juſculo, & de hoc ſæpius propinetur hauſtus.*

## Decoctum Citri *Mynſ.*

℞. *Pomorum Citriorum cum corticibus in taleolos tenues inciſorum* N. iii. vel v. *Sacchari albiſſ.* ℥iiii. *Aquæ font.* ℔xii. Coquantur ad tertias, & Decoctum colatum ad uſum reponatur in morbis epidemicis, febribus ardentibus, variolis &c. ſatis polychreſtum.

## Decoctum Commune cum Fol. Senæ *Ph. Nor.*

℞. Hordei mundi integri ʒiiii. Fol. Senæ ℥ii. Prunorum ſicc. dulcium No. xii. Liquiritiæ mundæ, Tamarind. enucleatorum, Paſſularum aa. ℥ß. Sem. Aniſi, Fœniculi aa. ʒiii. Aquæ Fontan. ℔iiii. *Poſt Decoctionem tantillum Tartari addi poteſt.*

## Decoctum ad Dyarrh. & Dyſent. *mihi uſuale.*

℞. *Rad. Acori, Tormentill. aa.* ℥i. *Santal. rubri* ʒvi.

ʒvi. *Flor. Roſar. r.* ℥ß. *Cydon. ſiccat.* ℥iß. *cortic. aurant. recent. extim.* ʒiii. *Granor. Maſtich. Nuc. Moſch. aa.* ʒii, *Raſur. CC.* ℥i. Inciſa dentur ad uſum.

## Decoctum ad Eryſipelas, & Exulcerationes humidas in metu Gangrænæ *Ettmülleri.*

℞. Lithargyrii ℔ß. Flor. Roſar. r. M. ii. Olibani, Myrrhæ, Maſtichis aa ℥ß. Aquæ calcis vivæ recent. ℔iiii. Aceti deſtill. ℔iß. *Coquantur omnia donec Lithargyricum fere eſt ſolutum, tum circa finem Decoctiones adde* Camphoræ ʒß. *& Colatura detur pro fotu.*

## Decoctum Florum & Fruct. *Ph. Aug. Renov.*

℞. Caricarum No. v. Prunor. Damaſcen. No xv Jujubarum, Sebeſten aa. No. xx. Tamarind ℥i Flor. Roſar. Violar. Borrag. Bugloſſ. aa. ʒi Capill. Ven Lupul. Endiv. aa. M. ß. liquirit. ʒii. *Inciſa & contuſa ſerventur ad uſum, qui eſt ut humores inde ad commodam expectorationem præparentur.*

## Decoctum *anti* Hæmoptyſicum.

℞. *Radic. ſymphyti maj.* ℥ii. *Rad. tormentillæ, Plantagin. liquirit. aa.* ℥ß. *Herb. burſæ paſtor. Polygoni, conſolidæ maj. ſaniculæ aa.* Mi. *Flor. Roſar. r. Bellidis rubr. Balauſt. aa.* M. ß. *Sem. hyperici* ʒiii. Et cum ſ. q. Aquæ fiat Decoctum: Tunc

De-

Decocti cum album, ovi clarificati ℔iij. adde *Syr. de ſymphyto* ℥iij. *oxymellit. ſimpl.* ℥ii. M. & detur ad uſum.

## Decoctum ad Lac Augendum.

℞. *Radic. Bugloſſæ, liquirit. aa.* ℥ß. *Herb. ſcolopendr. Flor. amaranthi purpurei aa.* M. ij. *Calendulæ.* M. ß. *Sem. aniſi fœnic. aa.* ℥ß. *lactucæ* ℥ij. *C. C. ſtaſ.* ℥ß. Omnia groſſe inciſa coquantur in aquæ Pluviæ ℔viij. ad conſumpt ℔ii. & Decoctum detur: ſæpiusque de eo propinetur bonus hauſtus.

## Decoctum Limacum *Ph. Bat.*

℞. Limacum hortenſ. è ſuis teſtis exempt. & mundat. No. xii. Lactis recent vaccæ rubræ ℔ij. *Coquantur ad dimidias, colaturæ adde* Aquæ Roſar. ℥j. Sacchari Candi ℥ß. *Miſceatur pro hauſtu ſingulo mane ſumendo per totum menſem Maji in Phthiſi & Hectica.*

## Decoctum ad Mictum cruentum *mihi uſuale.*

℞. Radic. Tormentill. Symphyti aa. ℥i. liquirit. ℥ß. Herb. Veronic. Sanguiſorb. Agrimon. aa. M. j. Flor. Roſar. rubr. Papav. err. aa. Mß. *Inciſa dentur ad uſum; Decocto parato ad* ℔i. *admiſceantur* Syrupi de Symphyto Corall. aa. ℥vj. *& propinetur ſæpius hauſtulus.*

## Decoctum Paſſulatum *Mynſ.*

℞. Paſſular. min. ℥iiij. Hordei excort. ℥iij. Radic. Chin. opt. Liquirit. Scorzoner. aa. ℥ß.

ʒß. Cinamomi ʒß. Flor. Violar. ſicc. ℈j. *Coquantur omnia in Aq.* font. ℔vi. *ad tertias Colatura cum albumine Ovi clarificata, detur pro potu ordinario iis, qui ad Phthiſin inclinare videntur. &c.*

## Decoctum Pectorale Ph. A. Ren.

℞. *Paſſul. min. mund.* ℥i. *Jujubar. Sebeſten.* aa. No. xv. *Dactyl.* No. vi. *Caric. ping.* No iii. *Hordei mundi* ℥i. *Liquirit.* ℥ß. *Capill. Ven.* M. ß. *Hyſſopi* ʒii. Incidantur & miſceantur ad uſum, Pectoris vitiis, catarrhis, Tuſſiculoſis, Aſtmaticis, Pleuriticisque dicatum.

PH. NORICA in hoc Decocto omittit *Capill. Ven. & Hyſſopum* ut magis acceptum fiat & gratum bibenti.

## Decoctum Pectorale Ph. Bruxell.

℞. Hordei mundi ℥i. Uvar. paſſ. exacin. ʒvi. Fol. Farfaræ, capill. Ven. aa. M. ß. Hyſſopi ʒii. Jujub. Sebeſt. aa. N. x. Sem. Aniſi ʒiß. *Inciſa & mixta dentur in aqua* ℔iiii. *ad tertias coquenda, & ad uſum ordinarium.*

## Decoctum *anti*-Phthiſicum *Ph. Nor.*

℞. Radic. Tormentillæ, Caryophyllatæ, Liquiritiæ, Enulæ aa. ʒii. Aſari ʒß. Fol. Scabioſæ, Veronicæ, Hepaticæ nobilis, Stellatæ, Pulmonariæ maculoſæ, quercinæ, Hederæ terreſtr. Lichenis Petr. Muſci terreſtris, Pyrolæ, Vincæ pervincæ, Hyſſopi, Salviæ, Menthæ aa. P. ii. Senæ ſine Stip. ʒii. Flor.

Sambuci, P. iiij. Nymph. Roſarum rubr. aa. P. ij. Sem. Aniſi Fœniculi aa. ℥j. Siliquarum ℥. Jujubarum No. vii. Ficuum No. iij. Paſſularum minorum ℥iii.

*Inciſa & mixta ſerventur ad uſum.*

## Decoctum *anti*-Phthiſicum *Zwelfferi.*

℞. Radic. recent. cichor. Sylv. ℥ii. Enulæ ℥iß. Symphyti Maj. ℥j Pimpinell. Saniculæ aa. ℥iß. Ireos, flor. liquirit. aa. ℥i. Herb. recent. conſolid. Saracen. Veron Hæder. terr. Millefol. Naſturt. Aq. Farfaræ, Pulmonar. Mac. aa. M. iß. Flor. rec. Roſar. r. Papav. err aa. M. ij. *Inciſa coquantur* in ſeri lactis caprini vel vaccin. rec. facti ℔v. *ad remanent* ℔viii. *Colatura cum forti expreſſ. facta & cum album, ovi clarificati adhuc ferventi adjiciantur* conſervæ Roſar. r. Papav. errat. aa. ℥ii. Violar. Mart. ℥iiii. *& cum refrixerunt, colentur denuo & addatur* Mellis virginei nunquam adhuc cocti ℔j. Spir. Sulf. ℈ß. *ac fiat Potus mane & veſperi ad* ℥vi. *calide ſumendus.*

## Decoctum *anti*-Scorbuticum *Timæi.*

℞. Raſur. Ligni Saſſafr. ℥vi. Ligni Sancti. ℥iiß. Cort. ejusdem ℥ß. Sarſaparill. ℥j Rad. enulæ, Scorzoner. aa. ℥ß. Sem. Cochlear. Naſturtii aquat. aa. ℥ß. Cort. inter Pini ℥j. extim. ℥ß. Cinamomi ℥i. *Inciſa ſerventur ad Decocta inde paranda.*

Deco-

## Decoctum *anti*-Scorbutico ſpleneticum *Zvvelff.*

℞. Radic. Cichor. Sylv. rec. ℥ii. Pimpinell. rec. ʒiß. Herb. rec. cochlear Naſturtii hortenſ. Chærefolii aa. ʒii. Cappar. Aceto condit. ℥iiß. Tamarind. rec. ℥j. Crem. tartari ℥ij. *Infundantur* in ſeri Lactis caprini rec. facti & probe depurati ℔v. *Et digeſtione ac unica ebullitione facta fiat colatura & clarificatio, cui addantur* Sacchar. canar. alb. ℥iiii. & Spir. ✱ci acidi q. ſ. *pro grato ſapore ac de eo detur aliquoties de die bonus hauſtus.*

## Decoctum *contra* Sputum Sanguinis *mihi uſuale.*

℞. Radic. *Acetoſæ, Tormentill.* aa. ℥ii. *Cichor. Sylv.* ℥iß. *Herb. Hæder. terr. Sanguiſorb. virg. aur.* aa. M.ij. *Flor. Roſar. rubr. Papav. err. aa.* M iß. *capit. Papav. albi* cum Semin. N. v. *Ligni Santali rubri* ʒvi. *Maſtiches* el. ℥ß. Inciſa coquantur in Aq ſimpl. ad remanent. ℔v. Colaturæ clarificatæ adhuc calenti adjicito *Conſerv. Roſar.* r. ʒiii. Spirit. Vitrioli gtt. xx. & facta digeſtione horis aliquot, colentur denuo & addantur *Syrupi Corall.* ℥ii. ac mixta cedant in uſum; ſæpius de eo propinando hauſtum.

## Decoctum *anti*- Venereum *Zvvelff.*

℞. Raſur. Ligni Sancti ℥iii. Cord. ejusd. ℥v. Sarſaparill. ℥ii. Saſſafr. ʒi. ☿ii. *in petia ligati* ℔j. ♁ crudi *in petia ligati* ℔i. *Inciſa coquantur in*

▽æ Menſ. xii. *ad dimidias tum colentur, & de eo ſingulo mane propinentur* ℥vi. *ad ſudorem eliciendum.* Reſiduum *additis paſſulis & cinamomo* coquatur ulterius affuſa recenti aqua, pro potu ordinario.

## Decoctum ad Ulcera inveterata *mihi uſuale.*

℞. Herb. Rutæ, Sabinæ, aa M.iß. Fol. querc. M i. Radicum Ariſtol. ℥j. Ceruſſæ. Lithargyrii, lap. calamin. Boli armenæ albi, Alum. crudi aa. ʒiß. Salis commun. M.i. Aquæ fluviatilis ℔ iiii. Aceti fortiſſ. ℔j. *Coquantur omnia ad caſum trium digitorum & Decoctum ſervetur, huic Decocto calido immergantur lintea quadruplicata, quintuplicata &c.* ac fortiter iterum expreſſa quam calide applicentur aliquoties de die, & optime corrigitur acidum ulcerum putrefactivum, atque certo curantur etiam Ulcera alias inſanabilia.

## Decoctum Vulnerarium *ſive* Traumat. *mihi uſuale.*

℞. Herb. Agrimon Arthemis. Betæ rubr. Pyrolæ, Saniculæ, Betonicæ, Fragariæ aa. M iiii. Radic. Tormentill, Conſolid. maj. aa. ℥j. *Inciſa dentur ad uſum.*

## Decoctum Vulnerar. *Matronæ à Rammingen, hinc inde in tractu Rheni adeo decantatum.*

℞. Herb. ſerpentariæ, Agrimoniæ, Fragar. Plantaginis latifoliæ & acutifoliæ, Salviæ, Sylv.

aa. ℥ii. *ſiccatis & inciſis addatur aliquid* Bezoar. Or. & unicornu veri dicti v. g. cujusque quantum cuſpis cultelli capit. *Tum tempore uſus hujus pulveris* ʒß. *infundatur* in Vini opt. menſ. 1. *infuſione facta fiat expreſſio, & de novo* ʒß. *pulveris infundatur, atque tertia vice reiteretur hæc infuſio*; poſtea hoc de vino bibat æger ſingulis ſex horis cochlear unum aut plura.

## Diacodion liquidum Montani juxta Ph. A. Renov.

℞. Capit. papav. alb. cum Semin No. xx. Siliquar. dulc. ℥iiii. liquirit. raſ. ℥ii. ▽ fontan. ℔ij. *Eximantur grana è ſiliquis, poſtea decoquantur in aqua ad remanent.* ℔iij. *exprimantur & colentur, tandem addita Sacchari Candi rubri* ℔iß. *Decoquantur ſ. a. ad mellis conſiſtentiam.*

## Diacodion liquidum Pectorale *Zvvelff.*

℞. Siliquarum dulcium ℥iii. liquiritiæ raſæ ℥i. capitum Papav. albi cum Semin No. v. *Inciſa coquantur in ſ. q.* Aquæ ſimpl. *ad remanentiam* ℔ii. *Decoctum clarificetur & interim aſſervetur. Poſtea* ℞. Hujus Decocti jam facti ℔ß. & cum Sem. Papav. albi ʒii. Melonum, Cucurbitæ, Amygd. dulc. decort. aa. ʒj. *In mortario diu contundendo fiat Emulſio craſſa, per pannum linteum rarum colanda & exprimenda. Porro ſume* Decocti ſupra aſſervati ℔iß. *& additis* Sacchari cand. alb. ʒxx.

*Coquantur ad conſiſtentiam quaſi tabulati, cui jungatur Emulſio craſſa modo facta, & absque ulteriore coctione reponatur.*

*Conducunt in tuſſi diuturna, ubi humores tenues & acres in pectore ſtagnantes læſionis periculum minantur, ſomnum item conciliant &c.*

## Diacodion Solidum Ph. A. Ren.

℞. Sem. Papav. alb. ▽ Farfaræ Roſar. aa. ℥iß. *Fiat Emulſio in qua ſolve* Sacchari albiſſ. ℥iii. *& fiat confectio in rotulis.*

*Vires easdem obtinet ac Diacodion liquidum, modo ſemper recenter conficiatur, cum facile rancescere ſoleat pauliſper aſſervatum.*

## Diacydonium Simplex Ph. A. Ren.

℞. Pulpæ Cydoniorum cum ſucco Cydoniorum depuratæ; Sacchari albiſſ. deſpumati & *ad juſtam ſpiſſitudinem cocti* aa. ℔viii. *Coquantur ad debitam conſiſtentiam ut poſſint infundi ſcatulis, vel coquantur ad Electuarii ſpiſſi formam*; & ſi aromaticum deſideretur, in fine adde pro lubitu magis gratiorum q. ſ.

## Diacydonium Pellucid. Zwelff.

℞. Cydoniorum maturorum *in fruſta majora conciſorum abjectis ſeminibus* num. xxx. *circiter. Coquantur cum* Aquæ ſimpl. q. ſ. *quousq; Decoctum nonnihil mucilaginoſum, aſt clarum evadat, cui colato, & aliquantum expreſſo adde & quidem ad ſingulas* ℔ii. mucilaginoſi decocti, Sacchari Canarii albi ℔j. & ad conſiſtentiam gelatinæ decoquito, *cui tum ab igne remotis adde ſi lubet*, Ol. ſtill. Cinamomi ℈i.

Eſſent.

Eſſent. Citri ſaccharinæ ʒvi. *Fiatque ſic gelatina præſtans, quæ effundatur in ſcatulas, vel figuras ſtanneas Aqua Roſarum pauliſper humectatas*, ac ſiccatæ ſerventur.

## Diacydonium cum Speciebus *Diſp Brand.*

℞. *Diacydonii ſimplicis* recens parati & adhuc calentis ℔j. *Specierum pro Morſulis Imperat. Flaved. Cortic. Citri* recent. minutim conciſæ aa. ʒv. Miſce in ſcatulis infunde.

## Diacydonium Aromaticum *Zvvelff.*

℞. Diacydonii ſimplicis ad conſiſtentiam cocti ℔j. *& ab igne remoto admiſce* Nucit Indic. condit. & inciſæ ʒvi. Zingib. *in India condit. & inciſ.* ℥ß. Cortic. Aurant. & Citri aa. *Condit. & inciſ.* ℥ß. Nuc. Moſchat. Cinamomi acut. aa· Craſſiuſcule contuſ. aa. ʒii. Caryophyll. inciſ. ʒi. *Miſceantur exacte & fundantur in ſcatulas.*

Hæ & ſimiles Confectiones è Cydoniis paratæ, roborando ventriculo dicatæ ſunt.

## Diacydonium Solutivum Pellucidum *Ph. Aug. Ren.*

℞. Megyſterii Jalappæ ℥iiii. *ſolvatur in* Spir. Vini rectif. q. ſ. *& diligentiſſime agitando permiſceatur cum Gelatinæ Cydoniatæ, & ad perfectam conſiſtentiam coctæ* ℔iiß. *ac inferatur ſcatulis.*

Datur à ℨii. ad ʒß. & eſt purgans delicatulis accommodatum.

## *E.*

## Elæoſaccharum Cephalico-Ptarmicum *Caliſii.*

℞. *Sacchari albi finiſſ.* ℥iij. frangantur in fruſta nucum avellanarum magnitudine, *affunde in Aquam Roriſmarini & Lavendulæ* aliquoties *ſed ſubito rurſus decanta*, ne liqueſcat Saccharum pulveriſa, eique adde *Olei ligni Rhodii, Cinamomi* aa. ℈j. *Roriſmarini* gtt. xv. *Lavendulæ.* gtt. vii. *Macis*, *Succini aa.* gtt. x. *Balſ. Apopl.* gr. vi. *Zibehti* gr. vii. *Ambræ gryſ.* gr. vi. *Moſchi* gr. v. miſce & ſerva.

In Paralyſi linguæ teneatur cuſpis cultelli in ore, ut liqueſcat, ſic Spiritus reficit, caput confortat, ac à lipothymii præſervat; Naribus attractum inſignis Ptarmici inſtar, Catarrhos ſiſtit & caput confortat.

## Eleoſaccharum Ptarmicum *Scretæ*

℞. *Sacchari candi albi*, *Radicum piperitidis* ſiccat. aa. ℥iii. *Balſami Apoplect.* ℨi. *Ol. deſt. Thymi, Majoranæ* aa. ℨß. miſce.

## Electuarium *di* Acori *ſive* Acorus Conditus Ph. Aug Ren.

℞. Conſerv Radicum Acori ℔iß. Mellis deſpumati ℔j. Amygd, dulc. inciſorum ℔ß. Nucis Moſchat.

Moſchat. Zingib. Piperis nigri aa. ℥j. *Miſce & fiat Electuarium, ruditatibus Ventriculi corrigendis dicatum*, atque ſic ad ventriculum vulgo frigidum calefaciendum accommodatum. *Si cui lubet, poterit alia pro lubitu admiſcere aromata.*

## Electuarium Antidotale Orvietanum, prout hoc deſcribit *Charas.*

℞. Radicum Scorzoneræ, Carlinæ, Imperatoriæ Angelicæ, Biſtortæ, Ariſtoloch. tenuis, Contrajervæ, Dictamni albi, Galangæ, Gentianæ, Coſti, Acori veri, Seminis Petroſel. Maccedon. Foliorum Salviæ, Rotismarini, Galegæ, Card. benedicti, Dictamni Cret. Bacc. Lauri, Juniperi aa. ℥j. Cinamomi, Caryophyll. Macis aa. ℥ß. Viperarum ſiccatarum cum cordibus & Hepatibus, Theriacæ veteris aa. ʒiiii. Mellis opt. deſpumati ℔viii. *Fiat ſ. a. Electuarium.* Omnibus nimirum rite pulveriſatis & per ſetaceum tractis, modo mel modo pulveres adjiciendo, omnia miſceantur ad legitimam conſiſtentiam.

*Diverſæ & variæ hujus Electuarii hinc inde traduntur deſcriptiones, & quibus hæc* Charaſii *magis genuina, aliæ hujus vel illius genio videntur enatæ & ſuperadditæ.*

## Electuarium Antidotale de Ovo Imper. Maximilian. I. juxta Ph. Aug. Ren.

*Crocum*, conſiderabile hujus antidoti ingre-

diems, *docuerunt ſiccare, teſtæ ovi incluſum*, demto albumine, relicto vero vitello, credentes, hac methodo optime corrigi Crocum; Repleta vero teſta ovi Croco integro, leni igne vel poſt fornacem eum aſſarunt, occluſo Ovi foramine, per quod albumen extractum, putamine alio, donec ovi teſta nigreſcere incipiat. Sed cum ſic facile & Crocus & vitellum comburi ſoleant, monet *Zvveifferus*, ut poſt aliqualem aſſationem Crocus cum vitello è teſta eximatur & reliquis ſpeciebus mixtus porro exſiccetur. *Tum vero addatur* Seminis Sinapi albi, quantum Crocus & Vitellum ponderant, *Porro*

℞. Dictamni albi, Tormentillæ aa. ℥ii Myrrhæ, C. Cervi aa. ℥i. Angelicæ, Pimpinellæ, Gran. Juniperi, Zedoar. Camphoræ aa. ʒß. *Hæc omnia pulveriſata & mixta cum* Theriacæ opt. quantum omnia ponderant, *per tres horas in mortario probe agitando commiſceantur*, *adjiciendo* Syrupi Limonium q. ſ. *ut fiat ſ. a. Electuarium; in formam Ovorum parvorum redigendum & deaurandum.*

„ *Hoc Electuarium potenter ſudorem, elicere,*
„ *& miasmata venenata à centro ad circumferen-*
„ *tiam pellere prædicatur, hinc in variolis expellen-*
„ *dis nonnullis quam optime audit, modo tempus*
„ *prope menſuretur ubi propulſione opus eſt.*
„ *Quod tamen concernit modum, in pulverem*
„ *redigendi crocum putamini ovi cum vitello in-*
„ *cluſum, hic merito ridetur à ſanioribus, utpote*
„ *nullius valoris, cum neque ſic croci vis vel ex alte-*
„ *tur aut corrigatur. Hinc ſimplex ſaltem ejus pul-*
„ *veriſatio præſtat, & tam tædioſo labori præferen-*
„ *da prorſus eſt.*

Ele-

## Electuarium è Baccis Lauri *juxta* Ph. Aug. Renov.

℞. Foliorum Rutæ ℥x. Sem. Ammeos, Cumini, Nigellæ, Liguſtici, Carvi, Dauci, Calami arom. Orygani, Amygd. amar. Piperis nigri, longi, Menthaſtri, Bacc. Lauri, Caſtorei aa. ℥ij. Sagapeni ℥ß. Opoponacis ℥iii. Mellis triplum id eſt ℔j. ℥iiij. ʒvii. *Diligenter tritis terendis fiat Electuarium*, *additis circa finem* lachrymis vino dilutis.

## Electuarium è Baccis Lauri *Zvvelff.*

℞. Mellis Menthæ *n. m. legitime facti* ℔ii. *in quo dum bene calet, liquefiant* Reſinæ Styracis calamit. ʒii. Ladani ʒß. *Super addendo* Pulv. Bacc. Lauri ℥ii. Caſtorei ʒiii. Calami aromat. ʒvj. Sem. Carvi, Cumini, Coriandri, Aniſi, Fœniculi, Rutæ, Macis. aa. ʒß. Caryophyllorum, iii. Croci Auſtr. ʒiii. *Fiat ex arte Electuarium Carminativum*, Enematibus anticolicis, iliacis, & flatus diſcutientibus dicatum potiſſimum.

## Electuarium Camphoratum Kegleri *juxta Ettmüll.*

### *Qui id pro genuino communicat in Schrœdero dilucidato.*

℞. Unicornu ʒj. Rad. Tormentill. Dictamni albi, Nucis Vomicæ, Oſſis de corde Cervi aa. ʒii. Rad. Pimpinell. Valerian. Bacc. Lauri,

Semin.

Semin. Erucæ, Croci Or. aa. ʒiß. Zingib. ʒi. Camphoræ, Sacchari Candi aa. ʒi. Olei Juniperi ʒii. Theriac Androm. ʒiiß. *Miſceantur in Mortario calido in formam Elect. quod detur ad* ʒj.

## Electuarium Caryocoſtinum *Ph. A. R.*

℞. Coſti Amari, Semin. Cymini, Zingib. alb. Caryophyll. aa. ʒj. Diagrydii, Hermodact. alb. *à ſuperiore Cortic. mundat.* aa. ʒii. Mellis deſpumati, & ſufficienter inſpiſſati, Vini odoriferi aa. ℥iii. *Fiat ſ. a. Electuarium quod bilem utramque evacuare, obſtructiones viſcerum reſerare, ac cachexia hinc conducere creditur.*

## Electuarium Dia Catholicon *Ph. A. R.*

℞. Polipod. querc. ℔ ß. *coquantur* in Aqua comm. Menſ. iii *ad medietatis conſumptionem, in qui colato Decocto Diſſolve* Sacchari albi ℔ iiii. *& uſque ad conſiſtentiam* Syrupi, *ubi paulo refrixerunt, addantur* Pulpæ caſſiæ. Tamarind. aa. ℥iiii. *probe agitando. Ultimo ſequentes pulveres paulatim aſpergantur.* v. g. Senn. el. ℥iiij. Rhabarbari, Violar Polipodii, Aniſi aa. ℥ii. liquir. ʒii. Sem. 4. frig. maj. aa. ℥ß. *Miſce fiat ſ. a. Electuarium.* Quod humores corruptos blande & ſine noxa educit. Doſ. ʒß. ad ℥j.

## Electuarium de Citro ſolutivum *Ph A. R.*

℞. Cortic. Citri condit. Conſerv. Borrag. Bugloſſ. Violar. aa. ℥v. Spec Diatrag. frig Diagryd.

gryd.aa. ʒß. Turbith.opt. ʒvi. Sacchari albi in Aquarum cordial. q. ſ. ſolut. ℔i. *Fiat ſ. a. Electuarium quod Pituitam & Bilem evacuat.*

# Electarium Chalybeatum. *P. A. V. & Diſp. Brand.*

℞. Limaturæ Chalybis cum aceto ſepties impr æ gnatæ & præpar. ʒvj. Cinamomi acuti, Nuc. Moſchat. aa. ʒvi. Rhabarb. elect. ʒij. Spec. aromat Roſat ʒvi. Mellis optime deſpumati, Sacchari albiſſ. aa. ℥xiii. *Miſce ad lentum ignem in formam Electuarii*, ad Hepatis diuturnam obſtructionem, & album Virginum Icterum haud adeo inconveniens.

# Electuar Dentifricium *D. Dolæi.*

℞. *Nucis Moſchatæ* num. iiii. ad ignem in cineres crematis adde, *Oſſis ſepiæ Aluminis uſti* aa. ʒß. *Mellis Roſarum* q. ſ. ut fiat l. a. Elect. poſſent addi ſang. Draconis ʒii. caryophyllor. ʒj. &c.

# Electuarium Diaphoreticum ſive Bezoardicum *C Ludov.*


## Emplaſtr. de Spermate Ceti. Vide Emplaſtrum Mammillare.

## Emplaſtr de Spermate Ranarum P. A. R.

℞. Spermatis Ranarum depurati, Olei olivarum aa. ℔iii. Ceruſſæ Venet. ℔ivß. Ceræ albæ ℔i. Aluminis crudi ℥iiii. Terebinth. ℥ii. Camphoræ ℥i. *Oleum cum ſpermate Ranarum, uſque ad humiditatis aquoſæ conſumptionem coquatur, poſtea Cera & Terebinthina ut & reliqua pulveriſata ex arte immiſceantur.*

## Emplaſtr. de Spermate Ranarum Ph. Nor.

℞. Olei Sperm. Ranarum ℔iii. Ceruſſæ ℔ii. Aquæ Sperm. Ranarum ℔iß. *Coquantur ad conſiſtentiam Emplaſtri addendo* Sacchari Saturni ℥ß. Camphoræ ℥i. *miſce & fiat Emplaſtrum.*

## Emplaſtr. Spleneticum Ph A. R.

℞. Gummi Ammoniaci præp. ℥j. Succci Tabaci. ℥ß. Ebuli, Reſinæ pini, Terebinthinæ aa. ℥ii. Olei de Capparibus ℥ß. Ceræ ℥iß. *fiat Emplaſtrum ſuccos cum Oleo ſufficienter coquendo, dein Ceram cum Reſina liquatam & colatam, ac tandem Ammoniacum cum Terebinthina ſolutum jungendo.*

## Emplaſtr. Spleneticum. P.N.

℞. Ceræ novæ q ſ. Olei de Capparibus ℥ii. Cheyri, Violarum, aa. ℥ii. Reſinæ Pini, Terebinthinæ aa. ℥ß. Sacchari Saturni pulv. ℥i. Mucilag. ſem Pſyllii, Fœnugræci aa. *cum Aqua Cuſcutæ factæ* ℥iii. Gummi Ammoniaci *in aceto ſquillitico ſoluti* ℥viii ſucci Ebuli inſpiſſati ℥x. *Miſce ut fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## Emplaſtr. Spleneticum Zvvelff.

℞. Reſinæ Pini, Terebinthinæ aa. ℥ii. Olei de Capparibus ℥ß. Ceræ flavæ ℥i. *Liquefiant junctim & colentur, quippe Reſina partibus fæculentis & craſſioribus referta eſt, quæ fundum petunt. Jam diſſolvatur*, Gummi Ammoniaci ℥iß. in ſ. q. Vini auſteri, *in qua Tabacum infumatum maceratum ſit, ad formam pultis, & guttatim ſenſimque immiſceantur ſuperiora invicem liquefacta & colata*, Decocti Tabaci infumati cum vino facti, & ad formam extracti inſpiſſati ℥ß. ſuccorum ebuli & verbenæ recent. inſpiſſat. aa. ℥ii. *miſceantur omnia bene aliquandiu agitando, fiatque Emplaſtrum.*

Empla-

## Emplaſtrum Spleneticum *mihi uſuale*.

℞. *Succi Cicutæ expreſſi Ebuli aa.* ℥iii. *Nicotianæ* ℥ij. *Olei Capparum* ℔ß. Coquantur ad conſumtionem humiditatis igne moderato in diplomate, tum ab igne remoto & colato Oleo adde *Gummi ammon.* ℥ij. *Ceræ flavæ* opt. ℔ß. *Reſinæ Pini* ℥iii. *Storacis calam.* ℥i. & liquefacta ad conſiſtentiam Emplaſtri redigantur.

Ex iisdem ingredientibus conficitur.

## Emplaſtrum Spleneticum *Diſpenſ. Brandenb.*

## Emplaſtrum Stipticum Crollii juxta P. A. R.

℞. Minii, lap. Calaminaris aa. ℔ß. Lithargyrii Auri, Argenti aa. ℥iii. Olei Lini, Olivarum aa. ℔iß. Laurini ℔ß. Ceræ, Colophoniæ aa. ℔i. Vernicis, Terebinthinæ aa. ℔ß. Opoponacis præp. Galbani præp. Sagapeni præp. Ammoniaci præp. Bdellii aa. ℥iii. Succini Citrini, Olibani, Myrrhæ, Aloes Hepat. Ariſtoloch. longæ, rotundæ, aa. ℥i. Mumiæ transmarinæ, Magnetis, Hæmatitis aa. ℥iß. Corall. alb. rubr. Matris perlar. ſanguinis Dracon. Terræ ſigill. Strigenſ. Vitrioli albi aa. ℥j. Florum antimonii, Croci martis aa. ℨii. Camphoræ ℥i. *Modus parandi, talis eſto. Oleum Lini & Olivarum, cum Lithargyrio Auri & Argenti aliquan-*

*diu coquantur, hinc addatur Calaminaris, & paulo poſt Minium, quæ omnia agitando coquantur ad ſufficientiam, tandem addatur etiam circa finem Vernix, Oleum Laurinum, Cera Colophonia invicem liquefacta & colata, Ab igne vero depoſitis & ſemire frigeratis admiſceantur Opoponax, Galbanum, Sagapenum, & Ammoniacum cum Terebinthina ſoluta ut & Camphora, & reliqua in pulverem redacta.*

## Emplaſtrum Stipticum Paracelſi juxta Ph. Amſtel.

℞. Ammoniaci, Bdellii aa. ℥ii. Galbani, Myrrhæ, Olibani, Opoponacis, Radic. Ariſtoloch. longæ rotundæ, Dictamni albi, Magnetis præparati aa. ℥j. Olei Hyperici ℔ii. Laurini genuini ℥ii. Lithargyrii Auri ℔iß. Ceræ Citrinæ ℔ß. Terebinth. ℥iiij. *Fiat ſ. a. Emplaſtrum cum priori ad ictus & alia Vulnera recentia celeriter conſolidanda, fluxiones ſupervenire ſolitas prohibendas, item Ulcera antiqua ſiccanda & mundanda, accommodatum.*

## Emplaſtrum Stomachicum Regium *Zvvelff*

℞. Reſinæ Styracis Calamitæ, Olei Nucis Moſchatæ expreſſi aa. ℥j. *In his liquatis & mixtis ſolvantur* Maſtichis el & pulv. ʒiß. Olei ſtill. Caryophyll. ʒj. Menthæ, Majoranæ, Cinamomi, Abſinthii aa. ʒß. *Hisque mixtis leni calore impaſtentur ſequentia probe agitando*, nimirum Herb. rec. Majoranæ, Roriſmarini, Thymi, aa. *ſubtiliſſ. inciſ. & ad pultis formam contuſ.* ℥j. *pulv.* Benzoes, Olibani, Bacc. Lauri

aa. ℥ß. vel ʒvi. *ac cum nonnihil refrixerint ſuper adde* Balſami Indici de Peru ʒß. vel ʒvi. *Fiat Emplaſtrum.*

## Emplaſtrum Stomachicum aliud *Zvvelff.*

℞. Terebinthinæ claræ ℥iij. *in quibus leni calore diſſolve* Gummi Tacamahacæ vel Animæ aut Elemi ʒiß. Reſinæ Styracis Calamitæ vel ipſius gummi Styracis ʒvi. Pulv. Maſtichis, Myrrhæ, Olibani aa. ʒi. Nuc. Moſchat. Caryophyll. aa. ʒvi. *Quibus ultimo, refrigerato quaſi Emplaſtro addatur* Balſami Peruviani ʒß.

## Emplaſtrum Stomachicum *mihi uſuale.*

℞. *Gummi Tacamahacæ* ℥j. *Maſtich. Styracis Calam. aa.* ʒß. *Nuc. Moſchat. Macis, Caryophyll. aa.* ʒi. *Balſ. Peruv.* ʒii. *Olei Menthæ, Abſinth. aa. deſt.* ℈i. *Ceræ & Terebinth. aa.* q. ſ. Fiat Emplaſtrum Terebinthinæ & Ceræ liquatis, Tacamahacam ſolutam & colatam cum reliquis addendo.

## Emplaſtr. ad Strumas *D. Fauſt.*

℞. Empl. Splenet. Aug. ℥ii. Gumm. Galbani Aceto ſoluti ʒii. Camphoræ ʒiß. Ariſtoloch. rot. Cinerum fagi, magnetis arſenicalis aa. ʒß. Scyllæ præp. ʒii. Sem. Sinapi, urticæ aa. ʒß. Terebinth. & Ceræ *q. ſ. Ut fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## Æmplaſtrum de Sulfure Rulandi juxta Ph. Nor.

℞. Balſami Sulfuris cum Oleo Lini vel Nucum facti ℥iij. Ceræ ʒvi. Colophon. ʒiii. Myrrhæ ℥iiii. ʒj. *Et fiat ſ. a. Emplaſtrum*, Myrrham ſubtiliſſ. tritam reliquis liquatis leni igne immiſcendo.

## Æmplaſtr de Symphito Ph. Nor.

℞. Olei Chamœmeli, Roſarum aa. ℥viiij. Minii pulv. ℥viii. lithargyrii ℥iii. Decocti mucilaginoſi ex ℥iii. Radicum Symphiti maj. facti ℥v. *Poſt levem cocturam addantur*, Ceræ flavæ ℥vj. Reſinæ claræ ℥viii. *Poſt liquefactionem colatis & parum refrigeratis adde* Camphoræ cum Oleo ovorum expreſſo ℥i. ſolutæ ʒi. Pulv. Boli armenæ, Fabarum aa. ℥iiii. Maſtichis, Thuris, Myrrhæ, Tragac. aa. ℥ii. Sang. Dracon. Mumiæ aa. ℥iß. Croci Mart. Lapid. hæmatit. aa. ℥j. Radic. Symphiti ℥iiß. *Miſce fiat Emplaſtrum.*

*Quod locum Emplaſtri ſtyptici Crollii meretur, vulnera & Ictus celeriter conſolidando, ac fluxiones ſupervenire ſolitas præcavendo.*

## Æmplaſtrum Tiapharmacon Ph. Nor.

℞. *Minii ſubtiliter triti, Aceti Vini aa.* ℔j. *Olei Roſacei* ℔ij. Fiat ſ.a. Emplaſtrum, cui nonnihil refrigerato adde *Camphoræ* ℥iß. & meretur nomen Emplaſtri EHRNSINGERI, noſtratis; quod ſiccat Ulcera difficilia, imo fiſtu-

fiſtulas quæ nondum callum contraxere, potentiſſime.

## Emplaſtrum anti-Venereum *Zwelff.*

℞. Mercurii ſeu Argenti vivi ℥iii. *Solvantur* in Aq. fortis ſ. q. *Solutioni adde* Axungiæ porcinæ rec. ℥viii. *Et in Vaſe terreo vitreato, patella nimirum coquantur ad conſiſtentiam. leni igne ne nigreſcat ſpatula indeſinenter agitando, cui adde* Ceræ flavæ ℥ii. vel iii. pulv. Maſtichis, Olibani aa. ℥i. *Et fiat Emplaſtrum*, quod omnia ulcera gallica perſanat, & cruſtas illorum ſine dolore abſumit, ad invidiam contradicentis.

## Emplaſtrum contra Vermes.

℞. *Aloes Hepat. Colocynth.* ♁ aa. ℥j. *Extr. Abſinth. Gentian; Tanaceti aa.* ℥ß. *Myrrhæ* el. ℥iii *Fellis Tauri* ℥i. ☿. *Dulcis* ℥ß. ℴℴ. *Abſinth. cocti; & ceræ* q. ſ. M. fiat ſ. a. Empl.

## Emplaſtrum Veſicatorium *mihi uſuale.*

℞. *Fermenti acris* ℥iii. *Cantharid.* ℥i. *Camphoræ* ℈ß. *Ceræ* ℥vi. Ceræ liquatæ, Cantharides cum fermento, & denique ſemire frigeratis, Camphoram cum parum Spir. Vini tritam addendo, fiat Emplaſtrum.

## Emplaſt. ad Ulcera inveterata Empyrici *Buhlmeyers.*

℞. Olei Olivarum ℔i. Lithargyrii Auri ℥iii. *His*

*parum*

*parum coctis, rurſus adde* Ceruſſæ albæ ℥iiij. *Et coquantur, hisque probe unitis addantur* Ceræ citrinæ ℥xii & Pulveris è calceis combuſtis ℥iii. *Ac miſcendo fiat Emplaſtrum.*

## Emplaſtrum ad Ulcera inveterata aliud expertum.

℞. *Olei olivar. Sevi hircini.* aa. ℥iiii. *ceræ* ℥vi. *Ceruſſæ* ℥iiii. *Maſticis Olibani* aa. ʒvi. *Lapid. Calaminar. Myrrhæ* r. aa. ʒii. *Camphoræ* ℥i. Miſce fiat ex arte Emplaſtrum.

## Epithema ad Eryſipelas *Ettmülleri.*

℞. Lithargyrii ℔ß. Myrrhæ, Thuris, Maſtich. aa. ℥ß. Flor. Roſarum rubr. M. ii. Aquæ Calcis vivæ recent. ℔iii. Aceti ℔i. *coquantur omnia ad Litargyrii ſolutionem usque. in fine adde.* Camphoræ ℥ß. *Colatura applicetur calide cum linteis.*

*In Eryſipelate tam ſimplici quam exulcerato, nec non in metu Gangrænæ eſt medicamen non vilipendendum.*

## Epithema ad Eryſipelas D. Fauſi

℞. Myrrhæ rubr. Thuris albi aa. ℥j. Sulfuris pulveriſati ʒii. Camph. ℥i. *Contuſa coquantur in Aceti & Vini aa. part. æq. & applicentur.*

## Epithema ad Eryſipelas *mihi uſuale.*

℞. *Spir. Vini Sambucini* ℔ß. *Camphoræ* ʒß. *Rob. Sam-*

*Sambuci* ℥ij. *Sacchari Saturni* ℥j. Miſce & cum linteis applica.

## Epithema ad Gangrænam *Heslingii*.

℞. Lixivii fortiſſimi vulgaris, & Aceti Vini acerrimi aa. ℔ii *His bullientibus & ab igne remotis admiſce pulveres ſub continua agitatione v. g.* Lithargyrii, Ceruſſæ aa. ℥ii. Alum. uſti ℥i *& dum omnia unita ſunt, adhuc ſemel igni appoſita ebulliant parum, usque dum aſcendendo effluere conantur, tum ab igne remove & liquorem ſemper quam calide linteis toties duplicatis applica.*

## Epithema ad Inflammationes.

℞. *Herb. Savinæ, Rutæ, Scordii, aa.* M. i. *Myrrhæ, Thuris Maſtichis aa.* ℥ß. *Camphoræ* ʒii. *Croci* ℥i. Inciſa & contuſa coquantur in ſ.q. *Vini & Aquæ*; & quam calide applicetur mediantibus linteis toties duplicatis & expreſſis.

## Eſſentia Abſinthii ſimplex Ph. Bat.

℞. Spir: ardentis ex fermentata herba Abſinthii deſtill. ℔j. Extracti ſpiſſi ejusdem herbæ, & Salis abſinthii aa ʒß. Olei ſtill. Abſinthii ℈ij.

*Digerantur omnia ad perfectam unionem, poſtea filtrata Eſſentia ſervetur, teratur vero Oleum cum Sole prius, hinc reliqua addantur.*

Eſſen-

## Eſſentia Abſinthii compoſita *mihi uſualis.*

℞. *Summitat. Abſinth. florid.* M. vi. *Card. Bened.* M. ij. *Flor. Cent. min.* M. j. *Zedoar. Calami aromat. aa.* ℥j. *Cortic. arant. Citri aa.* ʒij. *Cinamomi* ℥ß. *Caryophyllor.* ʒj. *Cum Spirit. Vini* ℔iij. Fiat infuſio, dehinc expreſſio & filtratura.

## Eſſentia Ambræ liquida *Ph. A. Ren.*

℞. Elixir. vitæ Matthioli complet. ℥ii. Sp. Ceraſ. nigr. rectif. ℥j. Ambræ ℈j. Moſchi Or. gr. iiii. *Fiat per dies aliquot infuſio dein filtratura.*

## Eſſentia Ambræ liquida Ph. *Nor.*

℞. Ambræ, ʒj. Moſchi gr. xv. Sacchari ʒiii. *Omnibus probe tritis affundantur* Spiritus Roſarum ℥iiiiß. *& ſtent donec Spiritus probe impregnatus extet tum mixtura ſervetur & Spiritus tempore uſus decantetur.*

## Eſſentia Ambræ ſicca Ph. A. R.

℞. Ambræ gryſ. el. ʒj. Moſchi Or. gr. xvi. Sacchari Candi albi ʒvi. *Ambra cum Moſcho in Spiritu Roſarum diluta & tenuiſſime trita, exacte commiſceatur & trituura probe uniatur Sacchare in pollinem redacto.*

## Eſſentia Ambræ ſicca *Zvvelff.*

℞. Ambræ gryſ. ʒj. *Solvatur* in Olea Cinamomi, Citri, vel Macis, *quodcunque lubet.* ʒi. *in* *morta-*

*mortario vitreo , tum admiſceantur* Sacchari Candi pulv. ℥ij. *Plus vel minus & fiat Eſſentia Ambrata nobiliſſima, quæ vino vel aliis quibuscunque liquoribus commiſceri poterit.*

*Cenſentur medicamenta hæc ambrata Spiritibus confortandis ſubvenire, hinc ſenibus & natura frigidis mirifice conducere, atque omnes motus, qui Spiritibus activitatem debent, maxime invigorare, ſive per ſe vel cum Vino generoſo, canarino aut alio ſimili ſæpius ſumantur.*

## Eſſentia Aphrodiſiaca *Wedelii*

℞. Chocoladæ Indiæ ℥iii. Confect. Alkerm. ℥j. Catharid. pulv. ℈j. Spir. Magnanimitatis q.ſ. *Fiat ſ. a. Eſſentia, quam provida cura adhibitam, inſigniter ſtimulare teſtis eſt Cl. Wedelius amœnit. Mater. Med. p. 484.*

## Eſſentia Benzoi ſimplex.

℞. Spir. Vini rectif. ℥j. Florum Benzoi ℈ii. vel quantum Spiritus ſolvere poterit.

*Præter vires & uſum quem in Cosmeticis præſtat, ubi aquæ cuidam odoriferæ, aliquot guttulæ inſtillatæ, in lac commigrant cuti proficuum, etiam optime conducit aſthmaticis & aliis pectoris affectibus detentis.*

## Eſſentia Benzoi compoſita.

℞. Florum Benzoi, Balſam. Peruviani aa. ʒii. Styracis Calamitæ ʒi Olei Ligni Rhodii gtt v. Zibethi gr. iij *Omnibus mixtis ſuperaffundantur* Spir. Vini tartariſati ℥iii. *vel q. ſ. & extrahatur Eſſentia.* Quæ præter uſum cosmeti-

meticum, quem melius ac ſimplex præſtat, etiam odore grato ſe commendat admodum; Si ejus guttulæ 40. vel 50. Aquæ Roſarum ℥i inſtillantur, fit inde aqua lactea ſive Lac virginis cosmeticum, ad ruborem faciei & puſtulas non contemnendum; *Et ſi ei aliquid Elixiris Camphoræ admiſcetur, conducit etiam optime inflammationibus cutis ab ardore ſolis excitatis.*

## Eſſentia Carminativa Wed.

℞. *Radic. Zedoar.* ℥j. *Galangæ*, *Carlinæ aa.* ℥ß. *Cortic. arant. Sem. Aniſi. Carvi*, *Flor. Chamameli Rom. aa.* ʒii. *Caryoph. Bacc. Lauri*, *Acori veri aa.* ʒiß. *Macis* ʒj. groſſe inciſa & contuſa extrahantur cum ſ. q. *Spiritus Corticum Citri.* & extractaEſſentia acidula reddatur cum Spir. Nitri q. ſ. ac ſervetur. Doſi ʒß. ad ʒj. propinanda; & cum Tinctura anodina, Eſſentia caſtorei, guttulisque aliquot Ol. Carioph. maritanda; ſic non ad flatus ſolum pellendos, ſed & dolores colicos cardialgiam, imo ſuffocationes hypochondriacas vel uterinas ſedandas, erit medicina ſatis efficax.

## Eſſentia Carminativa *mihi uſualis.*

℞. *Radic. Calami aromat. Angelicæ*, *Zedoar. Galangæ* aa. ℥i. *Herb. Menthæ Criſpæ ſiccæ* M. ij. *Flor. Chamomillæ Rom.* M. j. *Sem. Aniſi*, *Fænic. leviſtici*, *aa.* ʒij. *Flaved. Cort. aurant.* ʒij. *Citri* ʒi. *Cinamomi* ʒiij. *Cardamomi*, *Macis aa.* ʒij. *Caryophyll.* ʒß. Omnia pulveriſata & mixta irro-

irrorentur cum *Spir. Nitri dulcis.* q. ſ. Poſtea cum *Sp. Aniſi & Junip.* aa. ℔iß. extrahantur.

## Eſſentia Catechu liquida *Ph. A. Ren.*

℞. Terræ Japonicæ, ſive catechu tritæ ℥ii. *affundatur eis* Spiritus Cydoniorum ℥i. *& ſolutione leni calore peracta, filtretur Eſſentia. Doſi* ℈ß. *ad* ʒß. *propinanda.*

## Eſſentia Catechu ſicca *Hagendornii.*

℞. Solutionem Terræ catechu Spiritu Vini factam q. l. *Abſtrahe, vel evapora Spiritum ad ſiccitatem, & remanens extractum redige in pulverem, quem ſerva, pro Eſſentia catechu ſicca,* cujus ut & liquidæ vires, in quibusvis ſanguinis fluxibus, in ſpecie hæmoptyſi ut & dyſenteria, ac urinæ incontinentia ſunt expertæ.

## Eſſentia Cephalica Ph. A. R. alias Spiritus Cephalicus D. D Lujæ.

℞. Corticum Pomi Citri exter. Sem. Pœon. rec, excort. aa. ℥iv. Bacc. juniperi matur. Lauri decort. aa. ℥ii. Cinamomi acutiſſ. ℥iij. Ligni Aloes opt. Dictamni albi, Caryophyllorum aa. ℥j. Nucis Moſchatæ, Macis, Galangæ min. Coſti albi aromat, aa. ℥ß. ſantali Citrin. odoratiſſ. Cardamomi min. Piperis albi aa. ʒiij. longi, Croci Or. aa. ʒj. *Macerentur in* Spiritus Vini opt. rectif. ℔iiij. *ſtent in infuſione*

*per decendium, poſtea filtrentur, ſpeciebus autem remanentibus ſuper affundatur ſequens Spiritus.* ℞. Menthæ criſpæ, Lavendulæ, Pulegii, Nepetæ, Salviæ nobilis, Fœniculi, Meliſſæ aa. ℥iii. *Infundantur cum* Vini Malvatici opt. ℔vi. *maneant in infuſione per triduum poſtea deſtillentur. Spiritus prolectus prioribus ſpeciebus, ut dictum eſt, infundatur, & poſt triduanam digeſtionem filtretur, atque cum priori extracta Eſſentia permiſceatur tempore uſus pro lubitu edulcoranda.* Et cum eadem hæc Eſſentia etiam completa proſtare debeat, hinc ſpeciebus extractioni deſtinatis addantur *Ambræ el.* gr. xv. *Moſchi opt.* ʒß. & digeſtione debita fiat Eſſentia Cephalica Ambrata ſive completa, ratione particularum aromaticarum activarum ſpirituoſarum, cerebro, id eſt, Spiritibus animalibus corroborandis & excitandis, item lymphæ nerveæ attenuandæ accommodata, unde ventriculo lympha craſſa obſeſſo, optime conducit, item palpitationi cordis & ſimilibus ac viſcido dependentibus malis egregie opitulatur.

## Eſſentia Citri liquida P. A. R.

℞. Cortic. Citri extim. rec. ℥iv. *affunde eis* Spir. Vini rectif. ℔j. *& poſtquam diebus aliquot invicem ſteterunt, abſtrahatur in M. B. ſpiritus; abſtractus vero, recent. Cortic.* Citri extim. ℥iiij. *denuo affundatur & Eſſentia extrahatur qua cum Syrupo è limonum ſucco edulco etur.*

## Eſſentia Citri liquida *Zvvelff.*

℞. Sacchari Candi albi ℔j. *in pulverem redacto* *adde*

*adde* ſucci Oleoſi ex recentibus corticibus Citri expreſſi ℥i. vel ℥iß. & Olei ex recentibus corticibus Citri deſtillati ʒiß. *Mixta diu agitentur ad perfectam unionem, quibus tum addatur* ſucci Citri depurati ℔ß. *& calore leni fiat Eſſentia ſubacida & delicata.*

## Eſſentia Citri vel Aurant. ſicca. P. A. R.

*Fit* ex Corticibus Citri vel aurantiorum recentibus, digitorum ope, *liquorem oleoſum in Saccharum pulveriſatum exprimendo* : nec non Saccharum ipſum Corticibus inſpergendo atque abradendo, hoc vero toties reiterando usque dum Saccharum odore & ſapore genuino corticum ſufficienter fuerit imbutum.

## Eſſentia Citri Sicca Zwelff.

℞. Sacchari Candi albi ℔j. *cui in patella ſupra lenem ignem addatur* ſucci ex recentibus Corticibus Citri extimis expreſſi *q. ſ. ut nonnihil diſſolvatur Saccharum, ac ſi Rotulæ confici deberent, dehinc refrigerato & ſiccato Saccharo*, *adde* Olei ex recentibus Corticibus citri deſt. ʒiii. vel ʒß. *atque fiat Eſſentia præſtantiſſima.*

*Eſſentia hæc ex Citri vel Aurantiorum Corticibus, grato ſuo odore & ſapore non tantum palato blandiuntur & Spiritibus, hincque cordi roborando convenire, ſed & flatibus diſcutiendis, atque digeſtionis activitati ſubvenire, deprehenſæ ſunt.*

## Eſſentia Cochleariæ Sim. Pauli.

℞. Fol. Cochleariæ q. l. *Contuſa torculari valido*

*exprime & ſuccum collige. quem in vitro prob lutato defœca & per chartam filtra. Hoc facto* ſume ſuccini hujus defœcati partes iij. *quibus affunde* Spiritus Cochleariæ ipſius partem unam *digere ſ.a. & pauco Sacchari addito ſit Eſſentia præſtans.*

## Eſſentia Corticis Peruviani P. A. R.

℞. Corticum Chinæ de China pulveriſat. ℥j. Salis Tartari ʒj. Spir. Cardui bened. ʒiiii. *ſtent in digeſtione per biduum, poſtea bene expreſſa filtrentur & Eſſentia aſſervetur.*

*Qui pulveris uſum abhorrent, eis egregie conducet Eſſentia hac ad quasvis febres intermittentes profligandas, ſi diligenti uſu propinatur à* ʒß. *ad* ʒi. *& ultra vel per ſe vel aliis remixta.* Experimentum feci cum Tinctura Aurea *qua admixta profligavi febrem ſatis obſcuram & rebellem brevi tempore.*

## Eſſentia anti-Febrilis *mihi uſualis.*

℞. Corticis Peruv. ſive Radicis Chinæ de china pulv. ℥ii. *Radic. gentianæ* ℥i. *Flor. cent. min.* ℥ß. *cortic. aurant. Macis* aa. ʒj. Inciſis affunde *Tincturæ antimonii optimæ* ℔ß. & fiat ſ. a. Eſſentia ſæpius à ℈j. ap ʒß. & ultra propinanda cum vehiculo.

## Eſſentia Fuliginis *Clauderi.*

℞. *Cinerum Clavellat.* ℔ß. ſolve in Aquæ pluviæ ℔iii. ſtet horam unam alteramve, ac identitem agitetur pro promtiori ſolutione, tum huic

ſolu-

ſolutioni adjice *Salis armon.* ℥j. ac denuo agita ut ſolvantur, poſtea diſſolutis omnibus inſperge *Fuliginis à furno ſplendentis & pulveriſ.* ℥ii. & loco temperato per diem aliquoties agitando, vitro probe clauſo digerantur; Poſtmodum filtrentur & ſerventur.

## Eſſentia anti-Hiſterica *Coll. Leid.*

℞. Aſæ fœtidæ, Caſtorei opt. aa. ℥ß. Camphoræ ℈j. olei ſuccini ʒj. Rutæ ℈j. Sabinæ, ʒß. ſpir. Vini ſuper alcali optime rectif ℥x. *digeſtione leni facta deſtillentur, fœcibus vero reaffundatur ſpiritus abſtractus, eisque addantur* Spir. C. C. cum proprio ſale volat. opt. impraegnati ℥ii. *de hinc deſtillentur denuo ad medias, & ſpiritus edeſtillatus ſervetur* pro Eſſentia, Hyſtericis, Epilepticis & Paralyticis dicata. Doſi ℈ß. ad ʒß. &c.

## Eſſentia Lignorum *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Raſura Ligni Sancti* ℥iii. *Sandalorum omnium* aa. ℥j. *Ligni Saſſafr.* ℥ij. *Ligni Aloes, Rhodii.* aa. ℥ß. *Radic. Chinæ.* p. *ſarſaparillæ* aa. ℥j. mixta omnia in vaſe commodo irrorentur *Spir Vini Tartariſato*, tum affundatur *Spir. Fumariæ* cum Spir. Vini parati q. ſ. ad eminentiam quatuor digitorum, & digeſtione per octiduum facta, fiat expreſſio & filtratura.

## Eſſentia Lignorum *D. Michels.*

℞. Raſur. Ligni Sancti, Saſſafras aa. ℔j. Radic. Chinæ, Sarſæparill. aa. ℥iiiß. *irrorentur cum* ſpiritu Vini Tartariſato, *dein fiat extractio cum*

*Eſſentia fumariæ digerendo, poſt modum, expreſſione & filtratura facta, Eſſentia ſervetur uſui.*

## Eſſentia Pectoralis *P. A. R.*

℞. Radic. Chinæ elect. Heleni aa. ℥vi. Ireos Florent. ℥vi. Herb. Hæderæ terr ſaturejæ, veron. aa. ℥ß. croci Auſtr. ʒj ſem. Aniſi, Cinamomi, Storacis calamit. aa. ℈i. *inciſa & contuſa digerantur per biduum cum* ſpir. Aniſi ℥xxiv. *Poſtea exprimantur & filtrentur ac eſſentia uſui aſſervetur*, affectibus pectoris quos viſcidæ pituitæ copia fovet, utilis & proficua.

## Eſſentia Pini Sylveſtris. *D Michels.*

℞. Turionum Pini Sylv. vel Abietis q. l. *affunde* Aquæ pluvialis Menſe Majo & Luna plena collectæ, vel rorem majalem, *ſtent ſeptimanis aliquot in digeſtione, poſtmodum fiat deſtillatio: & liquor prolectus ſervetur. Ex remanentia exprimatur ſuccus, qui rurſus deſtillationi committatur, & quando ſpirituoſum omne eſt abſtractum, tum remanens liquor evaporetur ulterius ad conſiſtentiam extracti, cui affundatur Spiritus Cochleariæ, & digerendo fiat Eſſentia, quæ filtrata ſervetur.*

Simpliciori & breviori via hanc Eſſentiam conficit MOLLENBROCK *de variis*, qui *Turiones Pini Sylv. vel Abietis coquit in ſ. q. Aquæ communis* per unam aut alteram horam; Colaturam digerit, *& ad extracti conſiſtentiam inſpiſſat, ex quo cum Spiritu Cochleariæ* digerendo Eſſentiam extrahit eamque filtratam aſſervat; ac à gtt. 10. ad 40. &c. in convenienti vehiculo propinat.

PH.

PH. A. RENOVATA recipere jubet *conulorum Abietis tenerrimorum*, & rubro colore adhuc præditorum ℥ij. Contuſisque affundere *Spiritus Cochleariæ, per ſpiritus Vini à recenti herba, abſtractionem parati* ℥viii. & digeſtione per biduum facta fortiter exprimere, dehinc filtratam Eſſentiam aſſervare.

*Vires vulgo anti ſcorbuticæ, hinc ſanguini depurando deſtinatæ, prædicantur.*

## Eſſentia Polychreſta *D. Fürſt. Archiatri Trevir.*

℞. Radic. Helen. Leviſtici, Angel, Imper. Calam. arom. aa. ℥iii. Zedoar. Galang. aa. ʒiii. Bacc. Lauri, Junip. aa. ℥ß. Sem. Aniſi Fœnic. Carvi, Cumini, Leviſtici, Coriandri aa. ℥ß. Flav. Cort. Citri, Arant. aa. ʒvi. Caſſiæ Caryoph. ʒß Cinamomi acuti ʒvi. Nuc. Moſchatæ ʒiij. Macis, Caryophyll. aa. ʒii. Cardamomi, Cubebi aa. ʒiß. Ligni Saſſafr. ℥j. Herb. menthæ Roriſmarini, Rutæ, Salviæ, Thymi Majoranæ, Meliſſæ, Serpylli, Baſilici, Origani, Centaur. min. Flor. Anthos, Lavend Chamomillæ Rom. vulgaris aa. M. ß. *Inciſa & contuſa immittantur Cucurbitæ vitreæ, addendo* Salis Tartari, ✱ci aa. ℔ß. *Omnia pulveriſentur ſeorſim iisque ſuper affundantur* Vini albi generoſiſſ. & ſpir. Vini opt. aa ℔iii. *& mox appoſito alembico cæco digerantur diebus quatuor, in loco moderato calido tum frigerari permittantur, & alembico roſtrato adaptato cum recipiente, juncturisque probe clauſis deſtillentur ex arena leni calore, usque dum ſal volatile in alembico ſublimatum, fere totum ſit ſolu-*

 *tum,*

*tum, & habebis in recipiente Spiritum volatilem aromatico Oleoſum.*

*Deinde* ℞. Salis Tartari ℥j. Balſ. Peruv. Opobalſami veri aa. ʒj. Olei Aniſi, Fœniculi, Carvi, Cumini, Ligni Saſſafr. Rhodii, Menthæ, Abſinth. Anthos, Chamomill. Thymi, Nuciſtæ, Macis, Cort. Citri, Arant. aa. ℈j. Cinamomi gtt. xv. *His in cucurbita vitrea mixtis affunde* Spiritus aromatici oleoſi volatilis ℔j. Spir. ✱ci vol. ℥iiij. *& lacteſcet ſolutio, Tum vero digerantur diebus aliquot, indies agitando, donec liquor clarus & tinctus apparet, quem à ſubſidente materia decanta & uſui aſſerva.*

## Eſſentia Seminis Santonici *Diſp. Brandenb.*

℞. *Semin. Santonici pulv.* ℥j. *Florum Tanaceti: Hyperici, Perſicorum* aa. p. ij. *Rad. Dictam. albi* ʒij. *Vitrioli Mart.* ad albed. calcinat. ʒj. *Flor. Vitrioli veneris* à Zwelffero mantiſſ. ſpagyr. p. 1. c. 4. circa finem. deſcript. ʒß. *ſpir. Vini opt. Vini Hiſpanici dulcis* aa. ℥iiij. digerantur loco tepido per octiduum, tum exprimantur & per chartam filtrentur.

## Eſſentia *ad* Theam *D. Dolæi.*

℞. Salis volatilis Oleoſi D. Dolæi, Tincturæ Tartari aa. q. l. *Miſce & ſervetur ad uſum*, qui eſt ut cum Thea propinentur ejus tot guttulæ, ad circulantes humores ſubtiliſandos & dulcificandos.

## Eſſentia Traumatica P. A. R.

℞. Herb. Saniculæ ℥ß. Fl. Hyperici ʒij. Radic. Tor-

Tormentillæ ℥ß. Myrrhæ el. Catechu. aa ʒii. Spir. Vini vulgaris ℥ viii. *Poſt biduanam digeſtionem lenem, exprimantur & filtrentur.*

## Eſſentia Traumatica *Wedelii.*

℞. Mumiæ, Sang. Draconis aa. ℥i. Terræ Catechu, Myrrhæ, Radic. Tormentill. aa. ℥ ß. Flor. Roſar. rubr. Hyperici aa. ʒii. Santali rubri ʒiii. Nucis Moſchatæ ℥j. *Inciſa & contuſa extrahantur cum* Spiritu Vini tartariſato, & Spirit. Hyperici, *leni calore, ad Tincturæ ſive Eſſentiæ extractionem.*

*Prædicantur Eſſentiæ hæ ad varios ſanguinis fluxus, præſertim. Hæmoptyſin, Vomitum cruentum Menſes immoderate fluentes, &c. cum Tinct. Anodina & aliis adſtringentibus maritatæ. Doſi gtt. 20. ad 40. vel ultra.*

## Eſſentia Trifolii Fibrini *Ph. A. R.*

*Fiat* Herbam trifolii Fibrini ſiccatam & minutim inciſam *cum* Spiritu ex eadem herba fermentata parando, *extrahendo*, ad Herbæ ſiccatæ ℥iiii. Spiritus ℔ii. *ſumendo; digeſtione vero triduana facta fiat expreſſio & filtratura, ac Eſſentia ſervetur ad uſum.*

## Eſſentia Trifolii Fibrini *Eph. Cur. Dec. II. Ann. II.*

℞. Trifolii Fibrini recentis q. ſ. *in mortario lapideo contuſum vaſi immitte, & vel aqua vix ſubtepida, vel propria* ſucco crudo, in quo tantillum fermenti ſolutum eſt, *irrora conſpergeque raro ſale, & mixta repone, vaſe optime clauſo &*

*lutato, in locum ſubterraneum, usque dum acriorem odorem ſpirant. Quod ubi advertis, fiat deſtillatio ex M. B. & prodibit Spiritus Trifolii Fibrini.*

*Poſtea* ℞. Foliā Trifolii Fibrini nova, *contunde & exprime ſuccum, quem in M. B. vaſe optime lutato defœca, & per chartam filtra.* Hujus *ſucci depurati* partibus tribus affunde unam *Spiritus prædicti*, digere & circula, & tum ſi addideris *parum Sacchari*. Eſſentia parata eſt; cujus Doſis poteſt eſſe Uncia una aut altera cum Vino vel Aqua deſtillata.

## Extractum *Dia*-Carthami, ſive Cnicopharmacum Ph A. R.

℞. Medullæ Seminis Carthami ℥iiij. Turbith. albi Fol. Senn. el. aa. ℥iiß. Scammon. ʒx. Rhabarb. opt. ℥j. Agar. Troch. ʒvi. Mannæ el. ℥iiß. Myrobal. Chebul. ℥iii. Polipod. ℥ii. Zingib. albi ʒii. *Inciſa & contuſa infundantur in ſ. q.* Spirit. Vini *per plures dies, tum Spiritus tinctus decantetur & remanentia exprimatur, liquor vero filtratus deſtilletur, & ad Mellis ſpiſſitudinem exhaletur.*

## Extractum *Dia*-Carthami *Ph. Nor.*

℞. Specierum de Tragac. frig. ℥j. Pulpæ Cydon. recent. vel condit. ℥ii. Zingib. albi ʒß. Turpethi raſi ℥iß. Medullæ Sem Carthami, Hermodactyl. non perforat. aa. ʒj. *Comminuantur omnia ſ. a. & infundantur in* Spir Vini opt. q. ſ. *per dies quatuor, idque repetendo bis terve, donec Spiritus Vini non amplius tingatur. Poſtea*

*ſtea materia reſidua exprimatur , expreſſum cum priorum infuſionum Spiritu tincto jungatur, addendo* Diagrydii opt. præpar. & ſubtiliſſ. pulv. ʒvj. Mellis roſati colati, Mannæ cum Vino albo calido prius ſolutæ, & rurſus coctæ aa. ℥j. *Omnibus mixtis in cucurbita ſ. a. per M. B. abſtrahatur Spiritus Vini, ut in fundo ſubſiſtat debitum craſſamentum, fiatque ſic Electuarium cum Extracto.*

## Extractum Catholicum *Ph. Aug. Ren.*

℞. Colocynth. ʒvi. Agar. opt. Hellebor. nigr. Scammon. aa. ℥ß. Aloes el. ℥i. *Macerentur in ſ. q.* Spir. Vini, *poſtmodum remanentia relicta decantetur Spiritus , & remanentia exprimatur. Liquor vero in M. B. abſtrahatur, & Extracti conſiſtentiam, tunc Extracto nondum refrigerato, adde* Spiritus prolecti fortiſſimi aliquid, *& probe agita, ut reſinoſæ partes uniantur rurſus ; quæ alias Spiritu abſtracto concreverant.* Quoad vires vulgo univerſale prædicatur Purgans.

## Extractum Catholicum *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Aloes Socotrin. puriſſ.* ʒj. *Agarici opt. Rad. Hellebor. nigri, Jalappæ, Scammonii el.* aa. ℥ß. *Pulpæ Colocynth. albæ* ʒvi. In pulverem redacta infundantur in *Spirit. Vini tartariſati* q. ſ. ad eminentiam 4. digitorum, & per triduum digeſta exprimantur , per chartam filtrentur & ad mellaginem ſpiſſam exhalentur, quibus tum adde *Pollinis Sacchari albiſſimi, Olei deſt. Cina-*

*Cinamomi, Caryophyll.* aa. gtt. vi. *Aniſi,* gtt. x. irrorati ℥j. & exacte miſce.

## Extractum *Dia* Citri Reusneri *Ph. Aug. Ren.*

℞. Succi Citri expreſſi, Sacchari albi aa. ℔ß. *Coquantur leni igne ad ſpiſſitudinem, in fine adde Extractum liquidum ſequentium ſpecierum cum Spir. Vini factum* v. gr. R. Scammon. opt. ʒii. Mechoacann. alb. Turbith. el. aa. ℥j. Rhabarb. el. Cinamomi acut. aa. ℥ß. Galangæ, Nuc. Moſch. Caryophyll. aa. ℈i. gr. ii. *& fiat ſ. a. Extractum liquidum quod* uti prius, ad ſeroſos humores præcipue expurgandos ſatis validum eſſe, hinc in Cachexia, Ictero, hydrope &c. optime conducere prædicatur. Doſi ℈j. ad ʒß. vel ℈ij. cum aliis dilutum.

## Extractum anti-Febrile Ph. Batean.

℞. Corticis Peruviani pulv. ℥iiij. Radic. Gentian. ℥ii. Serpentar. Virginian. ℥j. Flor. cent. min. ℥ii. cum ſ. q. Spirit. Vini *fiat Extractum.* Doſi ℈j. ad ʒß. *Sive in pilulis, vel liquore appropriato propinandum, hora una aut altera ante paroxyſmum.*

## Extractum Granorum Quietis Cnœffelii *Eph. Cur. Dec. I. An. VII.*

℞. *Extracti* Opii, ſive ſedativi ordinarii citrati ℥ii. Hyoſciami ſimili modo, per Succum citri parati; & Extr. Croci aa. ℥j. miſta ſerventur.

Ex-

# Extract. Gummi Guttæ Roſatum *Ph. Nor.*

℞. Gummi de Peru pulv. ℥j. *diſſolvatur in Spir. Vini ad omnimodam ſolutionem, hinc Tinctura filtretur, & ad remanentiam quartæ partis abſtrahatur.* Reſina à liquore reſiduo ſeparetur, *lavetur & leni calore exſiccetur. Tunc*

℞. Fl. Roſarum r. ℥j. Santali r. ʒii. *Superfundatur* Spir. Vini ℔j. Spir. Vitrioli ʒj. *Et fiat extractio calore leni, ac colatura ad dimidias circiter abſtrahatur, hacque ad reſinam inſuccandam veniat in uſum.*

Prædicatur hoc Extractum præ aliis ſpecificum ad humores ſeroſos expurgandos, unde in Hydrope, Cachexia, Arthritide, Scorbuto, Podagra, &c.

# Extract Marocoſtinum Mindereri *juxta P. A. R.*

℞. Agarici trochiſc. ʒvi. Ligni Aloes ℥ij. *Infundantur* in ſ q. Spir. Vini, *& Spiritus tinctus decantetur, ac cum liquore ex remanentia expreſſo uniatur, inque eo ſolvantur* Myrrhæ el. ʒvi. *& filtrentur. Poſtmodum*

℞. Rhabarb. elect. ʒiii. Coſti Arabici ℥vj. Croci Or. Mari veri aa. ʒß. Muchari, ſive infuſi Roſarum Damaſcen. ℔ii. Succi Limonum ʒxx. Cichor. Pimpinell. Fumariæ aa. ʒviii. Apii, Fœniculi, Abſinthii aa. ʒiij. *Macerentur in loco calido 24. horis. In liquore colato ſolvatur* Aloes Socotrinæ ℔j. *& per colaturam depurato jungantur* Gummi Ammoniaci in Aceti ſcillini ℥iiii. & Aceti rutacei ℥ij. ſoluti & filtrati ℥iß.

*ac omnia leni igne ad Extracti conſiſtentiam perducantur, addita circa finem ſuperiori Agarici infuſione.*

## Extractum Opii *Ph. Nor.*

℞. Opii in fruſta inciſi ℔ß. humectetur Aceti Roſacei ℥iii. *Inque ſartagine ferrea continue agitando paulatim ad ſiccitatem ducatur, ſine tamen ignis vehementia, ne empyreuma redoleat.* Hinc Opium illud pulveriſatum cum Aceti Roſacei ℔iii. *ſtent in calore Arenæ ut ſolvatur, tum coletur per linteum cum expreſſione, & inſpiſſetur;* Denuo cum Spiritu flor Sambuci rectif. *ſolvatur, clarificetur cum albumine Ovi & ad conſiſtentiam, pilulis aptam redigatur.*

## Extractum Panchymagogum Ph. A. R.

℞. Scammon. ℥ß. Rhab. el. Seminis ebuli aa. ʒiii. Colocynth. ʒv. Agarici opt. ʒiiiß. Turbith. albi, Hermodact. aa. ʒiiß. Veratri nigri ʒii. Fol. Senæ ℥j. Spir. Vini q. ſ. *Stent in infuſione in loco calido, dehinc colentur & exprimantur, inque liquore expreſſo ſolvatur* Aloes Socotrinæ ℥iß. *Filtretur, & Spiritum Vini abſtrahendo, ad Extracti ſpiſſitudinem redigatur.*

## Extractum Panchymagogum Ph. *Nor.*

℞. Fol. Senæ ℥iiii. Semin. Ebuli triti ℥iiij. Agar. opt. Rad. Helleb. nigri veri aa. ℥j. Pulp. Colocynth. ʒvii. Scammon. elect. ʒvi. Turpethi gummoſi ʒv. Rhabarb. elect. Hermodactyl.

ctyl.aa. ℨiij. Elaterii ℈ij. *Infundantur omnia contuſa in* Spiritu Vini rectificato, *inque leni calore digerantur ad duodecim dies. Poſtea tinctus effundatur Spiritus per decantationem, recensque affundatur, idque toties reiteretur, donec omnis tinctura & vis purgans fuerit extracta, Tum huic affunde* Tincturam ex Speciebus de Roſis & de Ambra aa. ℥j. ſimili modo cum Spir. Vin. rectif. extractam, *atque junge eis* Sal ex fœcibus ſupra relictis & incineratis eductum. *Tunc abſtrahe Spiritum leni calore M. B. ad Mellis craſſitiem, cui circa finem adde* Ol. Cinamomi, Caryophyll. Nucis Moſchat. aa. x. *Miſce ac ſerva.*

## Extractum Panchymagogum Magiſtrale *Zvvelff.*

℞. Rhabarb. opt. ℥i. Agarici albi ℥ii. Gialapp. ℥iii. Turbith. gummoſi ℥ij. Colocynthid. ℥iß. Hellebori nigri ℥ii. Fol. Sen. elect. ℥iiij. Sem. Ebuli, Scammonii elect. aa ℥j. *Inciſa & contuſa extrahatur cum ſ. q.* Spir. Vini, *donec omnis vis cathartica eſt extracta, Tum colaturæ & extractiones omnes in M. B. ad remanentiam circiter* ℔j. *abſtrahatur, à quo reſiduo liquore innatans reſina ſeparetur, & interim aſſervetur: liquor vero ſive Extractum liquidum fundatur ſuper* Aloes Roſatæ ℥vi. & leni calore ſimul exſiccentur, admiſcendo ultimo Reſinam ſeparatam, & recenti Spir. Vini rectif. q. ſ. ſolutam; *atque fiat Extractum ſatis ſpiſſum, ad Pilulas inde formandas aptum.*

*Prædicantur extracta hac ubi univerſali Purgatione opus eſſe videtur, ſive ubi varios generis*

*humo-*

„ *humores excrementitios ſive heterogeneos è longe*
„ *etiam diſſitis partibus corporis valide educere in-*
„ *tendit Medicus.*

## Extractum *Dia*-Pœonias Minde-reri Ph. A. R.

℞. Radic. & Semin. Pœon excortic. aa. ℥ß. O-ſtrutii, Enulæ, Zedoar. aa. ʒij. Dictam. albi, Calami aromat. Cortic. Citri ſicc. Sem. Dauci Cret. aa. ʒiß. Apii, Nuc. Moſchat. Doronic. Caſtor. aa. ʒj. Spec. Diambræ incompl. ℈ii. Fol. Rutæ ſicc. Meliſſ. hortenſ. aa. M. ſſ. Fl. Lilior. convall. P. ij. Viſci querc. ʒiß. Ungulæ alcis ℈ij. Spir. Vini rectif. q. ſ. *Infundantur per triduum vel ultra in loco calente vaſe bene clauſo, tum filtrentur, & ad juſtam conſiſtentiam abſtrahantur.*

*Affectibus Nervinis dicatum & ſpecificum eſſe prædicantur, hinc Apoplexiæ, Epilepſiæ, Catalepſi, Affectibus Soporoſis, Vertigini, & Suffocationi Uterinæ conducere creditur.*

## Extract. Phlegmagogum Quercetani juxta P. A. R.

℞. Agarici troch. ℥iiii. Hermodactyl. Turbith. Senæ, Medull. Carthami aa. ʒiii. Radic. Eſul. præp. ʒi. Troch. Alhandali ʒſſ. Salis gemmæ, Macis aa. ʒiſſ. cum Spirit. Vini *fiat ſ. a. Extractum.*

Hoc morbis pituitoſis & à frigido oriundis convenire, hinc Hydropicis, Arthriticis, & Epilepticis conducere perhibetur.

Extra-

## Extractum Pilularum.

*Arthriticarum*, *Aurearum*, *Cochiarum*, *Fœtidarum* fieri ſolent, earundem Pilularum Species cum Spiritu Vini digerendo, *hinc filtrando & inſpiſſando.*

## Extractum Pini ſylveſtris.

Fieri ſolet *Turiones Pini ſylveſtri*, vel abietis in *Aqua coquendo*, hinc colaturam ad Extracti conſiſtentiam inſpiſſando.

## Extract. Sedativum ordinarium ſimplex, Citratum *Cnœff. Eph. Cur. Dec. I. Ann. VII.*

℞. Opii Thebaici in fruſta conciſi, & in patella ferrea, per leniſſimam exhalationem correcti ℥ii. Succi Citri acidi ℥xxiii. Cinamomi Caryophyll. aa. ℥ß. *Stent in leni digeſtione per Menſem, qua peracta, extractio per linteum exprimatur, & ad conſiſtentiam, leni evaporatione redigatur.*

## Extract. Theriacale Ph. A. R.

Fit dum *poſt Spiritus Theriacalis deſtillationem remanentia novo Spiritu Vini digeritur*, exprimitur, filtratur, & ad extracti conſiſtentiam inſpiſſatur. *Deſtillatur vero Spiritus Theriacalis ab ingredientibus Tinctura Bezoardicæ*, quam Ph. A. R. ſuis uſualibus adnumerat.

## Extractum Zedoariæ ad Vermes necandos *Coll. Leid.*

℞. Semin. Santonici ſivæ Zedoariæ, Comarum Abſinth aa. ℥vi. Vitrioli Martis ad albed. calcinati ʒj. Agar. ℥ij. Dauci vulg. ℥ß. Herb. Tanaceti M. ij. *Miſceantur omnia contuſa, hinc affundatur* Spir. Vini vulg. *ad digitorum aliquot eminentiam. Digerantur debito tempore, poſtea Spiritus tinctus & filtratus inſpiſſetur. Vel in Extracti liquidi, ſive Eſſentiæ forma aſſervetur.*

## *F.*

## Fœcula Rad. Aronis, Bryoniæ, Pœonis, &c

℞. Radicis ſucculentæ & recentis, hujus vel illius vegetabilis, ab externa pellicula & ſordibus liberatæ q. l. *Minutim inciſa & contuſa, ac ſacco lineo immiſſa, ſub prælo exprimatur fortiſſime, hinc ſuccus expreſſus in vaſe vitreo, vel vitreato, in loco frigido reponatur, ſic pulvis albiſſimus ſubſidet* à quo liquor ſupereminens ſeparatur per decantationem, & relicta maſſa ſive Fœcula ſiccatur & aſſervatur. Si Radix minus ſucculenta eſt, affundatur aliquid aquæ, ut eo melius in cremorem pultaceum terendo vel contundendo redigatur.

„ *Vires quod attinet, laudantur ab his, culpan-*
„ *tur ab illis: & licet acriorum radicum fœculæ ſu-*
„ *perſtites quaſdam vires adeſſe monſtrent, tamen*
„ *cum acriorum radicum fæcula ceu parabiliores,*

„ *fa-*

„ *facile haberi queant. ſi quis juſto curioſior eſſe ve-*
„ *lit, mitiorum vero pulvis efficacior exiſtat, hinc*
„ *Fæculas plures ad uſum in Pharmacopoliis aſſer-*
„ *vare, hanc neceſſarium Cl. noſter* LUDOVICI
„ *autumat.*

## Febrifugum expertum Lanzoni *Eph Cur Dec II. Ann. IX.*

℞. Salis Abſinthii, Crem. Tartari aa. ℥ii. Chinæ Chinæ ℥ß. Sandal. rubri ℥i. Spiritus Vitriol. rectif. ℥ß. *Hunc Spiritum guttatim affunde pulveri, dum miſcetur ſpatula lignea. Poſtea leni igne exſicca & pulveriſa. Cujus Doſis eſt* ʒß. *ad* ℥i.

## G.

## Gargariſmus de Acatia *Mynſ.*

R. *Acatiæ Opt. & rec.* ℥ß. *Nuc. Cupreſſi Balauſtior. Malicorii* aa. ʒii. *Herb. Majoranæ, hyſſopi. Salviæ* aa. ʒiß. *Rad. Prid. Flor. Aluminis* aa. ʒii. *Glandium. Roſar. r. aa.* ʒß. Bulliant *in Vini rubri. & Aq. Fol. Quercus* aa. q. ſ. ad tertiæ partis conſumt. *Colaturæ* ℔iß. adde *Rob. nucum.* ʒii. *Spir. Vitrioli* ℈j. m. detur.

Mobilitatem dentium aufert, eosque figit & immobiles reddit. Si dentes & gingivæ quotidie ſæpius hoc eluuntur.

## Gargariſmus ad Anginam *Ettmüller.*

R. Flor. malv. hortenſis m. j. Roſar. r. Liguſtri Herb. veron. Salviæ aa. m. ß. Polipod. Q. ℥ß. ſem. ſinapi ʒi. Inciſa coquantur in Aquæ ℔ii. & Aceti ℥ii. ad dimidias in fine adde Mellis Roſar. vel ſimpl. ℥iij. & colatura detur.

## Gelatina Cornu Cervi ſimplex.

R. Raſuræ C.C. ℔ ß. *decoquentur lento igne in vaſe vitreato in* Aquæ ℔vj. *ad duarum partium conſumptionem*; *hinc decoctio coletur* & C. C. exprimatur ac cum albumine ovi clarificetur, id vero quod clarum eſt, additis Sacchari ℥vi. Vini albi ℥iv. & Succi Citri ℥j. *Decoquatur porro ad conſiſtentiam Gelatinæ debitam*; *ac calens effundatur in patinas, ut refrigeſcat.* Si aromatiſata deſideretur, addantur guttulæ nonnullæ *Eſſentiæ Citri &c.*

## Gelatina Cornu Cervi cordialis *mihi uſualis.*

R. Raſuræ C. C. Eboris aa. ℥ij. *affunde his* Aquæ fervidiſſ. ℔ij. & Vini opt. ℔j. *Stent per noctem in digeſtione, mane coque donec cuticula apparet, tum adde* Conſ. Roſarum coctæ ℥iij. *& poſtquam ſoluta hæc eſt, cola, & colaturæ adde* Confect. Alkerm. compl. ℥vi. Eſſent. Citri Saccharin. ℥ß. *Ac in cella collocetur, ut in Gelatinam abeat.*

## Gelatina Cornu Cervi *anti*-Hectica *mihi uſuale.*

R Raſuræ Cornu Cervi ℥ij. *affunde* Aquæ bullientis Menſ. ß. vel ℔ii. *Stent loco calido ſex horis, poſtea additis* Flor. Bellid. min. M. iiij. *bulliant continue ad dimidias, tum ab igne remotis adde* Conſerv. Roſar. coctæ ℥iß. *Et dum inter agitandum ſoluta hæc eſt, fortiter exprimatur, & poſtquam colatus liquor fæces, depoſuit,*

*ſuit, decantetur & in cella reponatur ut in Gelatinam abeat.*

*Si Rob è Cornis* additur, fit inde Gelatina, Dyſentericos reficiens.

## Infuſum Alterans Ph. Nor.

R. Aqua Font ℔iii. Santali rubri pulv. ℥iß. Succ. Citri recent. ℥iii. *Fiat infuſio per noctem in loco calido, hinc colaturæ addatur* Syr. Granatorum, Ribium, Berberum, Citri aa. ℥j. *Miſceantur & ad uſum reponantur.*

## Infuſum Hellebori *Ph. A. R.*

R. Cortic. Radic. Helleb. nigr. præp. Sem. Aniſi, Fœnicul. aa. ʒi. Cinamomi, Caryophyll. aa. gr. iij. *Fiat infuſio in* Aqu. fumar. q. ſ. *ut poſt colaturam remaneant* ℥iij. *pro una Doſi.*

## Infuſum Laxativum Mannagettæ *juxta Ph. A. R*

R. Fol. Sen elect. ℥vi. Crem. Tartar. Paſſularum min. Confect. Sem. Coriandri aa. ʒiii. *Inciſa & contuſa infunduntur 24. horis* in Aquæ fontanæ bullientis ℥xxxx. *Poſtea colentur cum leni expreſſione & in colatura ſolvantur* Mannæ Calabr. elect. ℥iiii ac cum album. Ovi *clarificentur.* Doſis eſt ℥iij. ad iiij.

## Infuſum Seri Lactis *Ph. A. V.*

R. Florum Borrag. Bugloſſi, Fumi terræ, Epithymi aa. M. ß. Polypodii querc. ʒvi. Fœni-

culi ℥ii. Folliculorum Senæ ℥ß. Seri Lactis ℔iii. *Fiat infuſio & decoctio ad tertiæ partis conſumptionem, & colaturæ addantur* Mellis Roſati.

„ Ex opinione Veterum, humores aduſtos
„ temperat & expellit, ac cutem à ſcabie ac pru-
„ rigine mundificat.

## Infuſum Seri Lactis *mihi uſuale.*

℞. *Radic. Scorzoneræ, Cichorii Graminis, Petroſelini aa.* ℥ß. *Herb. Endiviæ, Acetoſellæ* aa. M. j. *Herb. & Flor. Bellidis, Borraginis* aa. P. ij *Tamarindorum* ℥i. *Seri Lactis* ℔iiß. Fiat infuſio, & ad tertiæ partis conſumptionem Decoctio.

## Julepus Gemmatus Ph. Nor.

℞. Topaziorum, Smaragdorum, Rubinorum, Sapphirorum, Hyacinthi, Sardæ Corallorum rubr. aa. ℨiij. *Subtiliſſime pulveriſatis affundatur* Aceti deſtill. q. ſ. *ut ſolvantur, ſolutio filtretur & in Balneo ad ſiccitatem abſtrahatur. Poſtea.*

℞. Confect. Alkermes ℥ii. de Hyacintho ℥i. Aquæ flor. Arant. ſive Naphæ ℔iß. *Digerantur calore temperato, hinc decantentur, & ſuperiori ſolutioni infundantur, ac quod clarum evadit per ſubſidentiam*, addita Sacchari albi ℔iß. *levi abſtractione per alembicum*, ad Syrupi formam reducatur. *Tandem*

℞. Moſchi Or. Ambræ gryſſ. aa. ℨi. *cum Spiritu Roſarum ſoluta, prædicto Syrupo addantur & fiat Julepus.*

Jule-

## Julepus Roſarum *Ph. A. R.*

℞ Aquæ Roſarum odorariſſ. ℔i. Sacchari clarificati & ultra tabulati conſiſtentiam cocti ℔iij *Miſceantur & fiat Julepus.*

Spiritum reſtaurationi, ut & exæſtuationi corporis dicati hi Julepi, cordialis Medicamenti nomen gerunt.

## Juſculum Herbaceum ad Temperandam humorum Acrimoniam *mihi uſuale.*

℞. *Radicum Scorzoner. Graminis, Aſparagi, Cichorii* aa. ℥ß. *Herb. rec. Acetoſellæ, Endiviæ, Cerefolii* aa. M. j. *Paſſul. min. mundat. Sem. Melon.* aa. ʒvi. *Macis* ʒß. Inciſa dentur pro juſculis aliquot.

# L.

## Lapis de Goa Ph. Bat.

℞. *Corall. alb. rubr, Bezoar. Or.* aa. ℥ij. *Cap. Hyacinthi, Topas. Saphir. Rubin. Margarit.* aa. *præp.* ℥j. *Smaragdi præp. Ambræ griſ. Moſchi* aa. ʒß. *Fol.* ☉ *no* 40. In paſtam ſubigantur *cum* ▽ *Roſ. facta Tragac. mucil.* Tum efformentur inde Ovula, quæ tunc ſiccata poliantur ut niteant dente quodam. Doſis eſt à ℈ß. ad ʒß. Easdem vires obtinet ac Pulvis Anglicus, vel ſimilis abſorbens, Bezoardicus &c.

## Laudanum Liquidum *Sydenhammi.*

℞. Vini Hiſpanici ℔i. Opii ℥ii. Croli ℥i. Cinamomi, Caryophyllorum pulv. aa. ʒi. *Infundantur in M. B per dies tres aut ultra, donec liquor debitam acquirat conſiſtentiam*; hinc colatura ſervetur ad uſum.

Datur à gtt. xv. ad xx. & ultra in omni liquore

## Laudanum Opiatum Ph. A. R.

℞. Opii Thebaici opt. ℥ii. Succi Radicum Hyoſciami albi inſpiſſati ℥j. Aceti Roſacei ℥iii. Spir. Vini rectif. tantum, ut tres digitos emineat; *digerantur, ſæpius de die agitando, ubi ſic aliquando ſteterunt filtrentur,* & Spiritus Vini leni igne ſ. a. *abſtrahatur, ut in fundo vaſis craſſamentum remaneat, cui addantur* Corall. rubr. Margaritarum, Succini albi aa. præparat. ℈ij Eſſentiæ Croci Auſtr. ℈j Miſceantur, & mediæ eius parti jungatur Moſchi Or. ℈ß. Ambræ gryſ. gr. vij. *Altera vero pars ſervetur ſine Moſcho & Ambra.*

## Laudanum Opiatum *Ph. Nor.*

℞. Opii Sulfurati ℥j. Extrahatur cum Spir. Vini rectif. *& reducatur ad Mellis conſiſtentiam, cui addantur*, Extracti Caſtorei, Solutionis Corallorum, Perlarum aa. ʒß. Eſſent. Croci ℈j. *tandem ſub finem admiſceantur* Olei Cinamomi, Caryoph. Citri aa. gtt. iij. *& fiat Maſſa ad inſtar Extracti.*

Lau-

## Laudanum Opiatum *Ludov.*

℞. *Extracti Opii* per Spirit. Vini facti ℥ß. *Extracti Croci. Cinnab. nativ.* præpar. aa. ʒii. Miſce, „Hoc *Cl. Ludovici* inquit, profecto largiter „præſtabit, quod Laudanum quodvis etiam „pretioſiſſimum. Sic & Extractum Opii cum „Spir. Vini uti copioſius acquiritur, ita de „cætero tutiſſimum, ſecurum & efficax eſſe „reliquis omnibus, aſſerit.

## Laudanum Opiatum camphoratum *Craanen.*

℞. Opii leniter exſiccati & præparati ℥ß. Extracti Caſtorei, Croci aa. ʒi. Salis Tartari ʒvi. Vini opt. ℔i. *Extrahatur ſ. a. Eſſentia, qua filtrata exhaletur, vel Spiritus abſtrahatur ad conſiſtentiam melleam, cui leni calore admiſceantur invicem trita,* v. g. Camphoræ ℈ß. Sacchari Saturni gr. xv. Olej Succini gtt. x. *Miſta calore hypocauſti ſenſim ulterius ad Extracti conſiſtentiam inſpiſſentur.*

## Laudanum Opiatum Cydoniatum *Le Mort.*

℞. Succi Cydoniorum recent. ℔x. Opii Thebaici opt. ℔i. *Stent in leni calore ut fermententur per duas vel tres ſeptimanas, tum fæcibus ſubſidentibus effundatur vel decantetur liquor clarus, cui addantur* Cinamomi ℥iii. Nucis Moſchatæ, Macis, Cardam. Caryoph. aa. ℥i. Galangæ min. ʒvi. *Detineantur ulterius in calore diebus aliquot, tum liquor filtratus leni igne evaporetur ad debitam Extracti conſiſtentiam.*

„ *Omne Laudanum opiatum, quo minus ingre-*
„ *dientibus aliis eſt obrutum, eo magis genuinas ſu-*
„ *as vires exſerere aptum exiſtit, & merito lauda-*
„ *tum Opium dici debet, quo nullus Medicus care-*
„ *re poteſt, ad omnes enim Spirituum & humorum*
„ *exorbitantias, & præternaturalem impetum ſi-*
„ *ſtendum eſt divinum medicamen. hinc omnium*
„ *Dolorum fortiorum unica eſt medela, & afflicto-*
„ *rum ſolatium; imo ad omnes tam alvi quam alios*
„ *fluxus vel ſanguinis vel humoris alterius nimios,*
„ *eſt ſola ſacra anchora. Doſis tamen admodum*
„ *variat, præcipue ratione diſpoſitionis tam Spiritu-*
„ *um quam Humorum, ſive ut vulgo ſonat Naturæ;*
„ *ordinaria tamen doſis ultra grana tria raro ex-*
„ *tendi ſolet, pro adultis & robuſtis. Si viribus*
„ *jam labefactatis & fatiſcentibus propinatur, in-*
„ *teritum eo citius maturare ſolet.*

## Laudanum Urinarium *D. Michael.*

℞. Succi Liquiritiæ in Aq. Alkekengi ſolut. ℥iß. Camphoræ ʒi. Croci opt. ℈iiii. Alkekengi, Terebinth. Venet. in Aq. Petroſel. bene lotæ aa. ℥ß. Gummi Tragacanth. Maſtichis aa. ʒß. Laud. Opiati ʒii. *Miſce.*

Prædicatur ſingulare in Urina provocanda, ſabulo expellendo, dolore ſedando, & aperiendis renum obſtructionibus.

## Limonada.

℞. Cortic. Pomi Citri extim. Num. ij. infundantur in Vini & Aquæ aa. Menſ. i. Poſtea adde Sacchari albi ℥viii. *& colentur.*

Lini-

## Linimentum ad Contracturas.

℞. *Ung. de althea.* ℥iiij. *Axung. Taxi calli Sylv. canis.* aa. ℥i. 🜄 *Lauri*, *Lumbric. therebinth. aa.* aa ʒii. *Alum. Plumoſi* ʒiiß. *Piperis longi* ʒiii. M. fiat linimentum.

## Linimentum Cordiale *Wedelii*

℞. Aquæ Apopl. ʒii. Confect. Alkermes. ℈i. Olei Cinamomi, Caryophyll. Citri vel Ligni Rhodii aa. gtt. iii. Miſc. *Regioni cordis applicatum, Syncopi, Palpitationi cordis &c. mederi Cl. WEDELIUS teſtis eſt.*

## Linimentum Nervinum *Wed.*

℞. Spirit. Formicarum ℥j. C. Cervi ʒß. ✱ci. ʒii. Miſc. *Hoc dolentibus partibus in Arthritide, Iſchiade, defluxionibus Catarrhalibus, ad collum, ſcapulas aut alias partes applicatum, admodum commendat. citatus Author, in ſuis Amœnitatibus Mat. Med.*

## Linimentum ad Pſoram *Empyrici Buhlmeyeri.*

℞. Cretæ albæ ʒß. Fuliginis camini ʒii. Olei Olivarum ʒiß. & Cremoris lactis q. ſ. *Ut fiat Linimentum, quod bis vel ter de die illinatur.*

## Linimentum ad Scrophulas emolliendas *Maets Coll. Leid.*

℞. Saponis Hiſpanici ℥iß. Spir. Salis, Olei Ceræ ſtill aa. ℥ß Spir. ✱ci Vini rectif. aa. ℥i. Olei de lateribus, Petræ aa. ʒj. *Miſce pro Linimento.*

Lin-

## Linteum Ceratum *ad præcavendam faciem ab ardore Solis.*

Sumatur *linteum ſubtile Hollandicum* ; extendatur in quadrato ; tunc *humectetur liquore ex recenti ranarum ſpermate ſæpius* , & ſponte ſiccetur rurſus, hoc vero repetatur ſexies vel plus. Tunc ℞. *ceræ albæ* ℔ ß. *Ung. Pomati* ℥i. & his liquatis adde *ſperm. ceti* ℥iß. *Magiſterii marcaſitæ* ʒii. & hoc cerato illinatur ex una parte linteum ; & poſtquam refrigeratum extat, panno alio crudo terendo poliatur, & ad Masquas aptetur ; ſi lubet, cerato poterit, addi aliquid *Ambræ* & *Moſchi*.

## Liquor Diureticus *D. Dolæi.*

Fit, *Spiritui Cochlear.* opt. rectificato & *alcoliſato. Spiritum Nitri* affundendo, donec efferveſcentia ceſſat, de hinc liquorem aſſervando.

## Liquor Nephriticus *Sennerti.*

R. *Salis Tartari* ℥j. *Aquæ Petroſelini* ℔i. Sale ſoluto liquor filtretur & ei *Corticibus Arantiorum* color flatus concilietur.

## Lixivium Benedictum *Mynſ.*

R. Cinerum ligni & frondium Juniperi, Arthemiſiæ rubr. Geniſtæ, Fabarum cum paleis, Abſinthii aa. ℥i. *Fiat infuſio* in Vini opt. ℔iiij. *ac de Vino probe impregnato propinentur bis de die* ℥ii. ad ℥iii. & Aquas Hydropicorum valentiſſime per urinam expellet ; ſi Abſinthii aliquot manipuli ſimul infunduntur, præſtan-

ſtantius fit Vinum, & ad Hydropem magis ſpecificum.

## Lixivium Cephal. *mihi uſuale.*

℞. Herb Serpilli, Majoranæ, Roriſmarini, Meliſſæ aa. M. j. Flor. Chamomillæ, Lavendulæ, Salviæ, Stœchad. Arab. aa. M. ß. *Infundantur omnia in ſ. q. Lixivii* ex cineribus Origani facti; *infuſione facta coletur liquor, & eo calide caput laventur; ad Caput confortandum & Memoriam roborandam, vel & Catarrhos diſſipandos.*

## Looch ad Aſthma, ſive è Scylla compoſitum *Meſue* P. A.V.

R. Scyllæ præpar. ℥ß. Marrubii, Hyſſopi aa. ʒi. Ireos ʒii. Myrrhæ, Croci aa. ʒß. Mellis q. ſ. *ut fiat Looch.*

Quod Pectus à craſſa & tenaci pituita liberat, hinc Tuſſim ac Aſthma ſenum à frigido ortum levat.

## Looch de Farfara Ph. A. R. & Ph. Nor.

℞. Radic. Farfaræ ℔i. *coquantur ad mollitiem in* ſ. q. Aquæ, *hinc contundantur, & colatura cum* Mellis ℔ij. *coquatur ad conſiſtentiam debitam.*

## Looch de Pulmone Vulpis Ph. A. R. & Ph. Nor.

℞. Pulmonis Vulpis ſiccati & præparati, Succi Liquiritiæ, capillorum Veneris, Semin. Aniſi, Fœniculi aa. ℥j. Sacchari clarificati ʒxv.

*Omnia*

*Omnia tenuiſſime trita Sacchare excipiantur, & ad debitam formam redigantur.*

## Looch Sanum & Expertum *Ph. A Renov.*

R. Cinamomi, Hyſſopi, Calaminthæ, Ireos, Sem. Aniſi, Fœniculi aa. ℥ß. Capillor. Veneris M. j. *Macerentur 24. horis* in Aquæ font. ℔ii. *Poſtea deſtillando abſtrahatur* ℔j. *circiter, cum qua ex* Pinearum mundat. ʒv. Amygd. dulc. ʒiii. *Fiat Emulſio, & ſolvendo in ea* Sacchari albi ℔ii. *additisque* Pulv. Liquirit Tragacanthi, Gummi Arabici, Amyli aa. ʒii. Ireos ʒ. *optime miſceantur.*

## Looch Sanum & Expertum Ph. Nor

R. Radicum Iridis, Liquiritiæ, Fol. Hyſſopi, Calaminthæ, Sem. Aniſi, Fœniculi, Lini, Cinamomi aa. ℥ß. Jujubarum, Sebeſten aa. Num. xxx. Paſſularum enucleatarum, Ficuum ſiccat. Dactylorum ping. aa. ℥ii. Fœnugræci ʒv. Capill Vener. M. i. cum Aquæ font. ℔iiii. *Deſtillentur ad lactei coloris aquæ exitum, poſtea exprimantur relictæ ſpecies, Colaturæ vero expreſſæ addantur* Sacchar. Canar. ℔ii. *& coquantur ad debitam conſiſtentiam, tum inſpergantur minutiſſime inciſorum & contuſorum* Nucl Pini mundat. ʒv. Amygd. dulc. mundat. Liquirit. mundæ, Tragacanthi, Gummi Arabici, Amyli aa. ʒiii. Iridis ʒii. *de hinc Aquæ destillatæ affundatur, & agitentur omnia ſimul & celeriter, donec albeſcant.*

„*Medicamenta hac nomine Looch inſignita Pe-*
„ *ctori*

„ *ctori dicata ſunt, præcipue Pulmonibus pituita ſi-*
„ *ve lympha viſcida & inſpiſſata refertis, nec non*
„ *viis tuſſiendo & exſcr. ndo, ac acrimonia lym-*
„ *phæ læſis & exaſpera. , demulcendis; ubi tamen*
„ *calor. Hecticus obſervatur, ab ingredientia aro-*
„ *matica Looch ſanum cum judicio præſcribatur.*

# *M.*

## Magiſterium Cordiale *D. Mich.*

℞. Magiſterii Margaritarum, Granati, Hyacinthi Sapphiri, aa. ʒij. Corallorum ʒ ß. Oſſis de corde Cervi ʒi.

## Magiſterium Epilepticum *D. Michaelis*

℞. Magiſterii Unpulæ Alcis, Cranii humani, violenta morte perempti, Cornu Alcis, C. Cervi aa. ʒ ß. Smaragdi Or. veri præparati ʒj Unicorni veri ʒii. Succini albi ʒi *Miſce.*

## Magiſterium Hepaticum rubrum *Ph A. R.*

℞. Cryſtallorum Tartari ſubtiliſſ. trit. ℥vi. Salis Acetoſellæ ʒii. *tingantur imbuendo cum ſ. q. Tincturæ Sandali rubri*. Spiritu Vini, cum Spiritu Vitrioli acidulato, *extractæ, iterumque exſiccentur.*

## Manna Meteriosata Laxans.

℞. *Nitri puriſſimi* ℔iij. pulveriſatum immitte Veſicæ bubulæ; & probe clauſam, aquæ calidæ

lidæ immerge, *ſic ſolvetur Nitrum in liquorem*, hunc ſuperfunde *Mannæ* ℔ij. & ſtatim lento igne deſtilla in M. B. & manna reſolvetur in aquam limpidiſſimam; poſtquam vero deſtillatio ad ſiccitatem perducta, & omnis aqua prolecta fuit, *tunc hanc denuo affunde Mannæ*, ℔ii. & eodem modo procede, ad ſiccitatem nimirum deſtillando, *& prodibit aqua, Saporem amygdalarum amarum referens*, & laxans, atque ſanguinem egregie attemperans. Doſi cochl. j. & ultra.

## Manus Chriſti ſimplex & Perlata, ſive Saccharum Perlatum Ph. A. R.

℞. Sacchari albiſſ. ℔j. Aquæ Roſarum q. ſ. pro ſaccharo ſolvendo, *coquantur ut eſt artis*; quod ſi Margaritas addere velis, injiciatur ſub finem Margaritarum præp. ℥ß. *ac fiant Rotulæ*, quod *ſi ſub finem coctionis guttulæ nonnullæ Olei Cinamomi inſtillantur*, evadit inde jucundum medicamen ad omnem virium lapſum, modo non adſit præternaturalis aliquis calor.

## Manus Chriſti ſimplex & Perlata Ph. Nor.

℞. Sacchari opt. ℔j. Aquæ Roſarum ℔ß. *coquantur ſ. a. & ſi opus fuerit, in fine addantur* Margaritarum præpar ʒß. Martis Perlarum præpar. ℥iij. *& fiat confectio in Rotulis.*

Maſſa

## Maſſa ad Fornacem communis *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Corticum Thymiamatis, Benzoi, Storacis Calamitæ Olibani* aa. ℥i. *Laudani* ℥iv. *Ligni Aloes, Rodii, Maſtichis* aa. ℥ß. *Flor. Lavend.* ʒii. *Sacchari albi* ℥j. *Storacis liquidæ Ceræ novæ, Terebinth. claræ* aa. ℥ß. *Gummi Tragacanthi* in ſ. q. *Aq. Roſarum fragrantiſſ.* ſoluti ʒi. vel q. ſ. ut fiat ſ. a. Maſſa pro lubitu in bacillos formanda.

## Maſſa ad Fornacem pretioſior. *Diſp. Brand.*

℞. *Aſæ dulcis* ℥iiij. *Storacis calamitæ, Gummi Ladani* aa. ℥i. *Sacchari albiſſ.* ℥ß. *Ambræ gryſ. Sp. Roſar. diſtemperatæ, Moſchi opt.* aa. ℈ß. *Zibethi* gr. vi. *Liquid. Ambræ, Olei Ligni Rhodii* aa. ʒß. *Caryophyll.* ℈i. *Lavendulæ* ℈ß. *Balſami Indici* q. ſ. ut fiat ſ. a. Maſſa, ſuper tabula ænea tepida pauxillo Olei Nucis Moſchatæ oblita, in cylindros tenues formanda.

## Mel Anthoſatum Ph. A. R.

℞. Mellis Roſati ſimplicis ad majorem ſpiſſitudinem cocti ℔iii. Flor. Rorismarini rec. contuſ. M. vi. *Stent in infuſione loco calido 24. horis, tum exprimantur & fiat colatura, ut eſt art.*

## Mel Anthoſatum *Zwelff.*

℞. Mellis probe depurati translucidi ℔ii. Flor. Roſmarini recent. ℥iß. Fol. Roſmarini recent. ℥iiii. *Conciſa & contuſa ac mixta, relinquan-*

*tur aliquandiu in digeſtione loco calido; tandem Melle calente fiat colatura cum forti expreſſione.*

*Uſus hujus Mellis potiſſimus eſt in enematibus ad dolores Colicos demulcendos, præcipue ubi Paræſis ex Colica metuitur, cum nervoſis partibus demulcendis ſit appropriatum, imo viſcido incidendo & inde flatibus oriundis & pellendis idoneum.*

## Mel Menthæ P. A. R.

R. Succi Menthæ depurati ℔ij. Mellis optime deſpumati tantundem, *& coquantur ad juſtam conſiſtentiam.*

Ventriculum frigidum fovere coctionem adjuvare & pituitoſos faucium tumores diſcutere prædicatur.

## Mel Mercurialis P. A. R.

R. Succi Mercurialis ℔iij. Mellis puri & optimi ℔iß. *Coquantur ſ. a. ac deſpumentur.*

## Mel Mercurialis *Zvvelff.*

R. mellis depurati ℔ij. Herb Mercurialis contuſæ ℔j. Succi Mercurialis ℔iß. *Coquantur aliquandiu, poſtea colatura leniter evaporet ad Mellis conſiſtentiam.*

Uſus præcipuus in Enematibus eſt, ubi alvum optime laxat & abſtergit.

## Mel Roſatum ſimplex *P. A. R.*

R. Roſarum rubr. recent ℔viiij. *Contuſæ infundantur* in Aquæ fontanæ calentis ℔vii. 24. *horis, hinc colaturæ* ℔v. *addantur* Mellis ℔iiii. *& coquantur ut eſt artis.*

Potiſſimus hujus Mellis uſus oris putredini

dini dicatus reperitur, nec non gingivarum tonſillarumque inflammationibus adverſatur.

## Mel Roſatum ſolutivum *Ph. Nor.*

℞. Infuſiones Roſarum quater factæ ℔vj. Mellis optimi & depurati ℔iii. *Coquantur ad debitam conſiſtentiam.*

*Eadem cum Syrupo Roſato ſolutivo ſimplici vires obtinet*, minus tam refrigeratur, ſed potentius abſtergit *Ph. Aug. Ren.* loco reiteratæ vel multiplicis infuſionis, ſaltem *una vice factam infuſionem ſubſtituit*, ſumendo Florum Roſarum Damaſcen. recent. contuſarum ℔. q.l. cum totidem Aquæ fervidiſſimæ libris, 24. horis macerando poſtea exprimendo, & cum dimidia Mellis parte coquendo.

## Mithridatium Damocratis.

Prout hoc juxta ſchematiſmum Ph. A. R. diſpenſatur in ſimplo, & in viginti quadruplo, inque Claſſes redactum, melioris pulveriſationis ergo:

CLASSIS I. ℞. *Seminis Aniſi* ʒiij -- ℥viiij. *Zingib. albi* ʒx. -- ℔ij. ʒvii. *Folii*, vel hujus loco *Macis & Caryophyll.* aa. ʒß. -- ℔j. *Gentianæ* ʒv -- ℔j. ʒiij.

CLASSIS II. ℞. *Scordii Cret.* ʒvij. -- ℔j. ℥ix. *Nardi Celticæ, Sem. Petroſel. Macedon.* aa. ʒv. -- aa. ℔j. ʒiij. *Piperis longi* ʒj. -- ℔ij.

CLASSIS III. ℞. *Polii montani* ʒvij. -- ℔j. ℥ix. *Sem. Fœniculi* ʒv. -- ℔j. ʒiij. *Phu Pontici* ʒii. -- ℥viiij.

CLASSIS IV. ℞. *Cinamomi elect.* ℨx. -- ℔ii. ℥vi. *Cinamomi in trochiſch.* gr. xvi. -- ℥i. *Coſti ſeu Zedoariæ, Semin. Seſeleos* aa. ʒi. - ℔ii. *Roſar. rubr.* ʒv. -- ℔i. ℥iij.

CLASSIS V. ℞. *Dictam. Cret.* ℥vii. -- ℔i. ℥ix. *Caſſiæ ligneæ, Cubebarum, Piperis albi* (Trochiſc. Cypheos aa. ℨvii. -- ℔i. ℥ix.) *Caſſiæ Lign. in Trochiſcis* gr. xii. -- ʒvi. *Sem. Thalaſpios* ʒx. -- ℔ii. ℥vi.

CLASSIS VI. ℞. *Semin. Dauci* ʒvii. -- ℔i. ℥ix. *Cardamomi* ʒv. -- ℔i. ℥iii. *Calami arom. Ariſtoloch. rot. veræ* aa. ℥iii -- ℥iv. *Calami aromat. in Trochiſcis* ℈i. gr. xvii. -- ℥ii. ℥ii. *Meu ſeu Angelicæ, Comarum Hyperici* aa. ʒii. -- ℥viiß.

Sequentia ingredientia per ſe pulveriſentur, & Claſſibus admiſceantur:

℞. *Carnis Scinci* ℥iiß. -- ℥iiß. *Bdellii* ℨvii. -- ℥ix. *Bdellii in Trochiſc.* gr. xii. -- ℨvi. *Caſtorei* ℨi. -- ℔ii. *Agarici, Myrrhæ, Olibani, Croci* aa. ʒx. -- ℔ii. ℥vi *Myrrhæ in Troch.* ℈ij. gr. viiij. -- ℥iii. *Croci in Trochiſc.* gr. iiij -- ℨij. *Stœchad. Arab. Schœnanthi cum flor.* aa. ℥i. -- ℔ii. *Schœnanthi in Trochiſc.* ℈ii. gr. viiij. -- ℥iij. *Spicæ Indicæ* ℨx. -- ℔ij. ℥vii. *Spicæ Indic. in Trochiſ.* gr. xii. -- ʒvi. *Aſpalathi in Troch.* ℈ß. -- ℥ß. *Cyperi in Troch. Bacc. Junip. in Troch.* aa. gr. xii. -- ʒvi.

Reliqua ex arte diſſolvantur, nimirum:

℞. *Succi Acaciæ* ʒiiß. ℥viiß. *Sapageni* ℨiij. -- ℥xi. *Gummi Arab. Opii Theb.* aa. ʒv. -- ℔j. ℥iij. *Grana Styracis calam. Succi Hypociſt. Galbani, Opoponacis. Ol. Nuc. Moſchat. Terebinth. Cypr.* aa. ℥i. -- ℔ii. *Terebinth. coctæ in Tochiſc.* ℈iiij.

gr.

gr. xviij. -- ʒvi. *Uvarum paſſarum in Trochiſc.* ℈iiij. gr. xviii. -- ʒvj. *Mellis deſpumati* ℔ix. ʒviiij. -- ℔ccxxxij. ʒvi.

Atque hæc ſunt omnia Mithridatii ingredientia, ubi *loco Trochiſcorum Cypheos, eorum ingredientia* debita proportione adjecta ſunt; ita quidem ut pondus minus notet ſimplicem ejus diſpenſationem, juxta deſcriptionem Damocratis alterum vero majus deſignat pondus, viginti quadruplo auctum, & diſpenſandum.

„ ZWELFFERUS quidem compoſitionem „ hanc ceu ex ſuperfluis, & inutilibus ingredi„ entibus conglomeratam deridet, atque plu„ rima optimo jure ex ipſa elidere poſſe con„ tendit, id quod & verum eſſe quilibet harum „ rerum peritus bene notat; ſed cum perver„ ſus mos adhuc dum obtineat, ut meliora „ perſpiciamus & probemus, deteriora tamen „ ſequamur; ita hoc in negotio hactenus more „ veterum progreditur.

*Compoſitionem ipſam quod attinet fieri hæc ſolet* Species omnes per ſuas claſſes in tenuem pulverem redactas, item Gummita & ſuccos in Vino Cretico vel Hiſpanico ſolutos, eo plane modo, ac Theriaca doctum eſt cum Terebinthina, & Melle probe commiſcendo, ſub finem vero Crocum cum Vino Cretico vel Hiſpanico dilutum, item Styracem cum Oleo Nucis Moſchatæ & eodem Vino liquatum, nec non Pulpam, ex uvis paſſis eductam & Vino Cretico ſolutam adjiciendo, ut ſic ſedula ſtrenuaque agitatione omnia redigantur in Electuarii formam debitam.

*Quod ſpecierum nonnullarum pulveriſationem attinet, utpote quæ admodum difficulter, imo vix per ſe in pulverem redigi poſſunt, qualia ſunt præ aliis* Stœchas Arab. Spica Indica & flores Schœnanti; *his ſubtiliſſime inciſis affundatur* Gummi Arabicum ſolutum, *& ſiccentur, ſic facili opera poſtmodum in pulverem rediguntur.*

## Mithridatium juxta ſimplicem deſcriptionem.

℞. Myrrhæ Troglotidicæ, Croci, Agarici. Zingiberis, Cinamomi, Spicæ Nardi, Thuris, Thlaſpios aa. ʒx. Seſeleos, Opobalſami, vel Olei Nuc. Moſchatæ, Schœnanthi, Stochad. Coſti aromat. veri, aut Zedoariæ, Galbani, Terebinthinæ-Piperis longi, Caſtorei, Succi Hypociſtidis, Styracis rubri, Opoponacis, Folii aa. ℥j. Caſſiæ lign. Polii, Piperis albi Scordii, Sem. Dauci Cret. Carpobalſami, Trochiſc. Cypheos, Bdellii aa. ʒvii. Nardi Celticæ, Sem. Petroſelini, Gummi Arabici, Opii, Cardamomi, Semin. Fœniculi, Gentianæ, Florum Roſarum rubr. Dictamni Cret. aa. ʒiij. Aniſi, Ariſtolochiæ rotund. Calami aromat. Phu, Sagapeni aa. ʒiii. Meu Athamantici, Succi Acatiæ, Carnis Scinci veri, Summitat. Hyperici aa. ʒiiß. Vini q.ſ. Mellis deſpumati triplum, id eſt, ℔viiij. ℥viii. ʒii.

„ *Vires quod attinet, ſi id præſtaret, quod veteres*
„ *illi conſignarunt, Panaceæ nomen ei merito competeret, quippe vix in corpore morbus accidit,*
„ *adverſus quem haud extollitur & laudatur Electuarium hoc; fallit vero quam ſæpiſſime; Ratione tamen ingredientium Aromaticarum, & Bal-*

„ *ſami*

„ *ſamicarum, nec non Opii in plurimis defectibus*
„ *ſalutarem præbet Medicinam, Theriacæ haud*
„ *multum abſimilem.*

## Miva Cydoniorum ſive Gelatina aut Rob ſimplex. Ph. A. R.

℞. Succi Cydoniorum medii ſaporis, depurati ℔xii. Sacchari ℔iij. *Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.*

## Miva Cydoniorum ſimplex *juxta Zvvelff.*

℞. Succi Cydoniorum maturorum recent. expreſſi & per reſidentiam depurati ℔xii Muſti Vini clari recentis ℔vi. *Coquantur leniter in vaſe terreo ad remanentiam circiter librarum* v. *quibus adde* Sacchari albiſſ. ℔vi. *ac porro ad conſiſtentiam Mivæ ſeu Rob, aut Syrupi pauli craſſioris percoquantur.*

Eſt Syrupus grantiſſimus, ad ventriculum roborandū, alvi profluvia demulcenda, & vomitus ſedandos haud contemnendus. Doſi ℥j. ad ℥iß.

## Miva Cydoniorum Aromatica *Ph. Aug. Ren.*

℞. Succi Cydoniorum depurati ℔xx. Sacchari ℔vi. *Clarificentur cum albumine Ovi, & coquantur ad conſiſtentiam ſpiſſiorem, Pharmacopœo perito notam; quibus ab igne depoſitis admiſceatur ſequens infuſio:*

℞. Cinamomi elect. Cardamomi maj. aa. ʒiij. Caryophyll. ʒiij. Zingib. Maſtich. Macis aa. ʒiiß. Croci ʒii. Ligni Aloes ʒiiß. Ambræ, Moſchi aa. ℈ii. Inciſa & contuſa *macerentur 24. horis*

*horis* in Vini albi generoſi ℔j. *poſtea filtrentur.*

*Ex iisdem ingredientibus ſuam Mivam Cydoniorum cum ſpeciebus conficit* Diſpenſat. Brandenburgicum.

## Miva Cydoniorum Aromatica Ph. *Nor.*

℞. *Succi Cydonior.* ℔x. inſpiſſentur calore debito, deinde R. *Cinamomi elect.* ℥ß. *Cardamomi maj.* ʒiij. *Maſtich. Zingib. Caryophyll.* aa. ʒij. *Ligni Aloes, Macis* aa ℈iß. *Croci* ℈j. Infunde in Vini generoſi ℔iß. & ad dimidiam partem deſtillentur. Reſiduum cum *Sacchari* ℔ij. & Succo inſpiſſato commiſceatur; tandemque ad coctum Syrupum ſpiſſiorem, affundatur ſuperius deſtillatum & uſui aſſervetur.

Viribus ſimplicem ſuperant Mivæ hæ, & validius id præſtant, quod ſimplici adſcribitur.

## Morſelli Cephalici Regii. *Zvvelff.*

℞. Sacchari Canar. albi ℔ß. *Solvatur* in Aquæ Cinamomi, vel flor. Arant. q. ſ. *& ad conſiſtentiam tabulati coquatur; hinc ab igne remoto adde* Ambræ gryſ. ℈ß. vel pro ditioribus ℈j. *Prius cum* Sem. Citri excort. ℈ß. *probe ſubacta, ac ſtatim ſuperadde* Moſchi Or. opt. ℈j. *cum parum* Aquæ florum Arant. *in pultem redacti: Item* Nucis Indic. condit. *& craſſiuſcule inciſ.* ℥j. Conſerv. Flor. Tunicæ, Arant. aa. ℈vj. Piſtaciorum decort. & inciſorum ℥j.

Elæo-

Elæoſacchari Cinamomi ʒvi. ſumendo Olei Cinamomi ʒß. ad Sacchari ℥j. Eſſent. Roſatæ ſaccharinæ ℥i. *Fiant Morſelli.*

## Morſelli de Citro, Diacitrium ſolidum ſolutivum dictum, *Zvvelff.*

℞. Sacchari albiſſ. pulv. ℔ß. *Solvatur in ſ q. ſucci* Citri *jam recenter expreſſi, ſine ebullitione, tum ab igne remotis, & fervore paulo remittente adde* Reſine Jalappæ ʒiii. vel ℥ß. Amygdalis decortic. probe ſubactæ, & cum Corticum Citri rec.& extim. ℥ß. *in Pultis formam contuſa, ut &* Eſſentiæ Citri Saccharinæ ℥ß. *vel* ℥i. *permixta, ac fiat ſ. a. Confectio in Morſellis vel Rotulis, quæ* à ℥iii. vel ℥ß. *datæ, optime alvum exonerant.*

## Morſelli Cordiales. *Ph. Nor.*

℞. *Amygd. dulc. excort. Nuc. Indic. condit. Cortic. Citri condit, Piſtaciarum decort.* aa. ℥ß. *Aurant. condit.* ʒii. *Cinamomi* ℥i. *Macis* ℈j. *Confect. Alkerm.* ʒii. *Succi ejusdem* ʒiii. *Cardamomi* ℈i. *Fol. auri* Num. vi. *Sacchari albiſſ. in Aq. Roſar. ſolut.* ℥viii. fiant ſ. a. Morſelli.

## Morſelli *Dia* Cretæ *Mynſ.*

℞. Cretæ *ter vel quater Aqua Violarum lota* ℥ß. Ocul. Cancri præpar. ʒii. Nuc. Moſch. Boli Armen. aa. ʒi. Corall. præparat. ʒß. Margar. præpar. Cinamomi inciſi aa. ℈i. lap. Carpion. præparat. Macis torrefact. Croci Or. aa. ℈ij. Sacchari albiſſ. Aqua Roſarum ſoluti ℥viii. *Fiat ſ, a. Morſelli ad ardorem Stomachi ſpecifici.* Doſi ʒi. ad ʒii.

Q 5 Mor-

## Morſelli Imperatoris P. A. Ren.

℞. Pinearum mundat. Piſtaciorum decortic. Amygd. dulc. aa ℥ß. Specierum Imperatoris parum inciſ. & contuſ. ʒiij. Aromat. roſat. Cinamom. inciſi & contuſi aa. ʒj. Conſerv. Roſarum Damaſcen. ℥ß. Sacchari in aqua Roſarum ſoluti ℥viii. *Fiant ſ. a. Morſelli.*

## Morſelli Imperatoris *mihi uſuales.*

℞. *Cinamomi el.* ʒii. *Caryoph. Galangæ, Nuc. Moſchat. Zing.* aa. ʒß. *Macis, Piperis* aa. ℈ß. Harum ſpecierum groſſe inciſarum ℞. ʒiij. *Amygd. dulc. excorticat.* ℥iß. *Sacchari opt.* ℥x. Fiant ſ. a. Morſellii

## Morſelli ſive Confectio Imperatoris *Ph. Nor.*

℞. Cinamomi opt. ʒx. Zingiberis ℥i Caryophyll. ℥ß. Galangæ, Macis, Nuc. Moſchatæ aa. ʒii. Sacchari albiſſ. ℔ii. *Diſſolvendo in Aqua Roſarum & Cinamomi, fiant ſ. a. Morſelli.*

## Morſelli Imperatoris Purg. *Timæi*

℞. Semin. Melon. excort. ℥ß. ▽æ Roſarum opt. ℥ivß. *Fiat Emulſio in qua ſolvatur* Sacchari ℔j. *& addatur* Reſin. Jalapp. ʒv. Spec. pro Morſul. Imp. ʒvi. *ac fiant ſ. a. Morſelli.*

## Morſelli Stomachici *Zwelff.*

℞. Radic. Calami Aromat. Galangæ, aa. ʒiij. Zing. ʒiß. *Inciſæ parum coquantur in ſ. q. Aquæ ſimpl. ad* ℔ß. *circiter. Cum colatura ſolvatur*

Sac-

Sacchari Canari albi ℔j *& denuo coquendo ad tabulati conſiſtentiam redigatur, ac ab igne remoto admiſceantur* Nuc. Ind. condit. & conciſſ. ℥iß. Zingib. in India condit. & inciſi ℥j Calami aromat. condit. Cortic. Arant. Citri aa. condit. & conciſ. ℥ß. Amygd. dulc. decort. Piſtac. decort. & aa. inciſ. ℥j. Nuc. Moſchat. conquaſſat. ʒß. Cardamomi min. ʒiii. Macis, Piperis longi, Caryophyll. aa. ʒiß. Cinamomi acuti inciſi aa. ℥ß. *Fiant ſ. a. Morſelli.*

## Morſelli ex ſucco Citri Ph. Nor.

℞. Sacchari albi ℔j. Succi Citri q. ſ. Corticum Citri recentium inciſ. q. l. ac *fiant ſ. a. Morſelli.*

## Morſelli de Tartaro Citrato *mihi uſuales.*

℞. Saccari albi in ▽ Roſarum & Cinamomi ſoluti ℔j. Cremor. Tartari ℥iiij. Flaved. Cortic. Citri recent. ʒvi. *Fiant ſ. a. Morſelli.*

## Morſelli ſive Confectio de Thure *Ph. Nor.*

℞. Semin. Coriandri præp. ℥ß. Nuc. Moſchatæ, Thuris albiſſ. aa. ʒiii. Liquiritiæ, Maſtichis aa. ʒij. Cubebarum, Cornu Cervi præparati aa. ʒj. Conſervæ Roſar. rubr. ℥j. cum ſ. q. Sacchari albi & ſucci Kermes ℥ß. *Miſcendo fiat ſ. a. Confectio in Morſellis.*

## Morſelli Viriles *Mynſ.*

℞. Confect. de Succolada Inda ℥j. Piſtac. virid. Pinearum mund. Amygdal. dulc. aa. ℥ß.

Nuc.

Nuc. Indic. condit. ℥ij. Galang. min. Cardamomi min. Piperis longi, Borracis Venet. aa. ℥i. Veratri Tauri, Cervi aa ʒß. Galiæ Moſchatæ, Semin linguæ avis, Urticæ, Carnis Stinci marin. Croci Or. aa. ℈i. Olei Caryoph. Macis Cinamomi aa. ℈ß. Sacchari albiſſ. in ▽æ Radic Satyr. & Anthos aa. q. ſ. ſolut. ℥xvi. *Miſcendo fiant ſ. a. Morſelli.*

## Morſelli Viriles *Zwelff.*

R. Sacch. Canarr. alb. ℔i. *Solvantur in q. ſ.* Aquæ Cinamomi *in qua Radices* Satyrii *aliquandiu maceratæ fuerunt, dehinc ad tabulati conſiſtentiam denuo percoquantur, ac in eo ab igne remoto ſolvatur* Ambræ gryſ. ʒß. vel ℥i. *addendo ſtatim* Radic Satyrii condit. & inciſ. ℥iß. Nucis. Indic. condit. ℥vi. Zingib. in India condit. ℥i. Cortic. Arant. condit. ℥ß. Carnis Stinci marini, Veratri Cervi raſpati aa. ℥iij. Piſtac. decort. Pinearum mund. aa. inciſ. ℥vj. Cardamomi min. Sem. Erucæ, Linguæ avis, Maci,, Piperis longi aa ʒiij. Olei Cinamomi opt. deſt. ℈j. Caryoph. ℈ß. prius cum Eſſentiæ Citri ſaccharini ℥j. permixtorum, *ac fiant ſ. a. Morſelli.*

## *N.*

## Naſalia Ph. Nor.

R. Calaminth. Majoranæ, Radic Iridis, Sem. Nigellæ, Staphidiſagriæ, Caſtorei aa. ℈j. Helleb. alb. Pyrethi, Nuc. Moſchatæ, Myrthæ

thæ r. Euphorb. aa. ℈ii. Laudani ʒvi. Mellis modicum, *ut poſſint formari Naſalia.*

## Nepenthes Aureum *Ph. Nor.*

℞. Extracti Opii ℥ß. Croci ʒii. Croci Solis ℈ii. Reſin. Ligni Aloes, Ambræ gryſ. opt. aa. ℈i. *Miſceantur & incorporentur ſimul in vaſe vitreo, inque eo bene clauſo aſſerventur.*

## Nodulus in Syncope.

℞. Herb rutæ recent. inciſ. p. ß. Nucl. perſic. ℥ii. cinamom. Nuc moſchat. gariiophyll. aa. ʒß. micar. panis q. ſ. immittantur nodulo, ac vino, vel aceto, pro rei convenientia irrorato, ac ad odorandum naribus admoveto.

# O.

## Oleum Abrotani *P. A. R.*

℞. Abrotani recentis *inciſi & contuſi* ℔iii. *Macerentur* in Olei clariſſimi ℔iii. *per triduum, deinde coquantur, donec prunis inſperſum, non amplius ſtrepit Oleum, quod colatum uſui aſſervetur.*

Ad producendos pilos, & in eorum defluvio cum ladano, & pinguedine urſi, glabris locis illinitur.

## Oleum Abſinthii coctum *Ph. A. Ren.*

℞. Olei Olivarum ℔iii. Comarum Abſinthii pontici recentis contuſ. ℔i. Roſarum rubr. ʒß. *Macerentur per triduum in loco calido, poſtea*

*ſtea coquantur donec Oleum prunis inſperſum non amplius ſtrepit, quod colatum ſervetur.*

## Oleum Abſinthii *Ph. Amſtel. & Hagienſ.*

℞. Comarum Abſinthii virentis contuſ. ℥iiij. Olei Omphacini ℔iij. *Macerentur* xv. *diebus in vitro ad Solem, vel alio loco calido, repetendo ter quaterve* comarum recentium infuſionem; *ultimo addantur* ſucci Abſinthii ℥iiij. *Et fiat decoctio ad ſucci conſumptionem.* Eandem methodum ZWELFFERUS commendat, atque reiterata infuſione, maceratione & decoctione hoc Oleum conficere docet.

*Commendatur vero hoc Oleum ad affectus ventriculi frigidos, dolores colicos, item lumbricos necandos, tam foris illitum, quam & per clyſteres immiſſum.*

*Juxta modo præſcriptam normam, & alia vegetabilium Olea cocta parari ſolent, qualia ſunt Oleum anagallidis, anethinum &c.*

## Oleum Acoviſticum Ambratum *Mynſ.*

℞. Olei Amygd. amar. ℥iiij. Nardini comp. Liliorum alb. aa. ℥ij. Succi Origani, Majoranæ, Rutæ, Porri, Raphani, Cæparum aa. ℥j. *Mixta coquantur ad ſuccorum conſumptionem, poſtea Oleo colato adde* Spir. Vini millepedibus imprægnati, Aceti Vini aa. ℥ß. Summitat. Serpilli, Baccarum Sabinæ, Semin. Cymini, Macis aa ℥j. Cubebarum, Hellebori albi, Maſtichis, Ladani, Styracis calamitæ aa. ℥ß. Coſti veri, Piperis longi, Cro-

Croci Or. Nitri præparati aa. ℈j. *Omnia per ſe pulveriſata & conquaſſata denuo in M.B. bullienti coquantur ad conſumptionem humiditatis, poſtea Oleo refrigerato, expreſſo & colato, addatur* Olei Formicarum, Aniſi aa. ʒj. Ambræ gryſ. ℈ii Galiæ Moſchatæ ſubtiliſſ. pulv. ℈j. *Mixta reponantur ad uſum.*

Contra ſurditatem & gravitatem auditus, necnon tinnitum aurium ceu expertum prædicatur hoc Oleum, modo aliquot guttulæ mane & ſero auribus inſtillentur, auris vero cottone moſchato occludatur.

## Oleum Amygdalarum expreſſum ſive amarum ſive dulcium juxta Ph. A. R.

R. Amygdalarum ſiccarum nondum rancidatum q.l. *à Cortice mundata contundantur minutiſſime*, poſtea ſ. a. ſub prælo exprimantur.

## Oleum Aranearum *Mindereri* juxta Ph. A. R.

R. Olei Nymphæ, Lumbricorum terr. aa. ℥vi. Hyperici ℥ij. Foliorum Rutæ, Florum Sambuci aa. recent. M. j. Aceti roſacei, Calendulæ aa. ℥iii. Aranearum craſſarum magnarum N. 45.

*Decoquantur omnia ad humiditatis conſumptionem, poſtea exprimantur & colentur. In Oleo colato rurſus infundantur* Aranearum craſſarum No. 25. *ac addatur* Camphoræ cum Spir. Roſarum dilutæ

lutæ ℥ß. *debinc digerantur, & ad uſum reponatur Oleum.*

Commendatur Oleum hoc ad evocandum venenum in febribus malignis petechialibus, regioni cordis & arteriarum inungendo.

## Oleum Capparum P. A. R.

℞. Corticum Radic. Capparum ℥j Tamariſci, Flor. Tamariſci, Sem. agni caſti, Ceterach, Cyperii, aa. ℨi. Rutæ, ℨi. *trita & cum aceto irrigata cum* Oleo olivarum ℔i. *coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem, poſtea colentur & exprimantur.*

Obſtructionibus Lienis, hucusque tumoribus duris & ſcirrhoſis mederi dicitur.

## Oleum Carminativum Zvvelff.

℞. Olei Olivarum recentis ℔ii. *huic immergantur ſequentia craſſiuſcule inciſa & contuſa. utpote* Herb. recent. Anethi cum ſummitatibus, Rorismarini, Menthæ criſpæ, Pulegii floreſcentis aa. ℥iiß. Flor. Chamomillæ rec. ℥iiii. Cortic. Arant. rec. & extim. aa. ℨiß. Bacc. lauri recent. Juniperi virid. aa. ℨi. Sem. Carvi, Coriandri, Aniſi aa. ℥vi. Opii Thebaici ℨii. *Stent in infuſione per diem poſtea una atque altera ebullitione, in alembico vitreo capitello ſuo munitio facta, ut id quod ebulliendo tranſit reaffundi queat, colentur adhuc parum calide & ſpecies exprimantur fortiter. Tum* Oleo pauliſper calido *adde* Camphoræ ℨvi. Olei ſtill. Carvi, Fœniculi aa. ℥iii. *Ac mixtum ſervetur ceu Carminativum & Anodynum egregium, tam interni quam externi uſus.*

## Oleum de Caſtoreo ſimplex *Ph. Hagienſ.*

℞. Caſtorei pinguis & mollis à pelliculis mundati ℥j. Olei Olivarum maturi veteris ℔j. Vini albi generoſi ℥iij. *Bulliant in diplomate ad conſumptionem vini, dein reponantur ad uſum non colata.*

## Oleum de Caſtoreo juxta *Ph. A. Ren.*

℞. Caſtorei Styracis Calamit. Galbani, Euphorbii, Caſſii ligneæ veræ, Croci, Opoponacis, Cubebarum, Spicæ Nardi Indicæ, Coſti aa. ʒii. Cyperi, Scœnanti, Piperis longi, nigri, Sabinæ, Pyretthri aa. ʒiiß. Olei ℔iij. *Omnia calore arenæ digerantur conjunctim in vaſe, poſtea colentur.*

## Oleum de Caſtoreo *Ph. Nor.*

℞. Caſtorei, Styracis Calamitæ, Caſſiæ lign. veræ, Croci, Cubebarum, Spicæ Nardi Indicæ, Coſti, Cyperi, Schœnanthi, Piperis longi, nigri, Sabinæ, Pyrethri aa. ʒiiß. Olei ℔iij. Vini odoriferi ℔ß. *Omnia in pulverem redacta coquantur ad conſumptionem Vini in duplici vaſe, poſtea Oleum colatum uſui aſſervetur.*

## Oleum de Caſtoreo *Zvvelff.*

℞. Olei puri & recentis Olivarum ℔ij. *eique immergantur ſequentia inciſa & contuſa, videlicet*, Caſtorei pinguis recentis ℥j. Radic. Pyretri ℥ß. Herb. rec. Roriſmarini, Sabinæ,

Salviæ, aa. ℥iß Cubebarum, Piperis longi aa. ʒvi. Caryophyll. ℥ß. Croci opt. ʒij. Styracis Calamitæ ℥j. Opoponacis, Galbani aa. ℥ß. *Facta maceratione die circiter una, addita Vini albi* ℥i. aut ii. *Fiat una atque altera ebullitio in alembico vitreo ſuo capitello munito, ut id quod ebulliendo tranſit, reaffundi queat Oleo, tum omnibus pauliſper refrigeratis coletur Oleum, & humiditas remanens per decantationem ſeparetur, Oleo vero addatur* Olei Lavendulæ deſtillati ʒiß. *ac ſervetur uſui.*

Commendantur Olea hæc non absque effectu, ad omnes nervorum & cerebri affectus vulgo frigidos dictos, paralyſin, convulſiones, tremores, &c. externe infricata.

## Oleum Cephalicum *Zwelff.*

℞. Olei ex Styrace cum Oleo Majoranæ fact. ℥j. Olei ſuccini albi ʒiß. ſtill. Coriandri, Lavendulæ, Majoranæ, Roriſmarini, Salviæ, Nuc. Moſchatæ, aa. ʒj. *Miſce pro uſu.*

*Capitis vertici, Nuchæ, Spinæ dorſi &c. inunctum, roborat cerebrum & nervos, hinc membris paralyticis, contractis, idem doloribus colicis ſolatio eſt.*

## Oleum Circulatum *D. Fauſt.*

℞. Terebinth. ℔ii. Axung. Taxi, Vulpis aa. ℥iv. Olei Laurini ℥iiß. Ceræ ʒii. Lumbric. ℥iii. Spicæ, Maſtich. aa. ℥ß. Axung. humanæ ℥iß. Spir. Vini ℔ii. *Mixta circulentur, poſtea Oleum ſeparetur à Spiritu & ſervetur.*

Eſt

Eſt inſigne anti-paralyticum & anti-colicum.

## Oleum *Dia*-Colocynthidos *Ph. A. Ren.*

℞. Olei Abſinthii, Rutæ, aa. ℥j. Fellis Bubuli, agnini aa. ℥ß. Pupæ colocynthidos, Hellebori nigri aa. ℥ij. *Coquantur ad humiditatis aquoſæ conſumptionem & colentur.*

Oleum hoc umbilico vel inferiori ventri illitum, oſtructam alvum laxat, & vermes necat.

## Oleum Crocinum *Ph. Amſtel. & Hagienſ.*

℞. Croci Amglici, Cardamomi, Radic. Acori aa. ℥j. Myrrhæ el. ℥ß. *Macerentur omnia per ſex dies in Aceto acerrimo, tum addita Olei Olivarum maturi* ℔iß. *Coquantur lento igne ad conſumptionem Aceti, dehinc Oleum colatum ſervetur ad uſum.*

## Oleum Cydoniorum Ph. A. R.

℞. Cydoniorum non excorticatorum ℔ij. Olei Olivarum ℔iij. *Poſt factam macerationem fiat coctio ad humidi aquei exhalationem, hinc colatura & expreſſio.*

Ad ventriculi imbecillitatem & vomitum, nec non diarrhœas, dyſenterias &c. conducere prædicatur, externe illitum. Item ſpinæ dorſi & thoraci illitum, ſudores immodicos cohibere dicitur.

*medullæ hominis* vel *cervi deſtill.* aa. ℥iij. *Theriacæ Andr. Mithridati* aa. ℨi. *Viſci quercini, tiliæ*, *Coryli.* aa. M. i. *Foliorum Perſic. Rutæ murar. Pyrolæ*, aa M. iij. *Florum antirrhini* M. viij. *Hyperici* Mvj. *Verbaſci* M. ij. *Beton. Cent. min. Prunellæ*, *Conſolidæ aur. ptarmicæ Auſtr. Chelidon.* aa. M. j. *Semin. Antirrhini* ℥ß. *Hyperici* ℥iß. *Radic. Dracunculi maculati, Ariſtoloch. rot. Symphyt.* aa M. ß. *Scrophulariæ. Fabariæ* aa. M. i. Coquantur omnia in diplomate vaſe optime clauſo ad conſumptionem Vini, dehinc exprimantur fortiter & imponantur *Croci Mart. Mumiæ. Maſtichis, Thuris. Myrrhæ* aa. ℨij. Coquantur leniter, & ut circulentur ponantur ad ſolem, hyeme vero ad fornacem; ac paratum erit Oleum Hyperici compoſitum.

„ Hoc ſi velis, ut mereatur nomen Balſa-
„ mi Magici Pfortzheimenſium, adde Specie-
„ bus ſupra dictis *Olei Philoſophorum* ℥ii. *Herb,*
„ *Antyrrhini* omnium ſpecierum, item *Herb.*
„ *polytrich. Menthæ criſpæ*, *ſcabioſæ* aa. M. iij.
„ *Flor. auriculæ muris.* M. j. *Pomorum Momor-*
„ *dicæ* M. iij. *Baccarum Herbæ Paridis* ℥iß. & ut
„ dictum, coquendo ac circulando procedatur,
„ ſic inde emerget dictum Balſamum Magi-
„ cum de quo vide *Cl. MERCKLINI Syllogen*
„ *incantation.* p. 254.

*Balſamum hoc adeo decantatum eſt, ut omnibus aliis anti Magicis remediis palmam reddat dubiam, hinc* Medici Würtenbergenſes *id in omnibus Morbis Magicis, vel ſaltem abſtruſioribus, ubi aliquid Magici ſubeſſe ſuſpicatur, præſcribere ſolent, imo credula plebs ad id ceu ſacram*

*ſacram anchoram confugere ſolet.* Uſus vero & internus eſt & externus. Interne propinatur *ad guttulas 20. 30. in jure Carnis, Vino &c.* Externe vero *calide parti affectæ, naribus, nuchæ, & temporibus illinitur.* Præter vires vero ad Incantationes commendatas, item doloribus Arthriticis & Colicis, nephriticisque admodum conducere, ac vermes necare, expertum eſt.

## Oleum Hypnoticum Zvvelff.

℞. Olei Nymphææ n. modo facti ℥iii. Sem. papav. expreſſi ℥iß. hyoſciami expreſſi ℥ß. *Mixtis his Oleis immergantur ſequentia inciſa & contuſa, utpote* Croci Auſtr. ʒii. Majoranæ rec. ʒiß. Laudani opt. ʒii. Opii Thebaici ʒiß. Vini albi boni ℥j. *facta brevi maceratione fiat una vel altera ebullitio in alembico, Capitello ſuo munito, ut ea quæ tranſit humiditas reaffundi queat; Cum omnia refrixerunt fiat colatura cum forti expreſſione, à qua per reſidentiam ſeparetur omnis aquea humiditas,* Oleo vero addatur Olei Nucis Moſchatæ expreſſi ℥ß. ligni Rhodii ſtill. ʒiß. *ac ad uſum reponatur,* fronti, temporibus ac naribus illinendum, ad ſomnum conciliandum, ventri vero ad dolores colicos, item dyſentericos &c. demulcendos.

## Oleum Liliorum alborum ſimplex juxta P. A. R.

℞. Fit Flores Liliorum alborum, abjecto quod croceum eſt, cum Olei aa. *macerando, hinc per dies octo inſolando, poſtea coquendo & exprimendo.*

## Oleum Linelæon Rutaceum juxta P. A. Ren

℞. Fit ex foliis Rutæ recentibus & Oleo Seminis Lini expreſſo, aa. p. æq. *coquendo, poſtea exprimendo.*

Optime conducit in Enematibus, ubi flatus diſcutiendi ſunt.

## Oleum Lumbricorum Terreſtr. ſimplex juxta Ph. A. R.

℞. *Fit* Lumbricorum Terreſtrium ℔ß. *cum Vino abluendo, deinde* Olei Roſati ℔ij. *immittendo, poſtea ad humidi aquei conſumptionem coquendo.*

Hoc Oleum anodynum eſt, & nervinum, unde ejus fotu Nervi recreantur.

## Oleum Lumbricorum compoſitum *Ph. A. Ren.*

℞. Olei Lumbricorum ſimpl. ℥iij. Florum Hyperici ʒij. Roriſmarini ſtillatitii ℈j. *Miſtum ſervetur ad uſum.*

Hoc, ſimplici Lumbricorum Oleo efficacius exiſtit.

## Oleum Mandragoræ Ph. A. R.

℞. Corticum Radic. Mandragoræ ℔j. Capit. Papav. nigri ℥vj. *Contuſa coquantur in ſ. q. aquæ, Decocto colato addantur* ſuccorum hyoſciami albi ℥ij. Cicutæ tener. ℥i. Olei Violarum ℔ij. Opii, Styracis calamitæ aa. ℥ß. *Succi cum Oleo coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem. tum colentur, addendo tandem ſtyracem & opium.*

Com-

Commendatur ad inflammationes extinguendas, dolores capitis demulcendos, ac ſomnum conciliandum, fronti, temporibus ac naribus illinendo.

## Oleum Maſtichinum juxta *Ph. A. Ren.*

℞. Olej Roſati ℔j. in qua diſſolve Maſtichis ℥iii. *Et fiat Colatura.*

## Oleum Maſtichinum juxta Ph. *Nor.*

℞. Maſtichis ℥iii. Olei Roſacei ℔j. Vini generoſi ℥iv. *Coquantur in vaſe duplici ad lentum ignem, donec vinum fuit abſumptum.*

ZWELFFERUS loco Olei Roſati, Oleum Majoranæ rite paratum ſubſtituit, & modo jam indigitato procedit.

*Quoad vires Olea hæc externe applicata ventriculi laxitati ſubveniunt, ac in diarrhœis & dyſenteriis ſalutarem ſæpe præſtant operam.*

## Oleum Momordicæ.

Fit *Fructus ſive Poma Momordicæ* matura, exemptis granis *in Oleo Hyperici macerando*, & diu inſolando, ut Oleum quaſi glutinoſum & craſſum evadat, ac fructus in Oleo quaſi putreſcant; *Expreſſio Olei fit anno inſequente, ubi rejectis pomis expreſſis novi infunduntur pomi, & inſolatio reiteratur*, ſic inde emergit Oleum vulnerarium, & ad hæmorrhoidum dolores ac Papillarum fiſſuras præſtantiſſimum.

## Oleum Mucaginum *Ph. Amſtel. Hag. & Vltraj.*

℞. *Radicum alth. recent. contuſ.* ℔ß. *Scillæ recentis contuſæ* ℥iß. *Seminis Lini*, *Fœnugræci* aa. ℥ii in ſ. q. *Aquæ pluviæ* maceratæ coquantur, leniter, donec craſſam & viſcoſam mucilaginem reddant, cujus colatæ & expreſſæ ℔ii. adde *Olei Anethini*, *Chamæmelini*, *Liliorum alb.* aa. ℥xvi. & ulterius coquantur ad humidi aquei conſumptionem, ſæpius ne adurantur, agitando.

## Oleum Myrtillorum *Ph A.R.*

℞. Olei Olivarum ℔iij. Baccarum Myrtill. ℔j. *Myrtilli contundantur*, *& ſi exſiccati fuerint*, *Vino aſpergantur*, *poſtea cum Oleo ad humiditatis aqueæ exhalationem coquantur & colentur.*

PH. NORICA Infuſionem trinam commendat, poſteaquam coctionem inſtituit.

*Et ſi loco Baccarum Myrtillorum ſumuntur Folia Myrti, fit inde Oleum Myrtinum.*

Commendatur vero Oleum Myrtillorum ad illos affectus, qui adſtrictione indigent.

## Oleum Nardinum ſimplex *P.A.R.*

Fit Spicæ Nardi aromaticæ ʒiij. cum Olei Seſamini ℔iß. *infundendo, & poſt factam digeſtionem colando.*

## Oleum Nardinum compoſitum Ph. Nor.

℞. Spicæ Nardi Indicæ ʒiij. Majoranæ ʒii. Helenij, Macis, Calami aromat. Fol. Lauri, Cyperi, Schœ-

Schœnanthi, Cardamomi aa. ℥ß. *contundantur omnia mediocriter & affundantur* Vini odorati ℥vii. Olei communis ℔vi. *macerentur per 14. dies tunc in diplomate decoquantur. ſ. a.*

Olea hæc, præcipue præ ſimplici Compoſitum, ventriculum roborat, & nervorum affectus frigidos ſanat, ac paralyticis & tremulis membris egregie conducit.

## Oleum Nervinum *Zvvelff.*

℞. Olei Olivarum recentis non rancidi ℔iii. *cui ſucceſſu temporis inciſa & contuſa ſequentia immergantur, videlicet*, Gemmarum Populi arboris recent. ℥vi. Summitat. Abietis vel laricis arboris, iij. vel iiij. Herb. recent. Calaminthæ montanæ, Majoranæ, Meliſſæ, Ivæ arthericæ, Origani, Salviæ min. Thymi, Fl. rec. Chamomillæ, Lavendulæ, Spicæ aa. ℥ii. Bacc. Lauri Juniperi virid. aa. ℥iiß. *Macerentur una aut altera ſeptimana, donec omnia collecta & immerſa ſunt, poſtea parum ebulliant in alembico vitreo, capitello ſuo munio ut quæ prodit humiditas reaffundi queat, Tum fiat Colatura & fortis expreſſio. Oleo vero expreſſo adde* Lumbricor. Terreſt. vivorum & lotorum ℥viii *& facta adhuc unica ebullitione in alembico capitello ſuo munito, denuo fiat colatura, & Oleo colato ſuper addantur* Olei ſtill. Majoranæ Salviæ, aa. ʒij. *& fiet Oleum Nervinum præſtantiſſimum.*

## Oleum Nucis Moſchatæ expreſſum juxta P. A. R.

℞. *Fit Nuces Moſchatas radula attritas*, aut con-

conciſas, & diligenter contuſas, *Aquæ calidæ vapore irrigando & poſtmodum* dum adhuc calent, *Oleum exprimendo.*

## Oleum Otalgicum *Mynſ.*

℞. Radicum Hellebori nigri ℥ß. pulpæ Coloc. ʒiij. Fol. ſen. el. Lauri aa. ℥ii. Millepedum vivorum, Caryophyll. Aliptæ Moſchatæ, aa. ℥iß. Herb. Roriſmar. Majoranæ, Sabinæ aa. M. ß. *Coquantur* in Vino *ac colentur. Tunc colaturæ* ℥iij. *addantur Olei* amygd. amar. ℥ij. Bacc. juniperi, Petræ aa. ℥ß. Formicarum ʒiß. & *denuo coquantur ad conſumptionem humiditatis, & Oleum ſervetur ad uſum.*

Conducit vero auditus difficultati, & tollit tinnitum, auribus inſtillatum, vel cum goſſipio applicatum.

## Oleum Ranarum P. A. R.

℞. Ranarum fluviatilium ℔ß. Olei Seſamini ℔iß. *Coquantur ad Ranarum diſſolutionem usque, poſtea colentur.*

## Oleum Reſolutivum Ph. A. R.

℞. Radic. Cucumeris aſinini, Bryoniæ, Altheæ aa. ℔iii. Olei communis ℔x. *Macerentur aliquandiu poſtea ſ. a. coquantur & exprimantur.*

Oleum hoc frigidos ac contumaces dolores mitigat, reſolvit, digerit, & emollit, ac alte penetrat.

## Oleum Rhabarbarinum D. Fauſii DD. Heidelberg.

℞. *Amygdalarum dulc.* ℔ij. *Rhabarbari electi & pulv.*

pulv. ℥iv. Contuſa & mixta, & vitro indita, imponatur aquæ moderatæ calidæ per horam. Poſtea ordinario more exprimantur.

## Oleum Roſarum juxta *Ph. A. R.*

℞. Olei communis, Roſarum Damaſcenar. *nondum penitus apertarum & contuſarum* aa. ℔iv. *Macerentur & inſolentur per dies octo, poſtea colentur & exprimantur.*

Nonnulli tres inſtituunt infuſiones, ad ſingulam infuſionem ℥xvj. Roſarum recipientes, in ultima vero infuſione Roſas relinquentes.

„ *Inflammationibus mitigandis à veteribus* „ *vulgo commendari ſolebat Oleum hoc, ſed cum* „ *Olea talia unctuoſa poros obſtipare jam ſatis ex* „ *pertum ſit, hinc non niſi inexpertis amplius in* „ *uſu eſſe ſolet*: Dolentibus tamen hæmorrhoi- „ dibus aliquando non absque commodo illi- „ niri ſolet.

## Oleum Rutæ P. A R.

Fieri ſolet modo, de Oleo Abrœtani docto.

## Oleum Scorpionum ſimplex juxta *Ph. A. Ren.*

℞. Scorpionum No. xxx. cum Olei Amygd. amar. ℔ij. *Infundendo, ac loco calido per tempus macerando, tandem vero colando.*

„ *Ad Scorpionum ictus in ſpecie, antidotum* „ *eſt Italis, Nos eo potiſſimum utimur ad dolores* „ *nephriticos, vel à calculo dependentes, demul-* „ *cendos, lumbis, pubi, vel perinæo id illinendo.*

Oleum

## Oleum Scorpionum compoſitum *Ph. A. Ren.*

℞. Ariſtolochiæ rotundæ veræ, Gentianæ. Cyperi, Cortic. Radic. Capparum aa. ℥j. Olei Amygd. amarorum ℔iß. *Contuſæ Radices macerentur in Oleo ad Solem fervidum vel alio calore, deinde coquantur aliquantulum, injectis tandem Scorpionibus* No. xx. *Poſtea colatum Oleum reponatur.*

## Oleum Scorpionum compoſitum *Ph. Nor.*

℞. Olei Hypericonis terna infuſione florum & comarum facti ℔iß. Scordii recent. M. ij. Rutæ, M. ß. Cortic. Citri, Styracis aa. ʒvj. Rhabarbari, Myrrhæ, Aloes Hepat. aa. ʒiij. Spicæ Ind. ʒii. Croci ʒj. Theriacæ, Mithridatii aa. ℥j. Scorpionum vivorum N. 100. *Infundantur omnia in prædicto Oleo, macerenturq; in balneo calente, per triduum, & ſic repoſita ſerventur ad uſum.*

## Oleum Scorpionum Magnum Ph. A. R.

℞. Olei Olivarum ℔iij. ſummitat. Hyperici M. x. Scordii M. iß. Calaminthæ, Card. bened. aa. M. j. *Herbæ contuſæ & in Oleo maceratæ coquantur ad humiditatis Aqueæ exhalationem, in colatura infundantur* Radic. Zedoariæ, Dictamni albi, Gentianæ, Ariſtoloch. rot. aa. ʒiij. Bacc. junip. ℥ß. Cinamomi ʒvi. Schœnanthi, Croci aa. ʒj. Styracis, Benzoi, Myrrhæ, Theriacæ, Mithridati aa. ℥ß. Scorpionum

pionum vivorum No. 300. *Macerentur per triduum in Balneo vaſe bene tecto, poſtea colentur & exprimantur.*

Uſus horum Oleorum externus potiſſimum eſt, in Peſte, Febribus malignis &c. regioni cordis, pulſibus, temporibus &c. inungendo.

## Oleum Slotani ex *Hildano.*

℞. Olei Olivarum ℔vj. Catulorum juniorum No. ij. Ranarum vivent. No. xij. Lumbricorum terreſtr. lotorum M. iv. ▽æ juniperi absque Vino deſt. ℔iij. *Coquantur omnia leni igne, donec caro catulorum ab oſſibus ſeparatur, & omnis humiditas fere conſumta eſt. Tum colato Oleo adde* Axungiæ Humanæ, Olei ſcorpion. amygd. dulc. Muris alpini aa. ℔ß. *miſtis & ollæ capaci immiſſis adde* Gemmarum populi nigri recent. ℔iij. Florum primulæ veris, Tuſſilaginis, Betonicæ, Geniſtæ Hiſpan. Chamomill. Romanæ, Violarum, Liliorum Convall. Lavendulæ, Sambuci, Anethi, Salviæ, Cheiri, Rutæ, Serpilli, Anthos, Cent. min. Veronicæ, Origani, Tanaceti, Liguſtri Agrimon. pulegii, Meliloti, Verbaſci, Abſinthii vulg. Roſarum rubr. aa. M. j. Hypericonis nondum penitus apert. ℔iv. *Flores omnes ab herbis ſeparati, Oleo immittantur, alias virideſcet Oleum, quod alias rubicundum eſſe debet ex floribus Hyperici.* Flores prout per æſtatem florent, ſucceſſive Oleo immittuntur, vaſe interea clauſo, donec omnia probe infuſa ſteterunt; tandem decantetur Oleum & ſervetur.

tum in ea ſolvi poteſt, Olei Hyperici ℥i. Olei Ceræ deſt. ℈ij. *Miſce.*

In Vulneribus recentibus ſi eo lintea madida applicantur, ſingulare prædicatur remedium.

## Oleum Vulpinum *juxta Ph. Nor.*

R. Vulpem mediæ ætatis, *detracta pelle, & exemptis interaneis integram*. Aquæ fontanæ ℔iij. Olei veteris clari ℔iiij. Salis ℥iij. *Coquantur & inter coquendum adjiciantur* Anethi, Thymi aa. ℔j *boni ponderis, coquantur, donec caro ab oſſibus ſuccedit & aqua abſumitur, deinde coletur Oleum & percolatum ad uſum ſervetur.*

Commendatur præcipue ad nervoſi generis affectus, vulgo frigidos dictos, quos potentiſſime diſcutere prædicatur.

## Orvietanum Electuarium Vide Electuarium Antidotale Orvietanum.

## Oxymel ſimplex *Galeni & Meſuæ juxta Ph. A. Ren.*

Mellis deſpumati & ad conſiſtentiam craſſam debite cocti ℔ij. Aceti acerrimi ℥x. *Miſce.*

ZWELFFERUS Acetum, Roſis vel Floribus Tunicæ imbuere vel imprægnare, poſtea Melli addere jubet.

Oxymel

## Oxymel Scylliticum *Meſuæ* Ph. A. K.

℞. Mellis deſpumati ℔iij. Aceti Scyllitici ℔ii. *Coquantur lento igne ad perfectam conſiſtentiam. Mel hoc ſive ſimplex, ſive ſcilliticum, ad humores craſſos in pectore attenuandos, & excitata tuſſi expectorandos, unde conducit aſthmate humorali affectis, ubi lympha incraſſata & viſcida reddita, ad excretionem ſtimulanda eſt. Easdem Vires præſtat ſequens.*

## Oxymel Scylliticum compoſitum *Diſp. Brand.*

℞. *Cardamomi minoris, Hyſſopi ſicci, Leviſtici, Origani, Stœchados, Thymi* aa. ℥v. *Paſſularum exacinat.* ℥ij. Coquantur in *Aquæ Hyſſopi* ℔ii ad medietatis conſumt. Tum colaturæ adde *aceti ſcyllitici* ℔iß. *Succi Bryoniæ* ℥v. *Mellis deſpumati* ℔iß. bulliant ac deſpumentur, & ad juſtam conſiſtentiam decoquantur.

## Oxyſaccharum Scilliticum. Ph. Nor.

℞. *Aceti Scyllitici* per Infuſionem parati, *Sacchari fini* aa. & lento calore decoquantur ad Syrupi conſiſtentiam.

## Oxyſaccharum ſimplex *Zvvelff.*

R. *Succi Granatorum acidorum* recenter expreſſi ℔ß. *Aceti Vini Roſati vel Violati* ℥viii. *Sacchari albiſſ.* Canar. ℔iſſ. Coquantur in vaſe terreo ad conſiſtentiam Syrupi, cui pro gratia adde

*Eſſentiæ Citri Saccharinæ* ex recent. corticibus paratæ ℥iſſ. ac fiat Oxyſaccharum.

*Conducit ad Sitim ſedandam julepis admixtum, recreat Spiritus & humores ad diſſolutionem pronos.*

## P.

### Panacea Anvvaldina *Cl. B. Volckameri.*

℞. Cinnabaris Nativæ pulch. præp. Mercurii dulcis aa. ℥ſſ. Magiſterii Corallorum, Margaritarum aa. ʒii Croci ℈j. *Miſta ſerventur.*

*Prædicatur ſpecificum ad reſolvendam lympham lentam viſcidam nerveam, unde in Epilepſia, Vertigine & aliis nervorum affectibus, egregiam operam præſtare creditur. Doſi gr. v. ad* ℈j. &c.

### Panis Martius.

℞. Amygdalorum dulcis contus ℔ſſ. Sacchari tenuiſſime pulv. ℔j. *Cum Aqua Roſarum contundantur in Paſtam.*

### Paſſulæ Laxativæ P. A. R.

R. Fol Sen. Alexandr. ℥iv. Cinamomi el. Zingib. aa. ℈iij. ▽. Endiv. ℔iiß. *Horis octo infuſo ebulliant, poſtea exprimantur leniter; tum huic Decocto addatur* Sacchari albi ℥iv. Paſſularum minorum mundat. ℔j. *atque poſt debitam coctionem reponantur.*

Si loco Aquæ Endiviæ additur Mucharum Roſarum, efficaciores quidem ſed minus gratæ evadunt. Eundem in modum & Pruna Laxativa & Zibebæ confici ſolent.

Paſſulæ

## Paſſulæ Laxativæ *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Aquæ Endiviæ* ℔iiß. in qua macerentur *Fol. Senæ Or.* ſine ſt. craſſe contuſorum ℥iv. *Cinamomi el. Zing. albi* aa. ʒiß. maceratione horis octo facta, ebulliant, & cum expreſſione aliquali colentur, Colaturæ addantur *Paſſularum major. exacin.* ℔j. *Sacchari albi* ℥iv. atque poſt unam alteramve ebullitionem aſſerventur.

## Paſſulæ Laxantes *Ph. Amſtel.*

℞. Fol. Sen. el. ʒivß. Semin. Fœnic. ʒß. *Macerentur per noctem in ſ. q. infuſionis* Roſarum Pallidarum multiplicis, *loco calido, mane ebulliant leviter; Colaturæ vero expreſſæ* ℥viij. *adde* Paſſularum Corinth. mundat ℔ß. Sacchari albi clarificati ℥ix. *ac per coctionem debitam aſſerventur Paſſulæ.*

## Paſſulæ purgantes *Zwelff.*

℞. Sacchari albiſſimi ℥vj. *in aquæ ſimpl.* ℥viij. *Soluto adde* Paſſularum min. *probe mundat.* ℥vj. *& coquantur junctim ad ſatis craſſam Sacchari conſiſtentiam, & dum ab igne removeri debent, ſuperinfunde* Magiſterii Jalappæ, Scammonii aa. ʒiiß. in Spiritus Vini rectificatiſſimi ℥ij. vel iij. ſoluta, *& ſtatim ab igne removeantur*, ſic Spiritus Vini exhalat, & Magiſteria paſſulis permixta relinquit, quæ addita tandem Elæoſacchari Aniſi ℥i. aromatiſanda ſunt.

Hæc ZWELFFERI methodus *Medicis Noricis placuit, ut ſuis in Pharmacopœis*, ita proſtare

 eis

cis libuerit. Sumunt vero ad Paſſul. min. mundat. ℥iiii. Magiſt. Jalappæ & Scammonii aa. ʒi. *& ſ. a. conficiunt.*

## Paſſulæ purgantes ſiccæ *Zvvelff.*

℞. Paſſularum probe purgatorum ℔ i ß. *macerentur uno aut altero die in* Aquæ Roſarum fragr. vel Cinamomi ℥ iv. *circiter, ut Aquam omnem abſorbeant, hinc ſæpius commovendæ ſunt; Poſtquam vero leni calore paulisper ſiccatæ fuerunt, ſequenti conſpergantur pulvere, nimirum* Diagryd. Sulf. Amygd. dulc. probe ſubacti ℥ iß. Cremoris Tartari ʒ vi. Sacchari roſati vel citrati. ℥iii. *His mixtis pulveribus conſperſæ Paſſulæ leniter, & fere totaliter exſiccentur, uſuique aſſerventur.*

Doſis harum Paſſularum Laxantium vel Purgantium variat, pro ætatis differentia. Dantur vero à ʒii. *ad* ℥ ß. vel & ʒvi. robuſtioribus.

## Paſta ad Stomachales placentulas *Zvvelff.*

℞. Amygd. dulc. decorticat. ℥ii. Piſtac. decort. ℥ iſſ. *Contundantur omnia minutiſſime ad pultis formam affundendo paulatim portiunculam* Aquæ Roſarum fragrant. vel Cinamomi. *Poſtea adde* Sacchari albi pulv. ℥ viii. Cortic. Arant. Citri aa. condit. ℥i. Farinæ triticeæ ℥ iii. Cinamomi acuti pulv. ʒvi. Caryophyll. Nuc. Moſchat. aa. ſſ. Piperis longi, Zingiberis aa. ʒiii. *Fiat Paſta ex qua formentur placentulæ parvæ ad lubitum, quæ in fornace vel ſartagine clauſa, moderato calore pinſantur.*

Paſtilli

## Paſtilli Fumales *P. A. V.*

℞. Benzoi electi ℥iiſſ. Styracis calam. ʒx. Lign. Aloes ℈iii. Caryophyll. ℈vi. Cinamomi el ℈iij. Ligni Rhodii ℥iſſ. Sacchari albi ℥xiiij. *Cum infuſione* Tragacanthi cum Aqua Roſarum *facta fiant Paſtilli.*

## Paſtilli pro Fumo communes *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Cortic. Thymiamatis, Benzoi, Storacis Calamitæ, Olibani, Succini flavi* aa ℥i. *Maſtich. Bacc. Junip. Ligni. Aloes*, aa ℥ſſ. *Ligni Rhodii* ℈vi. *Flor. Lavend.* ℥ii. *Styracis liquid.* ℥ii. *Sacchari albiſſ. Ceræ novæ fragr. Terebinth. claræ* aa. ℥i. *Carbonum Tiliæ* ℔iij. In pulverem redactis redigendis, excipiantur omnia *Mucilagine Tragacanthi* aqua Roſarum fragr. facta, ac fiat Maſſa, indeque Paſtilli.

## Pilulæ de Agarico *Meſuæ* P. A. Ren.

℞. Agarici ℈iij. Iridis, Marrubii aa ℈j. Turbith. ʒv. Specier. Hieræ picræ Galeni ʒiiij. Colocynthidos, Sarcocollæ aa. ℈ii. Myrrhæ ʒi Sapæ q. ſ. *Ut fiat Maſſa.*

Pilulæ hæ Thoracis vitiis, atque Tuſſi antiquæ à craſſis & pituitoſis humoribus exortis, auxiliari creduntur.

## Pilulæ Aggregativæ majores *Meſuæ* juxta P. A. R.

℞. Myrobalanorum Citrinarum, Rhabarbari aa. ʒiiii. Succorum inſpiſſatorum Agerati,

Abſinthii aa. ʒiij. Diagrydii ℥vj. Myrobalan Chebularum Indarum, Agarici, Colocynthidos, Polypodii aa. ℨij. Turbith. Aloes aa. ʒvj. Maſtichis, Roſarum, Salis gemmæ Epithymi, Aniſi, Zingiberis aa. ʒj. cum Syrupo Roſato ſolutivo. *Fiat Maſſa.*

*Eandem deſcriptionem tradit, & uſualibus ſuis adnumerat.* PH. NORICA.

Ad varios vero capitis, ventriculi, jecorisque morbos, nec non diuturnas febres, efficaces crediderunt has Pilulas, Anteceſſores noſtri.

## Pilulæ Alephanginæ ſeu Aromat. *Meſuæ Ph. A. R.*

℞. Cinamomi, Cubebarum, Ligni Aloes, Calami Aromatici, Nucis Moſchatæ, Macis, Cardamomi, Caryophyllor. Radicum Aſari, Maſtiches, Schœnanthi, Spicæ Indicæ, Galangæ ca. ʒj. Abſinthii ſicci, Roſar. rubr. aa. ʒv. *Dimidia pars horum aromatum craſſiuſcule contuſa infundantur in aquæ libris* iv. *Coquantur lento igne ad media partis conſumptionem, deinde exprimantur & colentur; In colatura diſſolvatur* Aloes Socotrinæ, cum aqua pluviali lotæ ſive depuratæ ℔j. *& ulteriori coctione ad debitam conſiſtentiam deducatur, ut cum reliqua aromatum parte ſubt. trita, nec non pulveris* Myrthæ, Maſtichis aa. ℨv. Croci ℨiij. *fiat Maſſa.*

*Eadem ingredientia, ad pilulas* has aromaticas conficiendas, ſervat PH. NORICA.

Ventriculum, cerebrum, & ſenſoria omnia ab humoribus craſſis mundificare, hinc ſtomachi robur augere, & cruditates tollere, apetitumque inſtaurare prædicantur.

Pilulæ

## Pilulæ de Aloe Roſata vel Violata Ph. A. R.

℞. Aloes opt. quæ ſuccum Roſarum, vel Violarum tertia vice imbibit, atque reſiccata fuit ℥j. *Et ex ea cum Vino formentur Pilulæ pro lubitu.*

## Pilulæ de Aloe Violata Ph. Nor.

R. Aloes depuratæ ℔j. Muchari Violarum è floribus integris ℔iij. Reſinæ Scammon. ʒvj Maſtichis ʒiij. *Fiat ſ. a. Maſſa è qua formentur Pilulæ*, quæ loco Angelicarum optime eſſe poſſunt, & Doſi ℈ß. ad ℈j. blandiſſimam evacuationem præſtant.

## Pilulæ de Ammoniac. *Quercetani* juxta P. A. R.

R. Balſami Aloetici ℥iv. Gummi Ammoniaci puri in aceto ſcillitico ſoluti ʒvj. Myrrhæ el. ʒß. Maſtich. Specier. diatrion Santalon aa. ℥iß. Croci, Salis fraxini, Abſinthii ac ℈ij cum ſyrupo de Stœchade, *fiat Maſſa & hinc Pilulæ, quæ* ad incidendam lymphæ viſciditatem potius, quam educendam conducere poſſunt, unde & Cachexiæ & Febribus inveteratis ſubvenire creduntur.

## Pilulæ Angelicæ *Ph. A. R.*

R. Aloes Socotrinæ ℔j. *diſſolve eam in Succorum depuratorum* Cichorii, Endiviæ, Bugloſſ. Borrag. Lupulorum, Fumar. aa. ℥iv. Roſarum Damaſc. ℔j. *lento igne deducantur ad juſtam con-*

*conſiſtentiam*, *ut cum ſequente pulvere* v. gr. Rhabarb. el. ʒj. Agarici troch. ʒß. Cinamomi el. ʒii. *fiat Maſſa Pilularum.*

Præter blandiſſimam evacuationem etiam pravorum humorum correctionem præſtare dicuntur.

## Pilulæ Arthriticæ P. A. R.

℞. Hermodactyl. Turbith. Agarici, aa. ʒij Caſſiæ Lign. veræ, ſpicæ Indicæ, Xylobalſami, Carpobalſami, Galangæ, Caryophyſt. Macis, Aſæ fœtidæ, Zingib. Maſtichis, Sem. Fœniculi, Aniſi, Saxifragiæ Aſparagi, Ruſci Milii Solis, Roſarum, Salis gemmæ, aa. gr. xv. Diagrydii ʒß. Aloes opt. ad pondus omnium id eſt ʒxiiiiʒ. ſucci Fœniculi q. ſ. *ut fiat Maſſa.*

## Pilulæ Arthriticæ *Ph. Nor.*

℞. Pulv. Chamæpythios, Chamædr. veræ aa. ʒii. Centaur. min. Rad. Ariſtoloch. rot. Rhapont. veri, Gentianæ, Sem. hyperici, Cranii humani ſpagirice præparati. aa. ʒiß. Radic. Cichor. Santali rubri aa ʒj. *Incorporentur cum ſ. q.* ſucci Chamæpythios, *addendo nonnihil* Terebint. Cypr. *ut pro meliori unione poſſint fieri Pilulæ.*

## Pilulæ Arthriticæ ſive anti-Podagricæ *Herbipolenſes.*

℞. Radic. Ariſtoloch. long. ℥ß. rotundæ ℥ij. Polipodii querc. ℥ß. Cranii humani præp. ʒii, cum Gummi tragacanth. ʒß. Aqua Roſarum ſoluto, & ſyrupo Roſarum ſolutivo *fiant Pilulæ*

*le quæ ſumantur ſingulo mane* ad ℥ß. per annum, intermediato ſingulis menſibus poſt plenilunium, purgante quodam conveniente.

*Hac methodo nonnulli Podagram radicitus tollere fuere auſi, ſed ſucceſſu apud plures funeſto.*

## Pilulæ Arthriticæ *Schæfferi* ex *Schrœdero.*

℞. Reſinæ Jalapp. ʒß. Eſſent. Rhabarb. ℈j. Ariſtoloch. tot. ℈iiij. Gentianæ, Tartari vitriolati aa. ℈j. Diagrydii Roſati ℈iv. Magiſterii martis ℈j. cum Eſſentia foliorum ſenæ *fiat Maſſa ex quarum* ʒj. *formentur* XXX. *pilulæ quæ deaurentur & eorum* No v. ad x. usque *pro Doſi propinentur*, ſic alvum ſæpe optime ſollicitant, viſcidum primarum viarum eliminant.

## Pilulæ Aureæ P. A. R.

℞. Aloes, Diagrydii aa. ℥v. Roſarum rubr. Sem. Apii aa. ℥iiß. Aniſi, Fœniculi aa. ℥iß. Maſtich. pulpæ Colocynthid. Croci aa. ʒj. Mellis Roſati *q. ſ. ut fiat Maſſa.*

„ PH. NORICA loco Mellis Roſati Maſ„ſam mediante Mucilagine tragacanthi compin„git. Præter id, quod circa moleſtiam alvum de„jiciant, etiam Caput præ aliis purgare, atque „Oculorum aciem acuere, veterum fundamen„tis enutriti crediderunt.

## Pilulæ de Caſtoreo P. A. R.

℞. Caſtorei, Doronici, Zedoariæ, Nucis Moſchatæ aa. ℥i. Sem. apii, anethi, matris perlarum aa. ℈iiij. hyoſciami gr. iij cum mucilagine tragacanthi in ▽ arthemiſiæ ſoluti

*fiant*

*fiant Pilulæ*, quæ Menſes obſtructos reſerant, acuteri dolores ſedant, flatusque craſſos diſſipant.

## Pilulæ Catholicæ *mihi uſuales.*

℞. Radic. Jalappæ ℥iij. Elleb. nigri, Rhabarb aa. ʒx. Cort. Rad. Eſulæ, pulpæ Colocynthid. Scammon. opt. Aloes aa. ʒß. Fol. ſen. ſ. ſt. Agarici alb. aa. ʒj. Gummi Guttæ ʒij.

*Omnia ſeorſim craſſiuſcule contuſa extrahantur repetitis vicibus* cum Spiritu Vini, *tandem Tincturæ omnes confuſæ & junctæ, abſtrahendo Spiritum, redigantur in Extracti formam, circa evaporationis finem addendo olei* cortic. arant. gtt. xv.

Dantur Pilulæ inde formatæ à gr. vij. ad gr. xv.

*Rhabarbarum. Colocynthis & Folia ſenæ*, quodlibet ſuo menſtruo Aqueo extrahatur.

## Pilulæ Catholicæ *Poterii*

R. Aloes Socotrinæ ℥ß. Myrrhæ el. ʒij. Maſtich. ʒj. Croci ʒß. Florum antimonii alb. ʒj. cum ſyrupo Roſarum ſolutivo *fiat Maſſa.*

„ *Etſi antimonii Flores per ſe dati vomitum*
„ *excitare ſoleant, tamen hac combinatione per*
„ *inferiora ſaltem operantur, ac juxta Autorem*
„ *maxime conducunt ad Vertiginem Hemicraniam,*
„ *Podagram, Aſthma, Colicam &c. Doſi* ℈ß. ad
„ gr. xxiv. mane.

## Pilulæ ad Chloroſin, ſeu pallidum Virginem colorem *Charaſii.*

℞. Extracti Martis cum muſto parati ʒj. Extr. Aloes cum Succo Cichorii parati ʒvj. Extr.

Rha-

Rhabarb. ℥ß. Extr. Croci ʒij. Ol. ſtill. Cinamomi pr. vj. *fiat ſ. a. Maſſa, ex qua formentur Pilulæ ad uſum.* Doſis eſt. ℈j. mane, ſuperbibendo hauſtum *Vini abſinthites*, & imperata deambulatione deſuper per ſemi horam; idque continuando per plures dies.

## Pilulæ Cochiæ *Rhaſis* juxta P. A. R.

℞. Specierum Hieræ picræ Rhaſis ʒx. Pulpæ Colocynthidos ʒiij. ℈j. Diagrydii ʒiiß. Stœchadis, Turbith. aa. ʒv. Syrupi de Stœchade q. ſ. *ut fiat Maſſa.*

## Pilulæ Cochiæ *Ph. Nor.*

℞. Roſarum rubr. Spicæ Nardi Ind. Maſtich. Ligni Aloes, Cubebarum, Cinamomi, Caſſiæ Lign. Rad. Aſari aa. gr. xxv. Colocynth. ʒiij. ℈j. Diagrydii ʒiiß. Turpethi, Stœchad. Arab. aa. ʒv. Aloes ʒvj. ℈ij. Syr. de Stœchade *q. ſ. ad formandam Maſſam.*

„ Caput præ aliis purgare, & à Nervis craſ„ ſos & pituitoſos humores evacuare, credidere „ veteres Galeni aſſeclæ.

## Pilulæ de Cynogloſſo P. A. R.

℞. Radic. Cynogloſſi ſiccat. Sem. Hioſciami albi, Opii depurati aa. ℥ß. Myrrhæ ʒvj. Thuris ʒv. Caryophyll. Cinamomi, Styracis Calam. aa. ʒij. *cum ſyrupo ex ſucco Violarum, & ſucco Cynogloſſi formetur ſ. a. Maſſa; Cui ſi* Croci Auſtr. & Caſtorei genuini aa. ʒiß. *addideris, omiſſis*

*omiſſis ſaltem* Caryophyllis & Cinamomi, *fiunt inde Pilulæ & Cynogloſſo cum caſtoreo.*

„ *Harum Pilularum effectus potiſſimum opio*
„ *adſcribendus venit, unde omnis generis dolores*
„ *non tantum placant, ſed & humorum diſſoluto-*
„ *rum motus ſive defluxiones in thoracem, ac tuſſim*
„ *inde natam ſedant, atque diarrhœis diuturnis &*
„ *immoderato menſium fluxi, ſiſtendis conducunt.*
„ *Doſ.* gr. v. ad ℈j. *usque.*

## Pilulæ Diureticæ *Charaſti.*

R. Terebinthinæ Chiæ & Vitrioli albi ſubtiliter triti aa. ʒii. *miſceantur probe & fiant Pilulæ* quæ à ʒß. ad datæ *probatiſſimi ſunt effectus adverſus quamvis dyſuriam.* Vitriolum enim alias vim vomitoriam obtinens, admiſta Terebinthina diureticam induit.

## Pilulæ Fœtidæ Majores P. A. R.

R. Sagapeni, Ammoniaci, Opoponacis, Bdellii, Colocynthidos, Semin. Rutæ hortenſ. ſicci, Aloes, Epithymi aa. ʒv. Hermodactyl. Eſulæ præp. aa. ʒii. Scammonii præp. ʒiij. Cinamomi, Spicæ Ind. Croci, Caſtorei aa. ʒj. Turbith. ʒß. Zingib. ʒiß. Euphorbii ℈ii. Succi porri depurati *q. ſ. ut fiat Maſſa. Solvantur vero Gummita in ſucco porri calefacto, atque eis deinde Euphorbium per ſe tritum una cum cæteris addatur, ut ſ. a. in Maſſam abeant.*

„ Pilulas has robuſtis ſaltem præſcribendas
„ eſſe volunt Authores cum valentes ſint; &
„ cum pituitam craſſam ſive lympham caſtratam

viſci-

„ viſcidam evacuent, hinc doloribus arthriticis
„ imo colicis mederi, volunt.

## Pilulæ ad Gonorrhæam
## *Coll Leid.*

R. Sem. Alkekengi ℥ii. 4. frigid. maj. papav. albi, Sem. lactucæ, plantag aa. ℥i Rhabarb ℥iß. Maſtichis ʒiii Gummi Arabici, Boli Armen. ſuccini, Tragacanthi, Amyli aa. ʒii. ſem. Agni Caſti, Roſarum rubr. aa. ℨi. Terebinth. Venet. q. ſ. *ut fiant Pilulæ.*

## Pilulæ de Hiera cum Agarico
## P. A R.

R. Specierum Hieræ pictæ Galeni, Agarici troch. aa. ℥ß. Aloes ℥j. Mellis Roſati q. ſ. *ut fiat Maſſa.*

Ventriculo & Thorace à craſſitie humorum male diſpoſitis, convenire dicuntur.

## Pilulæ Hydropicæ *Bontii*, quas uſualibus ſuis adnumerat.
## Ph Nor.

R. Aloes opt. ʒiiß. Gummi guttæ, cum Malvatico ſoluti & lævigati, Ammoniaci aa. ℨß. Diagrydii rite præp. ʒj. Tartari vitrioli ℨß. cum ſyrupo Roſarum ſolutivo *fiat Maſſa.*

## Pilulæ Hydropicæ *mihi uſuales.*

R. *Succi abſinthii*, *Ireos noſtrat.* aa. inſpiſſat. ℥ß. *Elaterii inſpiſſati* ʒij. *Diagrydii cum Decocto liquiritiæ* præp. *Reſinæ jalapp.* cum amygd. ſubactæ aa ʒſſ. *Ol. ſtill. Cinamomi* ℈ſſ. Miſce fiat Maſſa ex qua formentur Pilulæ grani pon-

pondere, quarum propinentur pro Doſi No. x. ad xx.

## Pilulæ Hypochondr. *Ph. Nor.*

℞. Gummi Ammoniaci in aceto Scillit. ſoluti ℥ij. Aloes Socotrinæ ℥iiß. Myrrhæ, Maſtichis, Aſæ dulcis aa. ℥j. Croci. Salis abſinthii aa. ʒß. Salis Hyperici ʒj. cum ſyrupo de Abſinthio *fiat Maſſa.*

## Pilulæ Hypochondriacæ ſive Magiſtrales, vel ad pituitam vitream *Sylvii.*

℞. Gummi Galbani aceto ſcillitico ſoluti ℈ij. Vitrioli Martis leni calore ad albedinem calcinati, Maſtichis el. aa. ℈j. Caſtorei opt. Myrrhæ el. aa. gr. xv. Croci Or. ʒß. Trochiſc. Alhandali ʒj. Reſinæ Jalappæ, Scammonii aa. ℈j. Ol. cort. Citri gtt. vj *miſce & fiat Maſſa; ex qua formentur Pilulæ grani unius pondere,* quarum quinque vel ſeptem &c. aſſumat infirmus cubitum iturus, ſic non tantum fermenteſcens in primis viis acidum enervatur, ſed & humores & ruditates acidæ ſenſim eliminantur.

## Pilulæ Hipochondr. *Deckeri.*

R. Gummi Ammon. Aqua Roſarum ſoluti ʒj. Reſin Jalappæ, Scammonii aa. ℈j. Caſtor. Croci Or. aa. ℈ß. Salis Succini volat. gr. ix. Olei Succini gtt. vi. *Miſce fiant Pilulæ* No. xxxiv. Doſis & uſus idem eſt cum præcedentibus.

## Pilulæ Immanuelis *Ph. A. R.*

℞. Aloes Socotrin. ℥j. Myrrhæ el. ℈j. Croci Or. ℈ß. cum Mithridatio *fiat Maſſa.*

„ Eadem ingredientia conſtituunt Pilulas „ peſtilentiales AVICENNÆ Doſi ſaltem varia„ ta. Apud CHARASIUM vero hæ Pilulæ et„ iam nomen *Pilularum Ruffi* gerunt.

## Pilulæ de Ladano *Hardmanni.*

℞. Extracti Gummi Ladani cum Spir. Vini facti ℈i Camphoræ gr. vi. cum aa. Olei Spicæ ſolutæ, Moſchi gr. iij. cum Mucilagine Tragacanthi, ex aqua Majoranæ facta. *Fiant Pilulæ pro ii. Doſibus.*

„ Conducunt egregie in dolore capitis, no„ ctu longe poſt cœnam aſſumtæ; Cl. WEDE„ LIUS *de Medicam. comp. extemp.* eas admo„ dum mendat in Vertigine.

## Pilulæ de Ladano *Horſtii* in Colica.

℞. *Ladani puri* ℥ß. *Maſtichis* ʒj. in mortario calido ſolutis adde *Trochiſc. Alband. præp.* ʒiij. *Elect. è ſucco Roſarum ſolutivi* q. ſ. ut fiat Maſſa, quæ in Pilulis datur à ℈i. ad ʒj. In declinatione mali, ſi Paralyſis accedere videtur.

## Pilulæ Lucis majores ſive Opticæ Ph. A. R.

℞. Roſarum, Violarum, Abſinth. Colocynth. Turbith. Cubeb. Calami arom. Nuc. Moſch. Spicæ Ind. Epithymi, Carpo-Balſami, Xylo-

Balſami Sem. Seſeleos Maſſilienſ. Rutæ, Aniſi, Fœnic. Apii, Schœnanthi, Maſtichis, Rad. Aſari, Caryopyll. Cinamomi, Caſſiæ Lign. veræ, Croci, Macis, aa. ℈j. Myrobal. omnium, ℞habarb. aa. ℈ii Agarici, Senæ, aa. ℈iiß. Euphraſiæ ʒj. Aloes Socotrinæ ad pondus omnium id eſt ℥j. ʒvii. Excipe ſucco fœniculi *& formetur Maſſa.* Loco Carpo-Balſami, Cardamomum minus accipi debet.

„ *Pilulis hiſce ſpecifica quædam vis adſcribi-*
„ *tur, nervos opticos ab inſtructione liberandi &*
„ *viſum confortandi, aſt meo judicio cum aliis ele-*
„ *ctive purgantibus pari paſſu ambulant.*

## Pilulæ Marocoſtinæ *Mindereri.*

„ Non merentur hiſce inſeri, cum ſit com-
„ poſitio inutilis & abſurda, adeo, ut eos magis
„ judicem abſurdos, vel compoſiti ignaros, qui
„ eas ſuis ægrotis præſcribunt, cum tot aliæ den-
„ tur ſelectis ex ingredientibus conſtantes, &
„ polychreſtæ, ut his omnino quivis rationalis,
„ carere queat.

## Pilulæ Martialis ſive Chalibeatæ *Ph. Hag.*

℞. Aloes opt. ℥i. Chalybis præp. ʒvi. Gummi Ammon. in Aceto ſcillitico ſoluti, Scammonii puriſſ. aa. ʒß. Croci Anglici, Tartari Vitriolati aa. ʒiß. Oxymellis ſquillit q. ſ. *Ut fiat Maſſa.*

## Pilulæ Martiales ad Imitationem *Williſii.*

℞. Limaturæ Mart. puriſſ. Tartari crudi ſubtil. pulv.

pulv. *aa.* ℥iv. *Coquantur* in Aquæ fontanæ ℔ iv. *ad dimidias, tum in liquore colato, infunde* Herb. Abſinthii, Cardui Benedicti, Fl. cent. min Chamædr. *aa.* M. j Rhabarbari el. ʒj. Curcumæ, Cinamomi opt. *aa* ʒiij Caſami arom. ʒvi. Croci ʒi. *Coquantur leniter ſex, ſeptem horis, tum fiat colatura, quæ evaporetur ulterius ad conſiſtentiam Maſſæ Pilularum ex qua formentur Pilulæ, quæ in obſtructis Hypochondriis, Ictero, Menſibus ſuppreſſis &c. Non ſunt contemnendi effectus.* Doſi ℈j. ad ʒß.

## Pilulæ Maſtichinis *Ph. A. Ren. & Nor.*

R. Maſtichis ℥ß. Agarici opt. ʒiii. Aloes electæ ʒx. cum ſ. q. Mellis Roſati *fiat ſ. a. Maſſa.*

*Ventriculum ab omni morbo frigido & humido præſervare, & dolorem ejus, inde exortum tollere, quin imo cerebrum & reliqua viſcera, præcipue uterum ab humoribus putridis liberare dicuntur.*

## Pilulæ Mercuriales *Charaſii.*

R. Rhabarbari electi, Trochiſc. Alhandali Diagrydii, Mercurii dulcis *aa.* ʒj. Terebinthinæ Venet. oleo proprio dilutæ q. ſ. *Ut fiat ex arte Maſſa.*

„ *Propinantur Pilulæ hæ à* ℈j. *ad* ij. *vel* ʒj.
„ *mane, ad morbum venereum debellandum, ſic*
„ *per alvum non tantum, ſed & Ptyaliſmum non-*
„ *nunquam humores malignos excludunt, ac Go-*
„ *norrhæam curant.*

## Pilulæ Odontalgicæ *mihi uſuales.*

R. Opii Thebaici per exhalationem lenem Sulfuris Narcotici parati ℥ij. Radic. Pyrethri pulv. Mandragoræ pulv. aa. ʒiß. Sem. Hyoſciami ʒi. Caryoph. ʒß. Gummi animæ ℥ij. Camph. ʒi. Opio cum Aceti deſtillati ʒvi. *ſoluto & per ſetaceum coacto, admiſceantur reliqua, ut fiat Maſſa, ex qua formentur Pilulæ oblongæ, cavernis dentium imponendæ.*

## Pilulæ peſtilentiales *Ruffi*, juxta P. A. R.

℞. Aloes, Ammoniaci aa. ℥i. Myrrhæ ℥ß. cum ſucco Limonum fiat Maſſa.

„ Humorum corruptionem prohibere, atque in Peſte conducere crediderunt veteres, ſed abuſive Peſtilentiales dici, Cl. ETTM. vult, cum illarum in Peſte nullus ſit uſus; In lochiis vero non adeo fluentibus, ubi ſtimulo opus, vel & Puerperis ubi alvus juſto ſtrictior, haud absque effectu eas propinari, idem Cl. ETTM. teſtis eſt. Doſi gr. xii. ad gr. xv.

## Pilulæ ſine quibus eſſe nolo *Nicolai* Ph. A. V.

R. Aloes lotæ ℥iß. ʒii. quinque generum Myrobalan. Rhabarb. Maſtichis, Abſinthii, Roſarum. Violarum, Senæ, Agarici, Cuſcutæ aa. ʒi. Diagrydii ʒviiß. Succi Fœniculi q. ſ. *Ut fiat Maſſa.*

## Pilulæ Spadanæ *Coll. Leid.*

R. Mart. cum Sulfure præp. ʒii. Gummi ammoniaci

niaci, Diagrydii Sulfurati aa. ʒi. cum Syrupo Roſarum ſolutivo *fiant Pilulæ.*

## Pilulæ de Styrace Ph. Nor.

℞. Olibani, Maſtichis aa. ʒiß. Myrrhæ & Gummi Hæderæ, Caryophyllorum aa. ℈ß. Aloes Hepaticæ, Nuc. Moſchatæ, Cubebarum, Coriandri præparati, ſucci Liquirit. Styracis Calamitæ aa. ℈ii. cum Syrupo Roſarum ſimplici *fiat Maſſa.*

## Pilulæ de Styrace *Sylvii.*

R. *Styracis Calamitæ, Succi Liquiritiæ depurati,* & inſpiſſati, *Olibani, Myrrhæ, Opii aa.* ʒß. *Croci Or.* ℈j. *cum Syrupo Papav. alb.* fiat Maſſa.

## Pilulæ de Styrace P. A. R.

℞. Styracis Calamitæ ʒij. Ladani, Olibani, Myrrhæ aa. ʒj. Succi Liquiritiæ ʒiß. Ambræ gryſ. ℈j. Extracti Opii cum Acet. deſt. parati ʒi. Croci cum Spiritu Vini facti ℈ii. cum Syrupi de Corticibus Citri incompleti ʒii. *Miſceantur & fiat Maſſa.*

„ *Pertinaciſſimam Tuſſim hæ Pilulæ ſiſtunt,*
„ *præcipue convulſivam, unde & prægnantibus, cum*
„ *metu abortus, tuſſientibus, non absque felici effectu*
„ *datas fuiſſe, etiam ſuo tempore SCHROEDERUS*
„ *notavit.*

## Pilulæ de Styrace juxta *Diſp. Brandenb.*

℞. *Styracis Calamitæ* ʒij. *ſucci glyzyrrhizæ depurati* ʒß. *Ladani, Myrrhæ, Olibani Opii* Aqua deſt. depurati & inſpiſſati, *Extracti Croci aa* ʒj. cum *Syrupi papav. albi* q. ſ. fiat ſ. a. Maſſa.

## Pilulæ de Succino Cratonis juxta *P. A R. & Nor.*

℞. Succini præpti. Maſtichis aa. ʒii. Aloes ſocotr. ʒv Agarici Trochiſc. ʒiſſ. Ariſtoloch. rot. ʒſſ. Cum Syrupo de Betonica *formentur.*

„ *Pilulæ hæ ſatis ſunt famoſæ ad materiam „ Catarrhi lente eliminandam, unde & ſi magis e- „ videns deſideratur effectus, magis ſtimulantibus „ vel purgantibus exacui ſolent; ego ſane nunquam „ quid ſingularis in illis deprehendi ab aliis pur- „ gantibus.*

## Pilulæ de Succis *Ph. Nor.*

R. Foliorum Senæ ſine ſtip. ℥iiſſ. Turpethi gummoſi, Agarici troch aa ʒſſ. Rad. Helleb. nigri præpt Hermodactilorum aa. ʒii. Spicæ Indicæ ℈ſſ. Zingib. albi ℈i. Cubebarum Aniſi, Fœniculi aa. ʒſſ. Succi Chamæpityos, Primulæ veris, Betonicæ, Spirit. Vini rectif. *aa.* ℥viii. *Stent in digeſtione per noctem, poſtea coquantur, exprimantur & clarificentur. Deinde* R. Succi Roſarum inſpiſſati ℥ii. Chamæpityos, Agrimoniæ, Taraxi, Betonicæ, *aa.* ℥iii. Borraginis, Fumariæ *aa.* ℥ii. Aloes ſocotrinæ ℥viii. *diſſolvantur ſimul & colata inſpiſſentur ad conſiſtentiam, cui addantur* Rhabarbari electi ℥iv. *& fiat Maſſa.*

## Pilulæ de Tartaro *Schrœderi.*

### juxta P, A. R.

R. Aloes Socotrinæ cum ſucco fragorum inſuccatæ ℥i. Gummi Ammoniaci in granis ʒiij. Salis Mart. ſubdulcis cum aceto deſt. parati,

Tincturæ Croci Or. aa. ℥j. Terræ Tartari foliatæ ℥ii. Extracti gentianæ ʒiſſ. cum Tinctura Tartari *fiat Maſſa.*

Saburram tartaream educere, ac lienem & uterum ab obſtruct. liberare prædicantur.

## Pilulæ Tartareæ *Bontii*

℞. Aloes Socotrinæ el. ℥iij. Gummi Ammoniaci in aceto ſcillitico depurati ℥iſſ. Tartari vitriolati ℥ſſ. *fiat Maſſa.*

„ Pilulæ hæ quondam apud Hollandos, ma-
„ ximæ fuiſſe famæ dicuntur, ut eas divulgare
„ propiaculo etiam habuerint.

## Pilulæ de Terebint. *mihi uſuales.*

℞. Terebinthinæ Cypriæ ſucco limonum lotæ, ℥j. Extracti liquiritiæ, Succini præparati, Rhab. el. pulv. aa. ʒii. Oſſis ſæpiæ, Sacchari Saturni, Balſ. copaiv. aa. ℥j. *miſce fiat Maſſa ex qua formentur Pilulæ ad gonorrhœam haud inidoneæ,*

## Pilulæ Trium diabolorum *Coll. Leid.*

℞. Trochiſc. Alhandali, Diagrydii aa gr. iiij. ☿. dulcis gr. viij. cum Syrupo ſtœchados *fiant Pilulæ pro Doſi* q. l.

Prædicantur ſpecificæ ad Gonorrhæam.

## Pilulæ adverſus Vermes *mihi uſuales.*

℞. Succi Abſinthii inſpiſſati, Aloes Violatæ, Myrrhæ el aa. ℥j. ☿. dulcis ʒii. Reſ. Jalapp. ℈ii. Ol. Abſinth. deſt. Tanaceti deſt. aa. gtt. v.

Cum Elixirio Propr. *Fiat Maſſa, ex qua formentur Pilulæ, quarum Doſis pro ratione ætatis eſt* ℈ß. ad ℈j. vel ʒß.

## Pilulæ Viſcerales *D. Mülleri Arch. Han.*

℞. *Aloes Socotrin.* vel *Hepaticæ* q.l. ſolvatur in ſ.q. *Succi ex rec. Radic. Aronis expreſſi*, & per reſidentiam depurati, & quod ſolutum eſt inſpiſſetur rurſus & fiant inde Pilulæ minores, quæ Francofurtenſibus palmam diſputant.

## Pilulæ Uterinæ ſive Hyſtericæ *Charaſii.*

℞. Fœcularum Bryoniæ, Myrrhæ el. Vitrioli Martis, Salis Arthemiſiæ aa. ʒii. Rutæ, Caſtorei electi, Camphoræ aa. ℈ij. Extracti mollioris Aloes cum Succo Arthemiſiæ parati ʒv. *Fiat ſ. a. Maſſa.*

*Doſis eſt à* ℈j. *ad* ʒß. *per plures dies, ſic non ſolum menſes emanentes rurſus permovent, ſed & ſymptomata hyſterica præcavent vel ſedant, mane aſſumta, & per horam lenta deambulatione ad agendum concitatæ.*

## Pilulæ Uterinæ ad Menſes ſuppreſſos *mihi uſuales.*

℞. M. Pil. Aloephangin. Extracti Sabinæ aa. ʒj. Caſtorei, Croci, Boracis Venetæ aa. ʒj. Olei Cinamomi ℈j. *Miſce & fiat Maſſa ex qua formentur Pilulæ*, de quibus mane & ſero propinetur pro Doſi ℈i. plus minus, pro conſtitutione & ætate patientis.

Pomum

## Pomum Ambræ *P. A. R.*

℞. Styracis calamitæ, Styracis liquidæ, Benzoi, Galliæ Moſchatæ veræ, Aliptæ Moſchatæ, Ladani aa. ℥iß. Cinamomi el. Caryophyll. Santali Citrini aa. ʒii. Roſarum I. Nuc. Moſchat. Macis, Ligni Aloes, Cyperi rot. Majoranæ, Gummi Elemi, Roriſmarini, Ireos Illiricæ aa. ℈ij. gr. v. Mucilag. Trag. factæ cum ▽ Roſarum q. ſ. *fiat Maſſa.*

Pro divitibus poteſt addi *Moſchus & Ambra* cum pauxillo *Olei Caryophyll.* & pro meliori unione parum *Terebinthinæ Cypriæ.*

Odoris ſuavitate & fragrantia, Spiritus tum vitales tum animales recreat, vertiginoſos juvat, &c.

## Pomum Hyſtericum *Cnœffelii.*

℞. Caſtorei opt. rec. ℥iß. Gummi Galbani ʒiij. Aſæ fœtidæ ℈ij. Ceræ. q. ſ. *fiat Pomum, quod,* Oleo Rutæ vel Succini *inungatur*, folio Auri obducatur *& capſulæ includatur.*

Hyſtericas nonnullas recreat, quas gratus odor lædit.

## Potus Hippocratius *Ph. Nor.*

℞. Cinamomi el ʒii. Zingib. Galangæ, aa. ℈ij. Nuc. Moſchatæ, ℈i. Sacchari albi ℥xvi. Vini albi generoſi ℔v. *probe cocta macerando horis octo vel decem, poſtea ſæpius percolando redigantur in Potum Hippocraticum, transcolatum Vinum aromatibus in manica Hippocraticis contentis, ſemper reaffundendo.*

Pul-

# Pulpa ſeu Flos Caſſiæ.

℞. *Cannas*, ſeu *ſiliquas Caſſiæ ponderoſas*, & *quæ concuſſæ, non reſonant*, aperi, contentam in eis pulpam ſeu medullam cum laminis & ſeminibus, diligenter excava: Exempta projice ſuper inverſum & anguſtum cribrum, ex ſetis equinis contextum, & paulatim aqua calida irrora, averſoque cochlearis convexo, medullam caſſiæ hinc inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur. Sed cum diutius repoſita pulpa mox aceſcat, hinc præſtat recentem demum pulpam educere; ubi neceſſitas poſtulat.

*Acrimoniam ſanguinis temperat, & ſitim coercet, ac renum calori confert, & calculi generationem prohibet; febrique acuta laborantibus conducit: Alvum blande lenit & bilem flavam educit, atque ex hac cauſa natas febres mitigat.*

Eundem in modum *Pulpa Tamarindorum* extrahi ſolet. Quæ *refrigerando bilem ſolvit*, & valde aduſtos humores lenit, unde *Lienoſis*, *Scabioſis*, *Leproſis*, *ac lichenibus incommodatis*, commode exhibetur.

# Pulvis contra Abortum *P. A. R.* & *Ph. Nor.*

℞. Granorum Chermes ℥i. Santali rubri ʒß. Caryoph. ℈i. Nuc. Moſchatæ, ℈ii. Rad. Torment. ʒß. Margarit. præp. Corallii utriusque præp. aa. ℈i. Fol. Auri No. iii Sacchari perlati, vel Sacchari albi ℥iii. *Miſce fiat Pulvis.*

à ℈ß.

à ℈ß.ad ℈i. ex ovo ſorbili vel Vino generoſo, vel & Trageis, prægnantibus idonæis admiſcetur.

## Pulvis abſorbens *Wedelii.*

℞. Antimonii Diaphoret. Corall. rubr. Ocul. Cancri, Concharum præp. Cinnab. nativæ aa. ℈ß. Vitrioli Mart. gr. vi. Extr. Opii gr. i. *Miſce fiat Pulvis qui dividatur in 6. p. æq.*

*Effectum hujus Pulveris admodum prædicat* Cl. WEDELIUS, *in affectibus Hypochondriacis, & inde natis ſymptomatibus, Lypotimiis, Palpitatione Cord. &c. Sæpe enim inde ſequitur vomitus optimo cum levamine. Singula Doſis contineat gr. j. Vitrioli Martis.*

## Pulvis Abſorbens *Bontekæ.*

℞. ♀. Diaphoret. non edulcorati ℥iß. Ocul. ♋. ℥i. corall. r. ℥ß. Nitri Fixi ʒii. Miſce detur aliquoties in ſeptimana ʒß. &c. pro præſervatione à Febribus, & acore vario noxio.

## Pulvis Alexipharmacus *P. A. R.*

℞. Terræ ſigillatæ Sileſ. CC. Phil. præparati, Rad Angelicæ aa. ℥i Zedoariæ ʒi. Cort. Citri ex tim. Myrrhæ el. aa. ʒii. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Alexipharmacus *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Nitri Cryſtalliſati puriſſ. Florum Sulf. Myrrhæ el. rubr. aa.* ℥ii. ex ſingulis ſeorſim contuſis miſcendo, fiat Pulvis ſubtiliſſimus.

## Pulvis Alexipharmacus *Sorbait.*

℞. Florum Sulfuris, Myrrhæ rubr. Nitri aa. ℥i. Camphoræ ʒii. *Miſce fiat Pulvis.*

*Hoc Pulvere à* ℈i. *ad* ℈ii. *dato ſe aliquot centum peſte correptos curaſſe teſtatur Sorbait ſudore poſt ſumtum Pulverem imperato.*

## Pulvis Analepticus *Mindereri* Frigidus *Ph. A. Ren.*

R. Spec. Cord. temper. incomplet. ʒii. de Gemmis frigid. ʒ. Ambræ gryſ. ℈j. Spir. Roſarum gtt. 60. Fol. Auri No xii. Argenti No. iii. Manus Xti ſimpl. ℥iij. M. *Fiat Pulvis, qui ad conſervationem & reſtaurationem Spirituum, haud inconveniens prædicatur.*

## Pulvis Anglicus alias Cantianus

„ quem à Principiſſa *de Birckenfeld* pro vero communicatum accepi, & concordat fere cum illo, „ quem tradit *Pharm. Bateana.* excepto quod „ hæc, ut *Pulvis Cantianus Ruber* emergat, *Coccinell. de Mexico* ℥ß. addere præcipiat. Sic & ex „ iisdem ingredientibus eundem ſuis adnumerat „ *Diſpenſatorium Brandenburgicum v. g.*

℞. *Apicum nigr. Chelarum Cancrorum Junio capt. & in pollinem redact, Rodic. contrajervæ, aa.* ℥ii. *Margarit Corallorum rubr. & alb. Ocul. Cancri* cum ſucco limonum ſupra marmor ſimul lævigatorum, & ſiccat. *CC. opt. calcinat.* & cum Succo Citri lævigati & ſiccati aa. ℥i. *Bezoar. Orient. Terræ Lemniæ, aa.* ℥ß. *Ceruſſæ* ♁ ℥ij. *Ambræ gryſ.* ʒiß. Miſceantur omnia exacte, & cum *gelatina è ſpoliis viperarum* &

CC.

C. C. cum aqua Cardui facta, & Croco leniter tincta q. ſ. fiant globuli caute ſiccandi.

## Pulvis Anglicus juxta *Charaſium.*

℞. Extremitatum nigrarum pedum Cancrorum majorum Marinorum ℥iv. Ocul. Cancri fluviatil. Margarit. Or. Corall. r. præp. aa. ℥j. Succini albi, Radicis contrajervæ virginianæ aa. ʒvi. Lapidis Bezoar. Or. ʒij. Oſſis de corde cervi ℈iv. Croci ℈ij. Omnia *ſubtiliter pulveriſata irrorentur Spiritus mellis* ℥ß. *Deinde excipiantur* Gelatina viperina, *& fiant Trochiſci in umbra ſiccandi, ac uſus tempore pulveriſandi.*

## Pulvis Anodynus *Ludovici.*

℞. Laudani Opiati Ludovici ʒj. Corallor. rubr. præp. ʒii. Miſce fiat Pulvis.

„ *Hunc in compendio tutius id præſtare* Cl. „ LUDOVICI *aſſerit, quod pretioſæ confectiones* „ *Narcoticæ, vel antiquorum Philonia, Requies,* „ *aut ipſa Athanaſia magna promittunt, & non* „ *præſtant.*

## Pulvis Anonymus P. A. R.

R. Sem. Papav. albi ʒij. Portulacæ Cydoniorum, Malvæ, Bombacis aa. ʒiß. quatuor. frig. major. excorticat aa. ʒj. Gummi Arabici, Tragacanthi, Amyli, aa. ʒij. Hypociſtid. Boli Armenæ Or. præp. CC. uſti, Raſuræ eboris, Cicerum rubr. aa. ʒß. Cinamomi ʒii. Sacchari pendii ʒiß. Sacchari canari ℥vi. *Miſce fiat Pulvis.*

Tabidis & Phthiſicis ſolet præſcribi hic Pulvis ad tenues & ſalſos catarrhos incraſſan-

dos & ſiſtendos, ne acrimonia ſua corroſionem inducant &c.

## Pulvis Apoplecticus Ph. Nor.

℞. Specierum de Roſis, Succini albi præp. aa. ℥ß. Corallorum rubr. alb. Fragment. hyacinthi, granati, rubini aa. præp. ʒi. M. *fiat Pulvis.*

## Pulvis Auratus *Zwelff.*

℞. Raſuræ eboris ℥ß. Pulv. Marchionis ʒiii. Scobis Auri in ſubtiliſſ. pulv. redacti ʒiiß. Bezoar. Or. veri ʒii. Unicornu Marini ʒi. *Miſce. Datus à* ℈i. *ad* ʒß. *irradiare Spiritus & à contagio maligno tueri dicitur.*

## Pulvis Bezoard. albus *Ludov.*

℞. CC. Phil. calcinati ℥j. Terræ ſigillatæ, Unicornu foſſilis aa. ʒß. Miſce.

„ *Simplex hic Pulvis vel per ſe, vel* Cinna-
„ bari, Opio Sale, CC volatili &c. exaltatus,
„ *longe concinnius ea præſtat, quæ alii tot pulveri-*
„ *bus Alexipharmacis, peſtilentialibus, vel ex*
„ *ſpeciebus de Hyacintho, liberantis, pulveri pan-*
„ *nonico, totque aliis diverſorum Autorum Be-*
„ *zoardicis adſcripſerunt. Videatur* LUDOVI-
„ CI Pharmacia moderno ſeculo applicando
„ p. m. 224. &c.

## Pulvis Bezoardicus Haſſiacus *D. Dolæi.*

℞. *Chelar. anteriorum Cancr. Marin. Ocul. Cancr. aa.* ʒß. *Pulv. Viperarum, Radic. Ninſi aa.* ʒj. *Margarit. Or. Lap. Bezoar. Or. & Occ. Gloſſopetra, aa.* ʒiii. *Salis Volat. CC.* ʒß. *Ambræ* gryſ. ℈ß.

ʒß. Cum gelatina C. Cervi fiant globuli pondere ʒi Qui in umbra ſiccati inaurentur.

Datur infanti Pulvis à gr. v. ad ℈j adultis à ʒß. ad ʒi. In omnibus morbis malignis.

## Pulvis Bezoardicus *Sennerti.*

R CC. phil. calcinati ʒiß. Ocul Cancri præp. Terræ Sigill. Sileſiacæ, Succini, Marg præp. Cor. rubr. præp. aa ℈i Oſſis de Corde Cervi, Smaragdi præp. Hyacinthi præp. Rubini præp. aa. ℈ß. Lapid. Bezoar. Or. ℈i. Fol. Auri N. iii. *Miſce fiat Pulvis.* Doſis ℈j. ad ʒß.

## Pulvis Bezoardicus major *Wedelii.*

℞. Radicum Contrajerv. Terræ Lemn. Unicornu foſſil. Corall. rubr. præp. ♁. Diaphoret. Succini albi præp. aa. ℥i. CC. Phil. præp. ℥ii. Lapid. Bezoar. occid. ʒß. Ol. Citri ℈ß. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Bezoard. minor *ejusdem.*

R. ♁ Diaphoret. Ocul. Cancr. præp. CC. phil. aa. ℥j. Extracti Scorzoneræ mont ℥ß. *Miſce fiat Pulvis.* Pulveres hi in Febribus malignis, variolis, Dyſenteria &c. non ſunt contemnendi uſus & effectus. Doſi ℈ß. ad ℈ß. cum Cinnab. nativ. Sale Vol. CC. Anodynis &c.

## Pulvis Cachecticus *Quercetani* juxta P. A. R.

R. Chalybis cum Sulfure calcinati ℥j. Fœcul. Rad. Aron. ʒiß. Corall. Margarit. aa. præp. ʒii. CC. phil. præp. Succini præp. Cinamomi aa.

mi aa. ℈iv. Sacchari ad pondus omnium *fiat Pulvis*. Si Ambræ ʒiß. additur, tunc completus eſt hic Pulvis.

## Pulvis Cachecticus *Ph. Nor.*

℞. Caſſiæ Ligneæ, ʒiij Croci ex Vitriolo Mart. ʒij. Sacchari albi ℥j. *Miſce.*

## Pulvis Cachecticus alius ſimplex ex *Hartmanno*.

℞. Limaturæ ♂ q. l. *humectetur ſæpius* aqua pluviali *inſtar pulmenti, & ſiccetur ac reiteretur labor, donec in Crocum vertitur limatura: Hoc facto,* ℞. Croci hujus ʒj. Caſſiæ Ligneæ ʒiij. Sacchari albi ℥ß. *Miſce.* Doſis eſt à ℈j. ad ʒß. aliquoties in die.

„ *Pulveres hi egregie conducunt ad acidum*
„ *auſterum invertendum, unde viſcidum attenuatur, & obſtructiones ſive primarum viarum ſive*
„ *viſcerum, aut aliarum partium reſerantur.*

## Pulvis contra Calculum *mihi uſualis.*

℞. Lapid. Nephritici præparati, Ocul. Cancr. præp. aa ʒiii. Clauſularum Limacum ʒij. Millepedum præp. ʒß. Salis Succini volat. ʒi. Nuc. Moſchat. ʒß. M. j. *Fiat Pulvis.* Datur à ℈i. ad ʒß.

## Pulvis Carminativ. *mihi uſualis.*

℞. Cryſtallorum præparat. Cortic. Aurant. præp. aa. ℥ß. Macis, Sem. Aniſi aa. ʒiß. Caſtorei ʒi. Theriacæ Cœleſt. ℈ß. M. *fiat Pulvis qui detur* à ℈j. ad ʒi. vel ℈ij.

## Pulvis contra Caſum *P. A. R.*

℞. Terræ Sigillat. Sanguin. Drac. Mumiæ aa. ℥ij. Sperm. Ceti ʒj. Rhabar. el. ℈ ß. *M. fiat Pulvis qui detur* à ℈ ß. ad ℈i.

## Pulvis contra Caſum *Ph. Nor.*

℞. Ocul. Cancri præp. Mumiæ, Sang. Dracon. aa ʒii. Sang. Hirci ſiccati. ʒß. Terræ Sigillatæ, Boli arm. aa. ʒj. Rhabarb. ℈ß. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis contra Caſum *Zvvelff.*

℞. Sang. Draconis opt. ℥ß. Sanguin. Hirci noſtro modo præp. Ocul. Cancri præp. Terræ Sigillatæ ſive Boli armenæ aa. ʒvi. Myrrhæ rubræ ℥ß. Nuc. Moſchat. ℥ii. *Miſce fiat Pulvis.*

„ *Conducere ſolent hi Pulveres ab alto præcipitatis, quibus ſanguis hinc inde ex contuſione ſtagnat, & congulatus dolores cauſatur;* Datur *vel in Vino vel juſculo aut Aqua Cherefolii, vel cardi Mariæ Doſi* ʒß. ad ʒj.

## Pulvis Cephalicus ſive Specificum Cephalicum *D. Michels*, absque Magiſteriis, quem P. A. R. ſuis uſualibus jam dum adnumerat.

℞. Cinnabaris nativæ elect. & præptæ. ℥iij. Radic. Pœoniæ ℥iß. Smaragdi præpti ʒii. Ungulæ Alcis præpt. ℈j. Cranii humani præpti, Corall. rubr. præparat. Cornu Cervi Spagyr.

præparati aa. ℈ii. Unicornu Marini, Margar. præpar. Succini præparati aa. ℈i. *Miſce ſia Pulvis.*

Vires vide ſub ſpecifico Cephalico D. Michels.

## Pulvis è Chelis Cancrorum Ph. Londin.

℞. Margarit. præp. Ocul. Cancri, Corall. rubr. Succini albi, C. Cervi, Lapid. Bezoar. Or. aa ʒß. Pulveris ex apicibus nigris chelarum Cancrorum ad pondus omnium, *& fiat ſ. a. Pulvis.*

## Pulvis Comitiſſæ de Cent. ſive Pulvis Cantianus vide *Pulvis Anglicus.*



## Pulvis Cyprius pretioſus *Zwelff.*

R. Muſci quercini ab impuritatibus lignoſis mundati ℔ii. *immittantur ſacculo, & baculo concutiantur ut ab omni pulvere & ſordibus liberentur. Poſtea muſcus ita depuratus immittatur olla,* & Aqua lavetur, diebus aliquot donec Aqua ut affuſa eſt, pura effunditur. *Hoc facto ſiccetur muſcus ad ſolem, ſupra linteum collocatus,* ut eo magis ſuo odore & colore, vi radiorum ſolarium privetur, *de hinc ita ſiccatus muſcus cum Floribus Roſarum, & Jaſmini, vel Floribus Aurantiorum & Citri, recentibus & integris ſexies vel octies ſtratificetur* in cibro, pondere aliquo comprimendo, & ſingulis diebus novis floribus ſtratificando; donec fragranti odore imbutus ſit muſcus. *Hoc peracto muſcus*

*ſicca-*

*ſiccatus in ſubtiliſſimum redigatur pulverem, & ad unam quamque ejus libram addatur* Pulv. Rad. Iridis Flor. Cyperi rotund. aa. ℥iſſ. Ambræ ʒſſ. in Oleo ſtill Roſar. veri, vel Aurant. c. ℈j. vel ʒſſ. ſolutæ, ut & Moſchi ℈j. vel ʒſſ. in ſ. q. Spir. Roſarum frag. ſoluti, *ac fiat Pulvis fragrantiſſimus* qui Capillis inſperſus, odore ſuo grato ſpiritus reficit, ac omnes ſordes exſiccat. Et cum nulla viſcoſitate polleat, nec Capillis aut cuti firmiter adhæreat, facile rurſus à Capite & capillis avelli poteſt.

## Pulvis Cyprius Veſtimentalis *meus*.

℞. Radic. Irid. Flor. ℥ii. Ligni Aloes, Rhodii aa. ℥ſſ. Cortic. Citri, Cyperi rot. aa. ʒii. Majoranæ ʒi. Styracis calamitæ, ℥i. Benzoi ℥iii. Caſſiæ ligneæ, Caryoph. aa. ℥iſſ. Fl. Lavend. ℥i. Moſchi ℈ſſ. Ambræ gryſ. gr. xv. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis ad Defluxiones Catharrales *mihi uſualis*. Fluß-Pulver.

R. Maſtichis, Olibani, Fragm. Succini aa. ℥ij. Summitatum Sabinæ, Stœchad. Citrin. Bacc. Junip. aa. M. i. *miſce fiat pulvis groſſus prunis inſpergendus*, & fumo ad partem affectam applicato & derivato, applicandus.

## Pulvis Dentifricius Moſchatus P. A. R.

℞. Pumicis ℥ij. Oſſis ſepiæ ʒvi. Corall. rubr. præp. ℥i. Rad. Ireos ʒi. Moſchi, Zibethi aa. ℈ſſ.

℈ſſ. Olei Ligni Rhodii Nuc. Moſchat. deſt. aa. gtt. iv. Caryophyll. gtt. iii. *miſce.*

## Pulvis Dentifricius *Mynſichto* Farina virginea dictus.

℞. Silicum fluv. calcinat. & pulv. ℥vi. Lapidis Pumicis præp. ℥j. Radic. Ireos flor. ℥ſſ. Galiæ Moſchatæ veræ ℈j. Ol. ſtill. Roſarum ʒj. *miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Dentifricius probatiſſimus *Eph Cur. Dec. I. Ann. VII.*

℞. Oſſis Sepiæ ℔ſſ. Corall. rubr. ℥ij. Sanguinis Dracon. Sandali rubri Rad. Iridis Flor. aa. ℥ſſ. Cinamomi opt. ℥ſſ. Alum. uſti ʒiij *& ſi lubet addatur aliquid Ambræ & Moſchi, ac fiat Pulvis.*

Pulveribus his & ſimilibus, dentes à muco adhærente purgantur, & dealbantur, modo lacinia lanea excepto pulvere, diligenter dentes fricentur.

## Pulvis Dyſentericus *D. Langii* ex Ph. A. R.

℞. Maxillarum Lucii dentibus, Priapi Cervi, Cortic. Granorum, C. C. uſti, Boli Armenæ, Semin. Lapathi acuti aa, ℥iſs. *fiat Pulvis.*

## Pulvis Dyſentericus *mihi uſualis.*

℞. Radic. Tormentillæ Zedoaria aa ʒii. Boli Armenæ, Corall. rubr. præp. aa. ʒi. Nucis Moſchatæ toſtæ. Maſtichis, Tragac. albi Semin. acetoſæ, plantag. aa. ʒß. Theriacæ cœleſt. ℈j. *miſce fiat Pulvis.*

Pulvis

## Pulvis *ad* Dyſtokiam *ſive* partum facilitandum P. A. R.

℞. Cinamomi pulv. ℥ij. Succini albi præpar. ʒß. Borracis, Teſticulorum equi aa. ʒ i. Croci ℈viii. *Miſce & fiat Pulvis.*

Experientiam & multiplicem uſum Pulverem hunc, in partu facilitando, & ſecundinis pellendis commendare, *Ph. A.*, *Renovata* teſtis eſt.

## Pulvis Epilepticus Marchionis P. A. R.

℞. Radicum Pœniæ Maris decreſcente Luna effoſſarum ʒß. Viſci querni, Raſuræ eboris, Ungulæ Alcis, Spodii, C. Cervi ex apicibus deſumti, Corall. rubr. alborum, Margaritarum præd. aa. ʒi. Fol. Auri puri No. xx. *fiat Pulvis.*

PH. NORICA Spodii ex ebore ʒii. addit, reliqua ingredientia eadem ſunt.

## Pulvis Epilepticus de Secundina quem *Ettmüllerus* loco illius *Schrœderi* ſubſtituit.

℞. *Pulv. Secundinæ rite parat.* ℥j. *Raſur. Cranii humani* ʒvi. *Caſtorei puri Salis C.C. volat. aa.* ʒ i. *Salis ſuccini volat.* ʒij. *Eleoſacch. macis* q. ſ. pro gratia, miſceantur.

## Pulvis *anti*-Epilepticus Niger *D. Dolæi.*

℞. *Card. ben. pulv. Succini albi* præp. *Tal. leporis,*

*Carbonum tiliæ, Nucis Moſch. Ungulæ alcis aa.* ℈ii. *Sem. Pœon. Cran. humani* præp. *Corall. rubr.* præp. *CC. ſine igne præp. Margarit.* præp. *Unicornu veri aa.* ℥ß. *Fol. Auri* No. xx. fiat ſ. a. Pulvis.

## Pulvis Epilepticus *Cratonis.*

℞. *Cinnab. nativæ pellucidæ* ſubtiliſſ. tritæ ℥ß. *Corall. rubr.* præp. *Margarit.* præp. *aa.* ℈ii. *Croci Or.* ℈i. *Fol. Auri* No. xv. Omnia in ſubtiliſſimum Pulverem trita dentur à gr. vi. ad ℈i.

## Pulvis Epilepticus *D. Engelhard Med. Hohenl. Oetingenſis.*

℞. Radic. Pœoniæ legitimo tempore effoſſ. ʒiiß. Valerian. ʒß. Viſci Corylini ʒi. Specifici cephal ʒiii Pulv. march. ʒi. Cinnab nativ. præp. ℈ii. Chryſolit. alcoliſat. ʒß. Magiſt. Smaragd. ℈i. Cornu Rhinoceroris ʒi. Lapid. ſpecul. præp. ʒß. Succini albi præp. ℈i. *Miſce fiat Pulvis,*

Dantur hi Pulveres à ℈ß. ad ℈j. vel & ʒß.

## Pulvis Epilepticus *mihi uſualis.*

℞. Radic. Valer. Pulv. Secundinæ puelli primogeniti ſiccatæ. aa. ℥ß. Succini albi præp. Smaragdi præp Cinnab. nativæ præp. aa. ʒi. Caſtorei ℈ii. Camphoræ ℈i. *Miſce fiat Pulvis qui datur* à ℈j. ad ℈ij. vel ʒj.

*Eſt Pulvis quoad ſaporem quidem ſatis ingratus, ſed quoad effectum omnibus aliis palmam diſputans.*

Pulvis

## Pulvis pro Epithemate Capitis *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Herb. Majoranæ, Verbenæ, Matriſylvæ*, aa. M.i. *Flor. Nymph. Roſarum aa.* M. ß. *Croci opt.* ʒß. *Nuc. Moſchatæ* ʒß. *Nucl. perſicorum* ʒvi. *Sem. papav. albi* ʒv. groſſe inciſa & contuſa miſceantur, & pro iis qui odorem ferre poſſunt, addatur *Camphoræ* ℈j.

## Pulvis pro Epithemate Cordis Ph. A. R.

℞. Florum Bugloſſi, Borraginis, Meliſſæ aa. M.ß. Sandalorum omnium Roſarum rubr. aa. ʒij. Cort. Citri, Sem. Acetoſæ, Ligni Aloes, Caryoph. aa. ʒß. Doronic. Been utriusque, Succini aa. ℈iv. ex omnibus tritis fiat Pulvis. *Cui ſi Camphoræ* gr. vi. *Moſchi* gr. iij. *adduntur, dicitur completus.*

## Pulvis pro Epithemate Cordis Ph. Nor.

℞. Sandali rubri ℥j. Sandali albi, Cortic. Citri aa. ʒß. Flor. Cordial. Tunicæ, Meliſſæ, Cichorii aa. M. i. Succini ʒii. *Miſce fiat Pulvis.*

„Pulveres hi externe cum ▽ *carbunculi, Fl.* „ *Naphæ, Cinamomi &c.* regioni Cordis, ac pulſu„um applicati, Spiritibus refocillandis ſive Cor„di roborando, conducere prædicantur.

## Pulvis Eriſipelatodes *Mynſ.*

℞. Farinæ volatilis ℥vi. Plumbi uſti, Boli rubri aa. ℥ii. Maſtichis, Olibanæ, Ceruſſæ aa. ʒi. *miſce.*

Pulvis hic chartæ cœruleæ inſpergitur, & parti eryſipelate prehenſæ applicatur.

## Pulvis Febrifugus *Marg.*

℞. Antimon. Diaphoret. ℈j. Reſinæ Scammonii gr. xii. Cremon Tartari gr. vi. *Miſtus Pulvis propinetur duobus horis ante paroxyſmum, Corpus ad ſudandum diſponendo per tres horas,* ſic primo ſudorem provocabit, poſtea alvum exonerabit. *Si vero prima vice febrem haud profligat, repetatur ſequenti paroxyſmo, vel & tertia vice propinetur Pulvis* ante paroxyſmum proxime inſtantem, & mira te videre aſſerit Author.

## Pulvis *anti*-Febrilis *mihi uſualis.*

℞. Cortic. Peruv. pulv. ℥iv. Gentianæ præp. ℥ii. Zedoariæ, Card. bened. aa ℥i. Camphoræ ʒi. *Miſce fiat Pulvis* qui detur à ℈j. ad ʒj.

## Pulvis *anti*-Febriticus Perl. *Timæi.*

℞. Antim. Diaphoret. ℥ſſ. Margarit. præp. ℈iv. Ocul. Cancri præp. CC. uſti præp. aa. ℥i. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Haly contra Phthiſin.

P. A. R.

℞. Sem. Papav. albi ʒv. Gummi Arab. Aniſi, Tragacanthi aa. ʒiß. Portulacæ, Goſſipii, Alth. Malvæ, aa. ʒiiß. Sem. 4. frig. maj. excort. Cydoniorum mundat aa. ʒiiiß. Spodii præp. Succi liquirit. vel Pulv. liquirit. aa. ʒiß. Sacchari penidii ad pondus omnium. *Miſce ut fiat Pulvis.*

Quæ-

„ *Quoniam vero pulveres hi ob nimiam ſe-*
„ *minum molem facile ranceſcunt, hinc minori*
„ *quantitate ſemper recentes ſint.*

## Pulvis Hydropicus *D. Michels.*

℞. Cryſtall. tartari ℥j. Epat. rubri ʒß. Magiſt. Gummi de Peru gr. xxiii. Salis geniſtæ gr. xviii. Olei Aniſi gtt. vj. *Miſce fiat Pulvis pro tribus doſibus.*

## Pulvis Hyſtericus *P. A. R.*

℞. Radic. Dictamni albi ʒiij. Zedoariæ ʒi. Cortic. Citri ſicc. Semin. ejusdem aa. ℈ij. Fragmentorum Lapidum pretioſorum omnium aa. gr. xii. Specierum Diamargarit. calid. ʒii. Sacchari albi ℥j. *fiat Pulvis.*

Ad uteri ſuffocationem, menſes ciendos, & dolores ab utero dependentes, prædicatur efficax.

## Pulvis Hyſtericus *mihi familiaris.*

℞. Succini albi præparati, Matris Perlarum præpat. aa. ℥i. Antophyllorum, Caſtorei, Croci aa. ʒij. Olei Succini deſt. ℈j. *Miſce fiat Pulvis qui datur* à ℈j. ad ʒß.

## Pulvis contra Lumbricos *Timæi.*

℞. Seminis Santonici ℥j. Hyperici ʒii. Citri ʒiß. Rad. Filicis, Flor. Tanaceti aa. ʒiij. Vitrioli calcinati ʒii. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Mantuanus *P. Nor.*

℞. Lapidis Bezoar. Or. Occident. Terræ ſigill.

cinereæ, aa. ℥ii. Radic. Contrajerv. Anthoræ, Scorzoner. aa. ℨiß. Lapid. pretioſorum præpar. Boli Armenæ præp. Cornu Rhinocerot. Corall. rubr. præpar. Margarit. præp. aa. ℈j. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Manualis, *mihi uſualis.*

℞. Magmatis Amygd. dulc & amararum expreſſ aa. ℥iv. Farinæ Fabarum ℥ij. Rad. Ireos Flor. pulv. ℥i. Sperm. Ceti rec. ℥ß. Salis Tart. albi ℨiii. Olei Ligni Rhodii ℈ß. *Miſce fiat Pulvis*, ad manus dealbandas, & cutem nitridam reddendam ſatis idoneus.

## Pulvis ad Morſum Canis Rabidi *Ph. Nor.*

℞. Fol. Rutæ, Verbenæ, Salviæ min. Plantag. Polypodii, Abſinthii, vulg. Menthæ, Arthemis. Meliſſophyl. Beton. Hyperici, Cent. min. aa. *q. l. exſiceatis in umbra fiat Pulvis.*

## Pulvis Natalis *D. Witz.*

℞. *Fol. Majoran. Fl. roſar. r. aa.* ℨj. *Lilior. conv. Lavendulæ, Paralyſ. anthos aa.* ℨii. gr. iv. *Trochiſcor. aliptæ moſchat.* gr. xii. *Gallia Moſchata* gr. ij. *Sacchari candi albi* ad pondus omnium. Miſce fiat Pulvis.

## Pulvis Nephriticus *Deckeri.*

℞. Radic. Saxifrag. alb. Liquirit. aa. ℥vi. Semin. Naſturtii ℥ß. Raphani, Milii Solis, Urticæ Romanæ aa. ℨiij. Bacc. Juniperi ℥ß. Ocul. Cancri ℥j. Lapid. Prunellæ ℥iii. Tartari Vitriolati, Salis Stip. Fabar. aa. ℨiß. Cochenil. Tin-

ctorum,

ctorum, Teſtar. Ovor. calcinat. Croci opt. aa. ℥ii Olei Bacc. Juniperi. *Miſce fiat omnium Pulvis tenuiſſimus.*

Qui poſt juſtam, emollientium, anodynorum, & vias dilatantium, tam internorum quam externorum uſurpationem, in Urina cienda, ſabulo expellendo, materiaque mucoſa expellenda, efficax eſſe prædicatur.

## Pulvis pannonicus Rubeus Ph. A. Ren.

℞. Boli Armenæ cum Aquæ Roſarum & Acetoſæ præpar. ℥iij. Terræ Lemniæ veræ præpar. ℥ii Corall. rubr. præp. ℥ſſ. Alborum præp ʒvi. Lapidum pretioſorum ſcil. Smaragdi, Rubini, Sapphiri, Hyacinthi aa. præp. ℥ß. Margaritarum præp. ʒv. Cinamomi el. ʒii. Caryophyll. ʒi. Semin. Acetoſæ ʒii Corticum Citri, Santali albi aa. ʒiſſ. rubri ʒii Spodii præp. ʒv. Raſuræ Eboris ℥iii. Croci Or. Cornu Cervi Phil. præp. ℥ſſ. Fol. Auri puriſſ. Num. 50. *Fiat omnium Pulvis.*

PH. NORICA loco C.C. Phil. præp. addit *Lapidem Bezoard. Occident.* & loco Seminis Acetolæ. *Radices Contrajervæ* ſubſtituit.

*Pulvis hic olim famoſus erat, adverſus contagioſorum morborum invaſiones, ſive fuerint Febres malignæ. varioli, morbilli &c.*

## Pulvis partum provocans. P. A. Ren.

℞. Cinamomi i. Croci ʒß. Caſſiæ Ligneæ veræ ℈ii. Succini albi præparati ℈i. *Fiat Pulvis.*

Ph.

Ph. NORICA hunc ipſum Pulverem ex iisdem ingredientibus ſub alia Doſeos proportione tradit v. g.

℞. Cinamomi opt. ℥vi. Caſſiæ Lign. veræ ℥ſſ. Succini albi ʒiij. Croci ʒij. *Miſc. Fiat Pulvis* cum aqua Liliorum alb. propinandus Doſi ℈j. ad ʒß.

## Pulvis partum provocans validior Ph. Nor.

℞. Boracis ℥vi. Cinamomi ʒſſ. Croci ʒij. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis pleuriticus *Ph. A. Ren. & Ph. Nor.*

℞. Mandib. Lucii piſcis præp. Dentis Apri præp. aa. ʒii. Lapid. Percarum, Talorum Leporis, Ocul. Cancri præpar. Ocul Lucii piſcis præp. Semin. Card. bened. Arthemiſ. rubræ aa. ʒj. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis pleuriticus *Zwelff.*

℞. Sang. Hirci noſtro modo parati ʒi. Raſuræ dentium Apri ʒß. Ocul. Cancr. præp. ʒii Radic. Papav. errat. ʒiß. Croci Auſtr. vel Or. ʒj. *Fiat omnium Pulvis.*

## Pulvis pleuriticus *Secretiſſimus Mynſ.*

R. *Flor.* ♀. *comp.* ʒß. *Raſur. dent. aprugni mandibul. lucior. aa.* ʒiij. *Fl. papaveris Rheados* ʒj. Miſce fiat pulv. ſubtiliſſimus.

Qui non absque adſtantium ſtupore curat pleuritidem, Apostemata, putrefactiones &c. Doſi à ʒß. a. ʒj. &c.

Pulvis

## Pulvis Pleuriticus *Ludovici.*

℞. Oſſium capitis Lucii ℥j Sang. Hirci præparati, Sulfuris Citrini *aa. Miſce fiat Pulvis qui à* ℈j. ad ʒß. imo ʒj. *cum, vel ſine tantillo opii exhibitus, omnem expectationem explet*; præcipue in ſtatu morbi, vel & in leviori malo, primis morbi diebus propinatus.

## Pulvis præcipitans *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Concharum marin. præparat. Matris Perlar. præp. C. C. præpar. Oculi Cancri præpar. aa.* ℥ß. ♁ *diaphoret.* ʒj. *Cinnab. nativæ præpar.* ʒß. Miſc. fiat Pulvis ſubtiliſſimus.

## Pulvis Sabaudicus P. A. R.

R. Cinamomi elect. ʒiij. Caryophyll. ʒij. Maſtich. el. Myrrhæ el. Rad. Tormentill. aa. ʒj. Zedoariæ, Anthoræ contrajerv. Scorzoneræ, Corall. rubr. præpar. Margarit. præp. Saphir. præpar. Rubini præpar. Smaragdi præparati, Hyacinthi præp. Lapid. Bezoar. Or. Unicornu veri aa. ℈ij. Boli Armenæ præparat. Terræ Sigill. veræ aa. ʒj. Cortic. Citri ℥ß. Fol. Auri Num. x. Antimon. Diaph. *ad pondus omnium. Fiat omnium Pulvis.*

Si Ambratus deſideratur, tempore uſus aliquid addatur. Vires cum Pulveris Pannoci viribus conveniunt.

## Pulvis Sanguinem Vulnerum ſiſtens ad mentem *Hildani.*

℞. Farinæ Volatilis molendinarum ℥iij. Spongiæ

giæ novæ combuſtæ vel torrefactæ, Ranarum exſiccatarum aa. ℥ß. Thuris,album. Ovi in Sole ſiccati & pulv. aa ℥ß. Sang. Dracon. ʒvi. Gypſi ʒv. Terræ Sigillatæ, Boli aa. ʒiii. Pilorum Leporis minutim inciſorum ʒiß. Vitrioli albi ʒj. *Miſce fiat omnium Pulvis ſubtiliſſimus.*

## Pulvis Saxonicus *juxta Ph. Nor.*

℞. Rad. Angelicæ ſativæ ℥iv. Sylveſtris, Altheæ, Polypodii querc. aa. ℥ij. Vincetoxici, Urticæ aa. ℥i. Valerianæ ℥ß. Cortic. Laureolæ Germanicæ ſive Mezerei ℥iß.

*Radices intra 15. Auguſti ad 8. Septembris effoſſæ & inciſæ, immergantur Aceto acerrimo duos digitos eminenti, in ulla vitreata bene obturata, & foco pro leni coctione admota. De hinc Acetum abjiciatur, Radices ſiccentur & terantur, eisque addantur* Acini Herbæ Paridis Num. xxiv. *ac fiat Pulvis,* cum aliis pulveribus alexipharmacis pari paſſu ambulans.

## Pulvis Senæ compoſitus, ſive præparatæ *Ph. A. R. & Ph. Nor.*

℞. Fol. Senæ ℥iß. Zingib. Macis ʒiii. Cinamomi, Crem. Tartari aa. ʒiß. *Miſce fiat Pulvis.*

*Creditur hic Pulvis humores aduſtos vocatos, & pituitam ſalſam præ aliis purgare, hinc ſcabiem eluere.*

## Pulvis Solutivus *Timæi.*

℞. Reſin. Jalappæ ʒii. Sem. Melonum excort. ʒß. exactiſſime tritis adde Cremoris Tartari ℥ß.

Conſ.

Conf. Alkerm *Miſce ut fiat Pulvis, qui datur* à ℈j. vel ʒß.

## Pulvis Sperniolæ Crollii compoſitus juxta Ph. Nor.

℞. Myrrhæ elect. Thuris maſc. aa. ℥ii. Camphoræ ʒiij. Croci triti ʒß. *terantur omnia & miſceantur. Pulvis hic* Aqua & Spermate Ranarum per ſaccum reſoluta, *imbibatur vigeſies vel trigeſies, ita tamen, ut ſemper prius ſponte exſiccetur, tardem demum* Camphora ne exhalet addatur, *& Pulvis uſui aſſervetur.*

*Ad inflammationes ſiſtendas potius, quam hæmorrhagiam vel narium aut uteri compeſcendam, deprehenditur efficax, externe cum vino calido pro epithemate vel fotu applicatus.*

## Pulvis Stegnoticus *Guttmanni* Ph. A. R.

℞. Lapidis Ætites ʒj. Hæmatit. præp. Carneoli præp. Cornu C. uſti præp. Terræ Sigillatæ veræ aa. ʒß. Corall. rubr. reſolutorum ʒii. *Miſce fiat Pulvis ſubtiliſſimus.*

*Ad omnes hæmorrhagias ſive narium ſive uteri, vel alvi in dyſenteria, ut & aliis alvi vel uteri fluoribus, ſingularis prædicatur efficacia.*

## Pulvis Sternatorius Ph. A. R.

℞. Majoranæ ʒiß. Betonic. Pyrethri aa. ʒß. Helleb. utriusque aa. ʒi. Pulegii ℈j. *Miſce fiat Pulvis.*

Pulvis

## Pulvis Sternutatorius Ph. Nor.

℞. Herb. Majoranæ, Roriſmarini, Pulegii, Salviæ, aa. ℥ß. Nicotianæ, Rad. Helleb. albi ſelectarum, Semin. Nigellæ aa. ℥j. Moſchi gr. v. *Miſce pro Pulvere.*

## Pulvis Sternutatorius *Nobil. de Mülinen.*

R. Tabaci opt. ℥j. Majoranæ, Fl. Lilior. Convall. aa. ʒii. Flor. Anthos, Lavendulæ, Cheiri, Betonic. Tiliæ aa. ʒj. Helleb. albi Salis Vitrioli aa. ʒß. Semin. Nigellæ ʒj. Moſchi gr. vi. Ambræ gr. v. Ol. Ligni Rhod. gutt. xv. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Sternutatorius *mihi uſualis.*

R. Flor. Lilior. Conv. Anthos, Betonicæ, Lavendul. Spic. Indic. aa. ʒj. Ligni Aloes ʒß. Herb. Maj. ℥ß. Caſtorei ʒi. Salis Vol. C.C. ℈ß. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis Sternutatorius alius *mihi uſualis.*

R. Fol. Nicotianæ, Majoranæ aa. ʒj. Flor. Lavendulæ, Anthos, Tunicæ aa. ʒj. Balſ. Apopl. ℈ß. Olei Ligni Rhodii gutt. vi. Ambræ gryſ. Moſchi aa. gr. iij. *fiat Pulvis.*

## Pulvis Stomachicus Birckm. juxta P. A. R.

℞. *Pulv. Radic. Ari præp.* ʒii. *Acori vulg. Pimpinell. aa.* ℥j. *Ocul.* ♋. ℥ß. *Cinam.* ʒiij. *Salis Abſinthii,*

*ſinthii, Juniperi aa.* ℥i. *Sacchari Roſati* ad pondus omnium. *Miſce*

*Eſt Pulvis, ad varia digeſtionis vitia ſive Stomachi mala utpote Cardialgiam &c. non inefficax.* Doſi ʒß. ad ℈ii.

## Pulvis ad Strumas *Ph. A. Ren. & Ph. Nor.*

℞. Spongiæ combuſtæ, Lapid. Spongiæ, Pilæ marinæ toſtæ, Oſſis Sepiæ, Pyrethri, Piperis longi, nigri, Zingib. Cinamomi, Gallarum, Salis Gemmæ *aa.* ℥i. *Miſce fiat Pulvis.*

„ *Pulvis hic à* ℈j. *ad* ʒß. *cum Vino propina-*
„ *tus à Plenilunio ad Novilunium uſq; mane & ſero*
„ *aliquot horis ante paſtum, nonnunquam Strumas*
„ *feliciter abigit.*

## Pulvis ad Strumas & Botia *Helmontii.*

℞. Spongiæ Marin. in carbonem combuſtæ ℥iii Oſſis Sæpiæ uſtæ, Piperis longi, Zingib. Pyrethri, Gallarum, Salis Gemmæ, Teſtarum Ovorum calcinat. *aa.* ℥j. *Miſce, & cum aqua ex præfatis Spongiis deſtillata, exſiccetur paulatim.* Hujus Pulveris ʒß. cum Sacchari ℥ß. decreſcente Luna paulatim liquati, deglutitur.

## Pulvis Stypticus *Wedel. Eph. Cur. Dec. I. Ann. IX & X.*

℞. Rad. Biſtortæ, Tormentill. Sang. Dracon. Lap. Hæmatit. Corall. Boli Armen. præpar. Trag Gran. Act. Pulv. Bezoardic. aa. ℥i. Nuciſt. ℥ß. *Miſce fiat Pulvis.* In Dyſenteria, Diarrhæa, Hæmoptiſi & aliis p. n. fluxibus, ſæ-

pius probatus; remixto Laudani Op. gr. ſſ. vel j.

## Pulvis Tartari ſolutivus *P. A. R.*

℞. Cryſtall. Tartari, Fol. Senæ ſelectiſſ. aa. ʒj. Diagrydii Sulf. ʒii. Semin. Aniſi, Cinamomi, Galang. min. aa. ℥j. Caryophyll. ℥ß. *Miſce fiat Pulvis.*

*Humores vulgo aduſtos vocatos, præter pituitam & bilem purgare prædicatur.*

## Pulvis contra Tuſſim *Ph. Nor.*

℞. Sacchari albiſſ. ℥iij. Spec. dia-Ireos, Radic. Pœoniæ ℥ii. Liquir. pulv. ʒi. Lactis Sulfuris, Croci Or. aa. ℈ii. Crani Humani ſpagyr. præparati, Succini albi præparati aa. ℈j. *Miſce fiat Pulvis ſubtil.*

## Pulvis ad Vermes *Ph. A. R.*

℞. Sem. Santon. ℥iv. Fol. Senæ ℥j. Cornu Cervi, Coriandri præp aa ſſ *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis contra Vermes *Ph. Nor.*

℞. Semin Santonici ʒij. Sem. Caulicum, Sacchari aa. ʒiß. CC. uſti, Rhabarb. opt. aa. ℥j. Corallinæ ʒß. Coriandri præparati ℈i. *Miſce fiat Pulvis.*

## Pulvis adverſus Vermes *mihi uſualis.*

℞. Semin. Cynæ ℥i. Corallinæ ℥ß. Mechoacannæ alb. ʒii. Ci dulcis ʒiiß. Macis ʒß. Sacchari albi ℥ß. *Miſce.* Doſis eſt à ℈i. ad ℥ß. vel ℈ii.

## Pulvis Violarum Odoratus P.A. Ren.

℞. Ireos Flor. ℥vi. Roſarum rubr. ℥iv. Cyperi ʒß. Maioranæ, Caryophyll. Styracis, aa. ʒj. Benzoi, Santali citrini aa. ʒß. Violarum ʒiij. Moſchi ʒj. *Miſce fiat Pulvis.*

*Externe capiti inſperſus, odore ſuo reficit, vel & ſacculis incluſus ac veſtimentis depoſitus, à tineis ea præſervat, & in cucuphis etiam capiti applicatus prodeſt.*

## Pulvis ad viſum acuendum.

℞. *Radic. Zedoar. Zingib. calam. aromat. valerianæ, Pimpinellæ aa.* ʒj. *Nuc. Moſchat. Caryophyll. aa.* ℈ii. *Fol. euphraſiæ, ſalviæ, rutæ aa.* ℥ß. *Sem. Aniſi, anethi. fœniculi, cumini aa.* ℥iß. *Sacchari albi* ʒi. Miſce fiat Pulvis.

## *R.*

## Reſina Animalis *Lentilii.*

℞. Raſuræ Eboris, C. Cervi, C. Aloes, aa. ℥iv. Oſſium Bovin. rec. Pedum. Vitulin. rec. Ped. Nefrendis rec. aa. ℔ß. *Affunde eis* Aquæ fervidiſſ. ℔xii. *Stent per noctem, mane coquantur ad cuticulam, colaturæ addatur* Ichtiocollæ ʒß. *Ac fiat in loco frigido Gelatina, quæ ſenſim leni calore ſiccetur, donec acquirat conſiſtentiam Reſinæ vel Gummi,* cujus particula juſculo ſoluta & ſæpius propinata, acrimoniam humorum in morbis tabificis temperat, ut & nimiam

miam ſanguinis tenuitatem, in ſanguinis quibusvis fluxibus, incraſſat.

## Rob de Agreſta

℞. Succi Agreſtæ depurati ℔ij. Sacchari ℔j. *Coque ad conſiſtentiam Mellis & ſervetur.*

Refrigerat, adſtringit, ſitim demulcet, ac bilioſos ructus compeſcit &c.

## Rob de Berberibus è Cornis, Cynosbati, Ebuli, Ribium &c. *juxta Ph. Nor.*

Fiunt Succorum ex modo dictis fructibus expreſſorum partem unam v. g. ℔j. *cum quarta parte ſive* ℥iii. Sacchari ſ. a. *ad conſiſtentiam melleam coquendo.*

PHARM. vero AUG. RENOVATA docet, *Rob quodvis* per ſe, *absque Sacchari* ad mellis conſiſtentiam coquendo, conficere, exceptis nonnullis ubi Saccharum deſideratur v. g.

## Rob *Dia* - Moron P. A. R.

℞. Succi Mororum domeſticorum depurati ℔v. in quibus ſolvatur Sacchari ℔j. *Clarificetur cum Albumine Ovi & coquantur ad juſtam conſiſtentiam.*

Conducit ad faucium ardores, anginæ principium, & oris ulcera, ac tonſillarum inflammationes.

## Rob Nucum *P. A. R. & Ph. Nor.*

℞. Succi Corticum viridium Nucum jugland. ℔iv. Mellis ℔ij. *Fiat ſ. a. Rob.*

Vires

Vires cum Rob dia Moro æquales fere obtinet.

## Rotulæ *Dia*-Ireos P. A. R.

℞. Specierum Diaireos ſimpl. ℨii. Extracti Liquirit. ℥i. Sacchari in Aqua Violarum ſoluti ℥xvi. *Fiant ſ. a. Rotulæ*, in Tuſſi & Raucedine non contemnendi uſus.

## Rotulæ Lac provocantes *Mynſ.*

R. Cryſtallorum præp. ℨß. Corall. rubr. præpar. ℨi. Margarit. præpar. ℨß. Olei Fœnic. ℈j. Sacchari in Aqua Nuc. Moſchat. ſolut. ℥iij. *Fiant ſ. a. Rotulæ.*

## Rotulæ Stimulantes *Mynſ.*

℞. Borac. Venet. ℨj. Sem. Ling. Avis ℨj. Boleti Cervini, carnis Scincorum aa. ℨß. Piperis longi ℈j. Cantharidum corp. Ol. Cinamomi aa. ℈ß. Sacchari albi in Aquæ Rad. Satyrion. & Anthos ſol. ℥vi. *Fiant Rotulæ.*

Commendantur ad impotentiam virilem, de eis noctu cubitum eundo, ſumendo Num. 3. ad 6.

## Rotulæ adverſus Vermes *Zwelff.*

℞. Sacchari albi Aqua Roſarum ſoluti ac denuo ad conſiſtentiam tabulati cocti ℥iv. cui ab igne remoto & nonnihil refrigerato, adde Mercurii dulcis rite parati & ſubtil. triti ℥ß. Mechoacann. albiſſ. pulv. ℨß. *Fiant ſ. a. Rotulæ* à ℨß. ad ℨj.

## Rotulæ adverſus Vermes *Lentilii.*

℞. Sacchari in Aqu. Roſar. vel Gramanis ſoluti ℥iij. Mercurii dulcis ʒiß. Succi Berberum q.ſ. *Fiant ſ. a. Rotulæ* de quibus decreſcente Luna ſingulis diebus ſumantur 8. 9. vel 10. quovis tempore ſcil. & hora, hac vel altera.

# *S.*

## Saccharum Citratum Tabulatum *Zvvelff.*

℞. Sacchari Canar. alb. ʒvi. *ſolvantur in ſ.q.* Succi Citri ſeu Limonum recent. expreſſi, *ſine ebullitione, tum ab igne remotis adde*, Cortic. Citri extim. radula comminutorum *ac in mortario lapideo ſubtiliſſ. contuſorum* ℥i. vel ℥iß. Eſſent. Citri Saccharinæ ℥i. *Ac fiant ſ. a. Tabulæ.*

## Saccharum Roſatum Tabulatum *Ph. A. Ren.*

℞. Florum Roſarum rubrarum mundatarum ʒii. *pulveriſentur ſubtiliſſime & irrorentur* Spiritus Vitrioli gutt. xii. *poſtea immiſceantur* Sacchari albi in Aqua Roſarum ſoluti & ad debitam conſiſtentiam cocti ℥iv. *ac fiat Confectio in Tabulis vel Rotulis.*

## Sal Mundificans & Aquas à corruptione præſervans *le Mort.*

℞. Aquæ Fortis ʒxii. Tartari crudi Rhenani ʒv. Nitri puriſſ. ℥ij. *Ebulliant in M. B. donec inti-*

*me*

*me mixta ſunt, tum coletur ſolutio per linteum, & ſeparetur Sal per ſubſidentiam, & ad uſum ſi lubet ulterius clarificetur*: Ejus ℥j. ſufficit 80. libris Aquæ conſervandis, ſi ei admiſcetur.

## Sal Volatile Armoniacum *Martis Coll. Leid.*

R. Cinamomi acuti ℥ß. Nuc. Moſch. ʒij. Caryophyll. ʒj. Croci Britann. ℈j. Sem. Cardamomi, Carvi aa. ℈j. Salis Tart. ℥iii. Salis Armon. ℥ii. *contuſis & conciſis in cucurbita affundantur* Spir. Vini vulg. ℥viii. *& digeſtione 24. horis facta, fiat deſtillatio leni igne & abſtrahantur liquoris* ℥iij. quæ admodum generoſæ ſunt.

## Sal Volatile Aromaticum *Diſp. Brandenb.*

R. Salis Tart. *opt. depurati* ℔ß. *Cinam. elect. & acuti* ℥i. *Nucis Moſch. Caryophyll. aa.* ℥ß. *Macis* ℥ij. *Cort. Citri extim. recent. Aurant. recent. aa.* ℥ß. Miſce & affuſa *Spir. Vini communis* ℔iß. in cucurbita alembico roſtrato probe obturato, & juncturis lutatis, optime clauſa per biduum digere, tum adde *Salis Armoniaci* in ſ. q. Aquæ ſimpl. diſſoluti, & ad cuticulam evaporati ℔ß. appoſitoque rurſus capitello, & adaptato recipiente, exactiſſimeque clauſis juncturis, ad medietatem circiter deſtilla; & liquorem egreſſum ſerva.

## Sal Volatile Oleoſum *le Mort.*

R. Herb. Majoranæ, Thymi, Salviæ, Menthæ aa. M. j. Sem. Leviſtici, Cardamomi min.

 Dauci

Dauci vulg. Amomi, Aniſi, Carvi aa. ʒii. Cubebarum, Radic. Galangæ, Coſti odorati, Cyperi rotund. Irid. Flor. aa. ʒß. Caryoph. Nuc. Moſchatæ, Cinam. aa. ʒiß Salis Tartari ℥ß. *Mixtis & groſſo modo contuſis, ſuperaffunde Spiritus Vini* ℔x. *Digerantur ſimul per tres ſeptimanas, loco calido; Tum deſtillentur ad tertiæ partis remanentiam. Spiritui prolecto adde* Cort. Citri ℥iv. Arant. ʒii. Ligni Saſſafr. ʒiii. Hæc ſeorſim in Spir. Vini ʒx. *per idem tempus macerata ſint. Dein cum ſuperiori Spiritu prolecto permiſceantur, & iterum deſtillentur. Tandem* ℞. Spiritus deſtillati hujus P. j. Spir. ✱ci opt. P. ß. Olei Caryoph. gutt x Menthæ gutt. xx. Cort. Arant gutt. xxx. Rorism. Macis aa gutt. viii Junip. gutt. xii. Sal. Tart. opt calc. ʒiii. *Olea cum Sale Tartari probe trita & mixta, immittantur phiolæ capaci, & digerantur diebus aliquot, tum clarum ſeparetur & ſervetur.*

## Sal Volatile Oleoſum, à nonnullis pro vero *Sylvii* habitum.

℞. Tartari crudi, Salis armoniaci aa. ℥iv. Salis Tartari ʒii. vel iv. Macis ʒi. Cortic. Citri, Arant. aa. ʒſſ. vel ℥j. Spirit. Vini rectif. ʒxvii. *Stent 24. horis invicem mixta, tum ad medius deſtillentur.*

## Sal Volatile Oleoſum *Sylvii, juxta Diſp. Brand.*

℞. *Salis Tartari opt. depurati* ℥vi. *Olei deſt. Aniſi. Caryoph. Cinamomi; aa.* ʒſſ. *Macis* ℈j. *Zedoar. Succini aa.* ℈ſſ. Digerantur loco calido in cu-

cur-

curbita probe clauſa, biduum aut triduum, tum affuſa *Spir. Vini comm* ℔ß. addatur *Salis Armon. puriſſ. probe pulv.* ℔ſſ. ac impoſito Alembico juncturis probe clauſis, ex arena leni calore abſtrahatur media circiter pars Spiritus, qui probe clauſus aſſervetur.

## Sal *ſive* Liquor Volatilis Oleoſus *Ph. A. R.*

℞. Cinamomi acuti ℥ii. Caryoph. Nuc. Moſch. Cortic. Arant. extim. recent. aa. ℥j. Cinerum Clavellat. ℥xvj. *Inciſa contuſa digerantur per noctem, cum* Spir. Vini vulgaris menſura una, *poſtea additis* Salis armoniaci cum Aqua fontana ſoluti ℥viij. *deſtillentur lento igne, & excipiantur circiter liquoris prodeuntis* ℥x. *ad uſum in vitro probe clauſo reponendæ.*

## Sal Volatile Oleoſum *D. Dolæi.*

℞. Herb. Roriſmarini ℥ii. Betonicæ, Theæ aa. ℥iſſ. Flor. Lavendulæ ℥iii. Fol. Hyſſopi, Thymi aa. Mij. Radic. Ireos, Flor. Contrajerv. Doronic. Diptam. albi aa. ℥iſſ. Ligni Saſſafr. ℥iii. Semin. Angel. Dauci, Aniſi aa. ℥ſſ. Cinamomi, Caryoph. Macis, Nucis Moſchatæ aa. ℥ij. Sal Armon. ℔ß. Ciner. Clavell. ℔iß. Spir. Vini ℔viii. Cortic. Citri extim. ℔ß. *Mixta & per tempus infuſa deſtillentur.*

## Sal Volatile Oleoſum Cephalicum *ejusdem.*

℞. *Spir. Vini rectificati tartariſati* ℥iii. *Spir. Salis Armoniaci alcoliſati* ℥i. *Olei Anthos, Salviæ,*

*Lavendulæ aa.* ℥ß. *Succini, Rutæ aa.* ℈j. Miſceantur, & ſ. a. digerendo, uniantur.

## Sal Volatile Oleoſum per extractionem *mihi uſuale.*

R. Salis volat. Urinæ, vel C.C. Flor. ✱i cum Sale Tartari ſublimat. aa. ℥j. Olei Ligni Saſſafr. deſt. Macis aa ʒj. *probe tritis affunde* Spir. Vini tartariſati, ſive Tinct. Tartari ʒviii. *Stent probe clauſa per tempus, tum adde* Spir. ✱ci optimi ℥j. *& ſerventur, ita commixta, tempore uſus demum decantando q. l.*

## Sal Volatile ſive Liquor Sylvii, *ex analyſi Barneri.*

R. Spir. Vini P. iij. Tartari P. ij. Salis Armon P. j. *Mixta deſtillentur, & ſi deſideretur* Sal Volatile Aniſatum vel Cinnamomeum, *Spiritum hunc ab Aniſo vel Cinamomo abſtrahe & ſerva.*

„ Liquorem hunc *Sylvii* modo dicta ingre- „ dientia conſtituere, BARNERUM Analyſis „ docuit, offerrebatur nimirum, inquit, *Liquor* „ *Sylvii* odorem Cinamomeum præ ſe ferens, „ exſerente ſeſe ſimul odore Spiritus ✱ci. *Hinc ei* „ *primo aquam inſtillans ex facta lacteſcentia no-* „ *tavi, Spiritus illos à Cinamomi abſtractos imbi-* „ *biſſe partes oleoſas*, & cum per effervеſcen- „ tiam cum Alcali, nihil ſentiebatur Acidi, è con- „ tra vero ſe Tartari odor aliquantulum exhibe- „ bat, collegi Spiritum Tartari adeſſe: *Spiritum* „ *vero Salis Armoniaci item ineſſe confirmabar*, „ *quia vino inſtillatus liquor, colorem viridem* „ *efficiebat*; Tandem deſtillando veritas inno- „ teſcebat, ſeparabatur quippe urinoſum in collo

Phio-

„ Phiolæ,& cum phlegmate remanebat ſuperna-
„ tans aliquod Oleum fœtidius, quale ex Tartaro
„ eſſe ſolet. *Ex geſtu vero, Spiritus Vini quanti-*
„ *tas percIebatur*: Ex ipſa denique operatione
„ deprehenſum fuit, ingredientium proportio-
„ nem ſupradictam, conſtituere liquorem illum
„ à *Sylvio* tantopere celebratum: *Vide BARNERI*
„ *Chymiam Philoſophicam.*

## Sal Volatile Oleoſum v. g. Aniſatum *aliud juxta Barnerum.*

R. Olei Aniſi *q. lubet, affunde* ei Oleum ſive Spir. Vitriol. opt. *tantum, ut efferveſcant leniter & in bitumen quaſi abeant*, *tum addatur* eis Sal Tartari *ut calidum rurſus excutiatur, atque habebitur* Sal Volatile Oleoſum aniſatum.

„ *Liquores hi, ſive ita dicti Sales volatiles O-*
„ *leoſi panaceæ haberi ſolebant, in genere ad Aci-*
„ *dum circulantibus humoribus admixtum, de-*
„ *bellandum, viſcidum inde productum attenuan-*
„ *dum, obſtructionesque inde natas reſerandas, at-*
„ *que ſanguini circulatorium liberum motum reſti-*
„ *tuendi, variosque inde natos morbos profligandi.*
„ *Doſ. gtt. v. ad xxx. & ultra, ſæpius, neceſſita-*
„ *tis tempore, de die propinando.*

## Sapo Cosmeticus leviſſimus.

℞. Saponis Venet albiſſ. vel alterius pulcherrimi ℔ i. *Subtiliſſime raſus ſiccetur ut pulveriſari queat, Pulveri huic affunde* Aquæ Roſar. ℔ i. *in vaſe vitreato capaci, ſupra lenem ignem ſenſim incaleſcat, & coquantur lente, continuo & per dimidiam horam, piſtillo ligneo agitando inter coquendum, donec rareſcere obſervatur maſſa.*

*Tum adde* Olei Tartari per deliq. gutt. xxx. Sic eo magis rareſcet, *quo viſo admiſce* Olei Ligni Rhodii ℈i. cum Moſchi gr. vi. Sacchari modico trita & mixta, *& ſi à Vaſis lateribus facile ſeparari ſe patitur, abſque adhæſione, tum ab igne removeto, & infunde typo ligneo quadrato ita facto, ut ſejungi ab invicem poſſint partes.* Imponatur vero typo linteum mundum, ac deſuper effundatur Sapo, ac ita quieſcat quinque vel ſex diebus, donec in ſuperiori parte ſiccus appareat Sapo; quo viſo eximatur & invertatur, ut etiam in inferiori latere ſiccetur. Poſtea pro lubitu mediante filo in fruſta quadrata ſecandus.

## Sapo ad Maculas Veſtium delendas

℞. *Saponis Veneti* opt. ℔ ß. conſcindatur minutiſſime, tunc, adde *Olei Spicæ* ℥ii. *Fellis Tauri, ſucci citri aa.* cochlearia duo, ut ſapo in globulos formari, ſatis fiat aptus.

Tum ſi maculæ veſtimentorum aqua calida madefiunt, & ſapone tali illinuntur, atque tunc aqua rurſus abluuntur, diſparebunt & auferentur.

## Sotirella parva P. A. R.

℞. Olei Nucis Moſchatæ expreſſ. ʒj. Opii Thebaici, Specierum Diambræ incompl. aa. ʒß. Camphoræ, Extracti Croci aa. gr. vi. Olei Caryophyllorum gtt. xv. *Redigantur in formam Opiatæ,* ad dolorem dentis ſopiendum, cavernis ejus immittendæ.

Soti-

## Sotirella ſeu Maſſa ad Dentes cavos *Zvvelff*

℞. Olei Nucis Moſchatæ expreſſi ʒii. Fuliginis deſtill. ʒß. Opii correcti ℈ij. Sem. Hyoſciami, Extracti Croci aa. gr. xv. Camphoræ ℈j. Fulig. ſplendentis ʒß. *Miſce & fiat Maſſa duriuſcula, cavernis dentium dolentium immittenda.*

## Species *di* Ambræ P. A. R

℞. Cinamomi, Doronici, Caryoph. Macis, Nucis Moſch. Folii, Galangæ aa. ʒiij. Spicæ Indicæ, Cardamomi maj. min. aa. ʒj. Zing. ʒiß. Ligni Aloes, Santali Citrini, Piperis long. aa. ʒii. *Miſce fiat Pulvis, qui completus ſit, addendo* Ambræ ʒj. Moſchi ʒß.

## Species *di* Anthos P. A. R.

℞. Flor. Anthos ℥j Roſarum, Violarum, Liquir. aa. ʒvi. Caryoph. Spicæ Indicæ, Nucis Moſch. Galangæ, Cinamomi, Zingib. Zedor. Macis, Ligni Aloes, Cardamomi, Sem. Anethi, Aniſi aa. ℈iiij. *Miſceantur.*

## Species contra Apoplexiam *Ph. A. Ren.*

℞. Succini albi ℥iß. Margarit. Smaragdi aa. ʒii. Ligni Aloes, Cornu Cervi præp. Rad. Pœon. aa. ʒj. Cort. Citri ʒß. Sem. Citri. ℈j. Tabulati de Extracto Ligni Aloes, Sacchari Perlati cum Oleo Cinamom. aa. ℥iß. *Redigantur in Pollinem; completus efficitur*, Ambræ ℈ß. Moſchi gr. v.

Spe-

## Species Aromat. Caryophyllatæ Ph. A. R.

℞. Caryophyll. ℥vii. Macis,Zedoar. Galang Santali citrini, Trochiſcorum, di Arrhodon, Cinamomi, Ligni Aloes, Spicæ Indicæ, Piperis longi,Cardamomi aa. ʒj. Roſarum rubr. ℥ß. Liquiritiæ ʒij. Folii Indi, Cubebarum aa. ℈ii. *Fiat Pulvis ſubtiliſſimus, quem ſi quis completum deſideret, ei addat* Galiæ Moſchat ℥i. Ambræ gryſ. ʒj. Moſchi ℈ß.

## Species Aromaticæ Roſatæ Ph. A. R.

℞. Roſarum rubr. ℥vx. Liquiritiæ raſæ ℥vii. Ligni Aloes, Santali citrini, aa. ʒiij. Cinamomi el. ℥v, Caryophyll. Macis aa. ʒiiß. Gummi Arabici, Tragacanthi aa. ℥ij. ℈ii. Nucis Moſchatæ, Cardamomi minoris, Galangæ aa, ʒj. Spicæ Indicæ ℈ij. *Miſce fiat Pulvis, cui pro completo addantur* Ambræ gryſ. ℈ii. Moſchi ℈i. *Miſceantur.*

## Species Aromaticæ Roſatæ Ph. Nor.

℞. Reſarum rubr. ℥v. Liquirit. mundæ ʒvii. Cinamomi el. ʒv. Ligni Aloes, Santali citrini aa. ʒiij. Macis,Caryophyll aa. ʒiiß. Nuc.Moſchat. Cardamomi min.Galangæ, min. aa. ℥i. Sacchari q. l. *Miſce.*

Spe-

## Species *Dia*-Calaminthes
P. A. R.

℞. Piperis ℥vi. Cardamomi ℥ij. Comarum Thymi, Sem. Apii aa. ℥ß. Seſeleos Maſſilienſis, Pulegii montani, Sem. Petroſelini Macedon. Calaminth. montan. aa. ʒij. *Miſceantur.*

## Species *Dia*-Cinamomu
Ph. A. R.

℞. Cinamomi tenues ʒxv. Caſſiæ Lign. Radic. Enulæ aa. ʒß. Galangæ ʒvii. Caryophyll. Piperis longi, Zing. Cardamomi utriusque, Macis, Nucis Moſchatæ, Ligni Aloes aa. ʒiij. Croci ℥i. Sacchari albi ℥v. *Miſceantur.*

## Species Cordiales Temperatæ
Ph. A. Ren.

℞. Ligni Aloes, Spodii ex ebore aa. ʒj. Cinamomi, Caryophyllorum, Oſſis de Corde Cervi, Doronici, Been utriusque aa. ʒiß. Margarit. ℥vi. Serici crudi toſti Corallorum rubr. albor. aa. ʒii. Hyacinthi, Smaragdi, Sappiri, aa ℈ß. Croci ℈j. Fol. Auri Argenti aa. No. x. *& miſceantur. Tum ſi additur* Ambræ, Moſchi aa. ℈ß. *Fiunt completæ.*

## Species *Dia*-Cretæ *Mynſ.*

℞. Cretæ albæ cum ▽ Roſarum præp. ʒiii. Nuc. Moſch. ʒiß. Rad. Liquirit. Sem. Cydon. aa. ℥i. Boli rubri Orient. præp. Corall. rubr. præp. aa ʒß. Lapidis Carpion. cum ▽ Plantag. præp. Macis parum toſt. Maſtich. elect. Croci Or. aa. ℈j. Sacchari albi ℥iii. *Miſce. Eſt*

*ardo*

*ardoris ventriculi ſpecificum remedium. Doſi* ℨß. *ad* ℥j.

## Species ad Cucuphas Cephalicas *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Florum, Anthos Cheiri, Lavendulæ, Liliorum Convall. Salviæ, Stœchad. Arab. aa.* ℥j. *Fol. Roſarum rubr.* M ii. *Lauri, Majoranæ aa.* P. ii. *Meliſſæ, Menthæ, criſpæ, Roriſmarini, Serpilli cum Flor. aa.* P. i. *Sem. Coriandri præp. Nigellæ, aa.* ℈j. *Iridis Flor. Succini albi el. Raſur. Ligni Rhodii aa.* ℨii. *Caryoph. Cubebar. Macis aa.* ℈j. *Nuc. Moſchatæ Benzoes, Storacis Calamit. aa.* ℨi. *Maſtiches, Olibani aa.* ℥ß. Miſce fiat omnium Pulvis groſſus; cui pro lubitu *Moſchus & Ambra* addi poſſunt.

## Species de Gemmis Frigidæ *P. A. R.*

℞. Margarit. præp. ℨii. Spodii ex ebore, Raſuræ eboris Corallii utriusque aa. ℥ii. Flor. Roſar. rubr. ℥iß. Hiacinthi, Smaragdi, Sapphiri, Sardæ, Granati, Santali albi, rubri, citrini, Flor. Borrag. Bugloſſi, Sem. Acetoſæ, Baſilici, Been utriusque aa. ℥i. Oſſis de corde Cervi ℥ß. Foliorum Auri, Argenti aa. No. xv. *Fiat omnium Pulvis ſubtiliſſimus.*

## Species de Gemmis Frigidæ *Ph. Nor.*

℞. Eboris Spagyr. præp. ℥ß. Margarit. præp. ℥iij. Corallii utriusque ℥ii. Fragment. Hyacinthi, Smaragdi, Sapphiri, Sardæ, Granati, Santali albi, rubri, citrini aa. ℥iß. Flor. Roſarum rubr.

rubr. ℥iß. Borrag. Bugl. Bez. Occident. aa. ℥j. Fol. Auri Num. xxx. Sacchari pro lubitu.

„ *Ignorans antiquitas, Pulverem hunc de Gem-*
„ *mis Frigidum vocat inde, quod non ut Calidum*
„ *ingrederentur aromata: hinc eum commendant*
„ *in magno Febrium æſtu, & inde natis ſymptoma-*
„ *tibus, ut aliquando ſunt Syncope, Anxietates &c.*
„ *Sed veram hujus effectus refrigerantis cauſam*
„ *revera ignorarunt, neque vero ab omiſſis aroma-*
„ *tibus derivandus, ſed juxta hodierna noſtra ra-*
„ *tioni & experientiæ conſentanea principia*, vi in-
„ gredientium abſorbenti & dulcificanti adſcri-
„ bendus venit, dum vim veneri corroſivi & co-
„ agulantis deprimit, & in poros ſuos recipit
„ *effectus in corpus ceſſat, qui potiſſimum æſtu præ-*
„ *ternaturali ſe prodit, dum ſanguinis mixtura tur-*
„ *bari, & circulatio humorum, in libero ſuo motu*
„ *perturbari incipit.*

„ Et hic effectus omnibus tam Pulveribus,
„ quam Speciebus Alexipharmacis, Bezoardicis,
„ qualis item eſt Anglicus & tot alii, communis
„ & proprius eſt.

## Species de Hyacintho, *P. A. R.*

℞. Hyacinthi præp. Coralli rubri, Boli Armen. Or. Terræ Sileſiacæ ſigillatæ aa. ℥ß. Granorum Chermes, Radic. Tormentill. Dictamni albi, Semin. Citri mundati, Acetoſæ, Portulacæ, Croci, Myrrhæ, Roſarum rubr. Sandalorum omnium, Oſſis de corde Cervi, Cornu Cervi uſti, Raſuræ Eboris aa. ℈iij. Sapphiri, Smaragdi, Topazii, Margaritarum, Serici crudi toſti aa. ℈ij. Foliorum Auri Num. xx. Argenti, Num. x. Fiat Pulvis, qui com-

completus redditur per Ambræ veræ, Moſchi aa. ℈j. Camphoræ gr. v.

*Si huic compoſitioni, Syrupi è ſucco Limonum parati permiſcetur libra una, fit inde Confectio de Hyacintho liquida, vel completa vel incompleta, omiſſis vel additis Moſcho & Ambra.*

## Species de Hyacintho, *Ph. Nor.*

℞. Hyacinthi præpar. Corall. rubr. Boli Armen. Terræ ſigillatæ aa. ʒiß. Granorum Chermes, Torment. Dictamai albi, Croci, Myrrhæ, Roſarum rubr. Sandalorum omnium, Bezoar Occidental. C. C. Phil. præp Eboris Philoſ. præpar. aa. ℈iv. Sapphiri, Smaragdi, Chryſoliti, Margarit. aa. ℈ii. Fol. Auri Num. xxi. Sacchari pro lubitu.

„ *Id quod de Speciebus Gemmeis frigidis diximus & huic Pulveri ſive Speciebus applicari volumus, ex eodem enim fundamento, in morbis malignis effectum exerit, ad lipothymias arcendas, vires reſtaurandas &c.*

## Species Imperatoris P. A. R.

℞. Cinamomi opt. ʒx. Zingib. ℥j. Caryophyll. ℥ß. Galangæ, Macis, Nuc. Moſch. aa. ʒii. *Miſceantur, Completæ fiant per* Moſch. opt. ℈ß.

*Species hæ ſunt Baſis Morſellorum Imperatoris vel & Tragearum, ventriculum vulgo frigidum & humidum roborantium, & ſlatus pellentium aut diſſipantium.*

## Species *dia*-Ireos ſimpl. P. A. R.

℞. Radic. Iridis Flor. ℥ß. Specierum dia-Tragacanthi frigid. Sacchari Candi albi aa. ʒij.

*Miſce*

*Miſce. Pulvis hic ad Catarrhos in fauces delabentes, nec adeo vehementes, optime adhibetur, & quidem ab initio mali irruentis.*

## Species Lætificantes *Ph. A. R.*

℞. Meliſſæ, Cortic. Citri, Caryophyll. Maſtich. Croci, Cinamomi, Nuc. Moſchatæ, Cardam. maj. Sem. Pœoniæ, Been albi, rubri, Zedoar. Doronic. Semi. Ocymi Caryoph. aa. ℥ß. Fol. Auri num. 50. Argenti. num. 25. Miſce. Completæ fiunt, ſi additur Galiæ Moſchatæ ℨß. Moſchi ℈j.

„ *Species hæ, ut omnes aliæ & ſimiles ex aromatibus conſtantes, non huic vel illi ſaltem parti, ſed vi univerſam humorum & ſpirituum vigori reſtaurando; atque omnibus actionibus corporis invigorandis inſerviunt, atque ſic exhilarant.*

## Species Liberantes P. A. R.

℞. Radic. Tormentillæ, Semin. Acetoſæ, Endiviæ, Coriandri, Citri. aa. ʒiß. Santalorum omnium, Dictamni albi aa. ʒi. Boli Armen. præp. Terræ Lemniæ aa. ʒij. Margaritarum, Corall. utriusque, Succini albi, Raſuræ Eboris, Spodii ex Ebore, ſeu Eboris uſti, Oſſis de Corde Cervi, Beem utriusque, Doronici, Cardamomi, Cinamomi, Macis, Ligni, Aloes, Caſſiæ Lign. Croci, Zedoar. aa. ʒß. Sacchari Candi, Penidii, Serici crudi toſti, Pulv. pulveriſati, Smaragdi, Hyacinthi, Granati aa. ℈ij. Flor. Nymph. Bugl. Roſar. aa. ℈i. Miſce. Completæ fiunt additis Camphoræ gr. vii. Moſchi, Ambræ aa. gr. iii.

„ *Pompoſo nomine gaudent hæ Species, ac ſi ab*

„ *omni malignitate, in Peſte ipſa, ægrotantes libe-*
„ *randi vires obtinerent, ſed ſi ingredientia aſpici-*
„ *mus & examinamus, præter abſorbentia quæ in-*
„ *ſunt, & Camphoram, reliqua Aromata, Semi-*
„ *na item, & Flores cum Saccharo, ſane vel levis*
„ *Veneni aut malignitatis vires perdendi ſunt in-*
„ *capacia, & indiſpoſita.*

## Species *Dia*-Majoranæ *Mynſ.*

℞. Flor. Lilior. Convall. ℥ß. Herb. Majoran. cum proprio Oleo irroratæ ʒii. Ligni Aloes ponderoſi ʒj. Cubebarum opt. ℈j. Ambræ ℈ß. *Miſce fiat Pulvis ſubtiliſſimus qui, nares, ut ab humoribus viſcidis liberentur, ſtimulo opus habent, cum aliis pulveribus ſternutatoriis æquales, vires obtinet naribus attractus.*

## Species *Dia*-Margariti calidi *Avicennæ* juxta P. A. R.

℞. Margaritarum Or. Pyrethri aa. ʒj. Zingib. Maſtichis aa. ʒiv. Doronici, Zedoariæ, Semin. Apii, Cardamomi utriusque, Nucis Moſchatæ, Macis, Been utriusque; Piperis nigri, longi aa. ℥iij. Cinamomi ʒv. *Miſceantur in Pulverem.*

„ *Pulvis hic cum prioribus Speciebus ſive*
„ *Pulveribus Aromaticis pari paſſu ambulat, &*
„ *Aromatum ratione humores circulantes invigo-*
„ *rat, & vulgo calefacit, unde quicquid hinc inde*
„ *vel ſtagnat, vel lento gradu progreditur, major,*
„ *motu addito, ut propellatur ſtimulum & vigo-*
*rem*

„ *rem addit; præterea tamen præ reliqis, ut dictum,*
„ *Speciebus nil ſingularis obtinet.*

## Species *Dia*-Margariti frigidi *Ph. A. Ren.*

℞. Seminum quatuor frigidorum maj. excorticat. Portulacæ, Papav. albi, Roſar rubr. Flor. Nymph. albæ, Borraginis, Bacc. Myrti Santali albi, citrini, Ligni Aloes aa. ʒi. Corallii albi, rubri aa. ʒſſ. Margarit. Or. ℈iij. *Miſce.*

## Species *Dia*- Margariti frigidi *Ph. Nor.*

℞. Margaritarum ʒiij. Santali albi, citrini odorat. Ligni Aloes, Roſar. rubr. Flor. Nymph. Borrag Bacc. Chermes aa. ʒ1. Corallii utriusque aa. ʒſſ. Sacchari q. l. *Miſce.*

„ *Quod ſupra de Speciebus Gemmeis frigidis*
„ *diximus, & huc intellectum volo, non enim alia*
„ *ratione imbecilles roborat, aut ſyncopticos juvat,*
„ *vel tabidos, & longo morbo exhauſtos reficit,*
„ *quam acidum illud hoſtile abſorbendo, quod tot*
„ *varios & diverſos producit effectus, modo offendat*
„ *illud acidum, ſuis poris conveniens &c.*

## Species *Dia*- Moſchu dulces *Meſuæ juxta Ph. A. R.*

℞. Croci, Doronici, Zedoariæ, Ligni Aloes, Macis aa. Margarit. alb. Serici crudi toſti, Charabe, Corall. rubr. aa. ℈iiſ. Semin. Ocymi caryophyllati. Zingib. Cubebarum, Piperis longi aa. ʒiſſ. Been. albi, rubri, Folii, Spicæ Indicæ, Caryophyllorum aa. ℈j. Miſce.

 Com-

Completæ fiunt, admiſcendo Galiæ Moſchatæ ℥iſſ. Moſchi ℈ij.

## Species *dia* - Moſchu, *P. Nor.*

℞. Croci, Doronici, Zedoariæ, Ligni Aloes, Macis aa. ℥ij. Margaritarum, Succini, Corall. rub. aa. ʒiiß. Galiæ Moſchatæ, Semin. Ocymi citrati aa. ʒiß. Caſſiæ ligneæ, Caryophyllorum aa. ʒi. Zingib. Cubebarum, Piperis longi aa. ℥iß. Moſchi ℈ij. Sacchari q.l.

„ *An Pulvis hic, prout commendari ſolet ſpeci-*
„ *fice* ad effectus cerebri frigidos, *Vertiginem, Epi-*
„ *lepſiam, Melancholicam, cordis Palpitationem &c.*
„ *appropriatus exiſtat, & quid ſingularis præ reliquis*
„ *Pulveribus aromaticis obtineat, me quidem ma-*
„ *net dubium, quia, num* Doronicum *ille ſit athleta,*
„ *cui præ aromatibus id negotii incumbat, hodierna*
„ *quidem Experientia nondum docuit.*

## Species pleuriticæ. *Mynſ.*

℞. *Sulfuris ſublimati* ℥ij. *Sem. card. Marr. Bacc. Lauri excort. Viſci quercini Rad. Zedoar. olibani aa.* ℥iß. *Raſur. dentis Vearis aprugni Dent. lucii acut. Flor. papav. err. aa.* ʒj. Miſce fiat omnium pulv. ſubtiliſſimus.

Magnum ſecretum dicitur Mynſichto contra dolores pleuriticos Doſi à ʒß. ad ʒi.

## Species *dia* - Rhodon Abbatis *Nicolai* juxta P. A. R.

R. Santali albi, rubri aa. ℥iiß. Tragacanthi, Gummi Arabici, Spodii aa. ℈ii. Succi Glyzyrrhizæ, Aſari, Maſtichis, Spicæ Indæ, Cardamomi, Croci Ligni Aloes, Caryophyllorum,

rum, Cinamomi, Rhabarb. el. Semin. Berberum, quatuor. frigid. maj. Aniſi, Fœniculi, Baſilici, Papav. alb. Intybi, Portulacæ, Lactucæ aa. ℈j. Margaritarum, Oſſis de Corde Cervi aa. ℈ß. Roſarum, Sacchari Cantili aa. ℥i. ʒiij. Miſce. Completæ fieri poſſunt per Galiæ Moſchatæ ℈i. Camphoræ gr. vii. Moſchi gr. iv.

## Species *dia* Rhodon ſive de Roſis Ph. Nor.

R. Santali albi, rubri, ʒiiß. Tragacanthi, Gummi Arabici, Eboris Spagyr. præparat. aa. ℈ii. Aſari, Maſtich. Cardamomi; Liquiritiæ, Croci, Ligni Aloes, Caryophyllorum, Aniſi, Fœniculi, Cinamomi, Rhabarb. Ocymi fol. Acinorum Berberum, Margaritarum, Bezoar. Occident. aa. ℈ß. Roſarum odoratiſſ. ℥j. ʒiij. Sacchari albi q. l.

„ *Si, ingredientium exactum examen deberet* „ *inſtitui, ſane* neque omnibus Hepaticis, nec „ Phtiſicis, Ictericis vel Cardiacis aut Cœliacis, ad „ quos *affectus in ſpecie hæ Species commendari ſo-* „ *lent, conduceret, quoniam maxima cauſarum* „ *morborum horum eſt diverſitas, ad quas item* „ *diverſæ requiruntur medicamentorum diſpoſitio-* „ *nes, cum non quadrent rotunda quadratis &c.*

## Species Roſata Novella *Ph. Nor.*

℞. Roſarum, Sacchari roſati tabulati, Liquiritiæ aa. ℥j. ℈iiß. Cinamomi ℥iij. Caryoph. Zingiberis, Galangæ, Nucis Moſchatæ, Zedoar. Storacis Calam. Cardamomi, Sem. Apii aa. ʒß. Sacchari albi.

 Spe-

## Species *dia*-Tabaci *Mynſ.*

℞. Tabaci Indici cum Oleo Aniſi præpti. ℥ß. Rad. Helleb. albi, Pyrethri, Flor Lilior. Convall. aa. ʒß. Granorum Pœoniæ maris, Florum Lavendulæ, Roriſmarini, Majoranæ, Sepilli, Piperis longi, Gummi Peruviani, Agarici Troch. Galiæ Moſchatæ aa. ℈ß. *Miſce fiat pulvis.*

*Species hæ cum aliis pulveribus ſternutatoriis eundem præſtant effectum.*

## Species *dia*-Tragacanthi Frigidi *P. A. R.*

℞. Tragacanthi candidi ʒij. Gummi Arabici ʒj. ʒij. Amyli ʒß. Glyzyrrhizæ, Sem. 4. frig. maj. aa. ʒii. Papaveris albi ʒiij. Sacchari penidii ʒiij. *Miſce*: ſi cui arrideat Camphora, ejus immiſcere poterit ℈ß. *nos vero eam expunctam volumus.*

## Species de Tragacantha *Ph. Nor.*

℞. Tragacanthæ albiſſ. ʒij. Gummi Arabici ʒj. ʒij. Amyli ʒß. Liquiritiæ mundæ ʒij. Sacchari albi. *Miſce.*

„ *Uſus Specierum harum frequens eſſe ſolet „ Practicis, ad varios pectoris & pulmonum morbos, à calida & ſicca cauſa ortos, id eſt, ad acrimoniam lymphæ inviſcendam, ne Pulmones corrodat, & faucium aſperitatem moleſtam inducat, „ ſed quam irrito conatu ſæpe propinentur experientia docet, præcipue ſi malum radices egit; ubi „ lympham ſtomachalem prius aggreditur, & illam „ viſciditate ſua incraſſando, appetitum peſſundat, „ & malum malo addit.*

## Species *Dia*-Trion Santalon
## *P. A. R.*

℞. Trium Santalorum aa. ℨii. ℈ii. Rhabarbari, Spodii ex Ebore, Succi Glyzyrrhizæ, Semin. Portulacæ, aa. ℨii. Amyli, Gummi Arabici, Tragacanthi, Semin. 4. Frigid. maj. Intybi aa. ℈iv. Violarum ℥ſſ. Roſarum ad pondus omnium, id eſt, ℥iij. ℨiij. *Miſce*: Si Camphoræ ℈j jungatur, completæ dicuntur.

## Species de Tribus ſantalis
## *Ph. Nor.*

℞. Santali albi, rubri, citrini, Roſarum odoratiſſimarum, Sacchari Candi violati aa. ℨiij. Rhebarbari, Eboris Spagyr. præparati, Pulv. Liquiritiæ ea. ℨiiſ. gr. xv. Amyli, Gummi Arabici, Tragacanthæ, aa. ℨiſ. Sacchari albiſſimi.

„ *Juxta Veterum principia commendantur Species hæ, adverſus Febrium bilioſarum ardores & viſcerum fervores, præcipue in declinatione Febrium, ad reſiduum calorem extinguendum, & viſcerum tonum reſtituendum; ſed ſi in fine, cur non ab initio morbi ad calorem & ardorem reſtinguendum deberent adhiberi?* Juxta Modernorum ſane principia, nimis leves & minus appropriatæ deprehenduntur Species hæ, ad effectum à Veteribus tantopere laudatum, exſerendum. *Utpote qui Corallinis & Cancrinis ſolent tollere febrium talium reliquias &c. Quid enim Amylum, & Gummita, item Liquiritia & Saccharum, adverſus Febrium ardores? nania ſunt Veterum.*

## Species ſive Pulvis *Dia*-Turbith cum Rhabarb *Ph. Nor.*

℞. Turpethi opt. Hermodactyl. aa. ℥j. Rhabarb. ʒx. Diagrydii ʒß. Santali albi, rubri, Violarum, Zingib. aa. ℈iß. Maſtichis, Aniſi, Cinamomi, Croci, aa. ʒß. *Miſce.*

„ *Species hæ, Veteribus vel Anteceſſoribus noſtris* „ *in frequenti erant, uſui ſed cum Nos ſuccinctioribus purgantibus, tantum ſufficienter purgare poſſimus ægrotos noſtros, eviluit earum uſus.*

## Species *Dia*-Xylo Aloes P. A. R.

R. Ligni Aloes elect. Roſarum aa. ℥j. Caryophyll. Spicæ Indicæ, Macis, Nuc. Moſchatæ, Cubebarum, Cardamomi utriusque, Cinamomi, Maſtichis, Cyperi rot. Schœnanthi, Zedoar. Been utriusque, Folii, Serici crudi toſti, Margarit. Corall. rubr. Charabe, Fol. Citri, Cortic. Citri, Ocymi caryophyllati, Balſamitæ, Menthæ ſiccæ, Majoranæ; Piperis longi, Zingib. aa. ʒß. Miſce, completæ fiunt, per Galiæ Moſchatæ ʒß. Ambræ ℈iß. Moſchi ℈i.

„ *Nec ſpecies hæ quid ſingularis obtinent, quod* „ *non & aliæ ſimiles aromaticæ præſtent, ſane ſi plures ejusdem farinæ ſpecies & pulveres è Pharmacopoliis ejiceremus. publico egregie conſuleretur,* „ *& ægrotantes tot ſumptibus eximerentur.*

„ Et quæſo? *diſtinguat mihi medicus ſpecificas harum ſpecierum præ aliis* quid enim aliud „ ſunt, quam tot aromatum & vegetabilium „ &c. aromaticarum mutatæ quantitates vel „ doſes; Et ad quid? tot ſymboliſantium inutilis

„tilis farrago ulterius, quam ut oſtendat, illos qui „eas ſæpius præſcribunt, & ſelectum in illis quærunt; in medicina moderna male eſſe informatos, & phantaſmatum medicarum farragine torqueri.

## Specificum Cephalicum *D. Michels.*

℞. Cinnabaris Antimonii ſæpius per ſublimationem rectificati, vel Cinnabaris Nativæ ſelectæ ſexies vel ultra rectificatæ ℥iij. Fœcul. Pœoniæ, ℥ß. Magiſterii Epilept. ℥ß. Magiſterii Cordialis ʒij. Fol. Auri No. j. *Miſce fiat Pulvis inſignitus* Rothes Hertz- und Haupt-Pulver.

„Hic eſt *authenticus Doct. Michels proceſſus*, „quem gravice impugnat CL. LUDOVICI „*in ſua Pharmacia.*

„1. Quod plurima ingredientia ſint exiguæ „efficaciæ ſpecificæ, & prolixæ præparationis, „quibus anteferenda ſint tot alia homogenea „ſimpliciter ſaltem præparata aut lævigata, vel „ſubtiliter ſaltem pulveriſata, *cum Magiſteria* „*per Spiritus acidos ſint corroſa & alterata.*

„2. *Cinnabarin* vel ♁ii vel nativam *male* „*toties ſublimari*, ſed ſufficere nativam per lotionem ſaltem præparatam.

„3. *Cum Radicem ipſam Pœoniæ, tum mariſtum fœminæ*, etiam ad ſuperſtitionem usque „collectam, & vel pulveriſatam, vel decoctam „*non ſine tædio expectationem in curatione fallere* „obſervarit, hinc eo magis ejusdem Radicis „Fœculam ut effœtam vilipendit.

4. Nec

„ 4. *Nec magiſterium Ungulæ Alcis*, aut cor-
„ nu ejus, ſive ſimplex, ſive philoſophice calci-
„ natum *aliquid ſingularis obtinere præ Cornu*
„ *Cervi*, niſi hujus inſtar forte Diaphoreticam
„ vim obtineat.

„ 5. Neque *Cranium humanum* melioris eſſe
„ conditionis, cum *commendationes ejus maxi-*
„ *mam partem nudis transſcriptionibus innitan-*
„ *tur*, non aliter ac mulierculàrum euporiſta:
„ ſi enim unus interdum levetur tali, ſtatim ap-
„ propriatorum ſtrui adjici ſoleant. Quocunq; e-
„ nim modo, ait, quis præpararit Cranium huma-
„ num, habebit quidem inde quod ſe Diaphore-
„ ticum, rariſſime vero Antepilepticum ſiſtat.

„ 6. *Circa Magiſteria* Smaragdi, Hyacinthi,
„ Sapphiri &c. *Curioſitatem regnare*, non vero
„ efficaciam.

„ 7. *Unicornu verum*, eruditis adhuc dum
„ incertum, *Cervino Cornu nihilo valentius eſſe*.

„ 8. Et *Oſſis de corde Cervi* efficaciam à vena-
„ torum perſuaſione dependere.

„ 9. Sic & *Succinum flavum* ſaltem pulveriſa-
„ tum, *Magiſterio præſtantiorem eſſe*.

„ 10. Et *Perlarum vires* in Magiſteriis in-
„ verſas *efficaciores eſſe in Matre Perlarum*, nude
„ ſaltem pulveriſata.

„ 11. Item *Coralliorum ſimplicem pulverem* læ-
„ vigatione ſubtilitatum pridem *damnata Ma-*
„ *giſteria longe ſuperare*.

„ 12. Cum ergo fundamentum operationis
„ hujus ſpecifici dependeat à Cinnabaris & non-
„ nullorum ingredientium vi abſorbente & præ-
„ cipitante, hinc paucos ſaltem ſufficere pulveres
„ abſorbentes, vel unicum ſaltem euporiſton

cum

„ cum Cinnabari mixtum, aſſerit atque ex hoc
„ fundamento ſuum concinnat *Pulverem Epi-*
„ *lepticum* CL. LUDOVICI v. g.
℞. Pulveris Bezoardici albi ℥vi. Succini albi
præparati ℥iii. Cinnabaris Nativæ præparatæ ℈iv. Laud. opiati ℈i. Miſce.

„ *Hunc Pulverem ad motus Epilepticos, In*
„ *quietudines, Tormina, Vomitus & Diarrhæam*
„ *admodum conducere ait, ſive per ſe, ſive abſorben-*
„ *tibus vel præcipitantibus ſocietur.*

„ Cautum tamen jubet eſſe Juvenem Pra-
„ cticum, ne prius dare præcipiat, niſi ventriculi
„ viſciditate ſublata, cumalias in ventriculi te-
„ nellorum viſciditate emoriatur vis ejus, vel ſi
„ inanes vomendi conatus contingant, hoc ſi-
„ ſtendo, ſuffocationis ſymptomata inducantur.

„ Hinc *melius eſſe ait, Abſorbentia cum Sale*
„ *Volatili & Anodynis præſcribere*, cum hæc ſæpe
„ ſaburram eliminent optimo cum levamine.

Si tamen quis omnia ingredientia, Specificum D. MICHELS ingredi ſolita, tanquam neceſſaria expetit, poterit illud Specificum adornari ſequentem in modum v. g.

℞. *Cinnabaris nativæ* per lotionem præparatæ ℥iii. *Radic. Pœoniæ debito tempore collect.* & pul. ℥iß. *Ungulæ Alcis Cranii Humani, Cornu Alcis, Cervi aa.* ſubtiliſſ. limat. ℈ii. *Smaragdi præp.* ℈iiß. *Unicornu veri ſubtiliſſ. limati* ℈iß. *Succini præp.* ℈ß. *Matris Perlar. præp.* ℈ß. *Corall. rubr. præp.* ℈ij. *Granatorum, Hyacinthi, Saphiri, aa. præp,* ℈j. *Oſſis de Corde Cervi* ℈ß. *Fol. Auri* No. i. Fiat Pulvis ſubtiliſſimus.

Hac methodo omnia ingredientia, tam magiſterii Epileptici, quam cordialis, cum

Cinna-

„ Cinnabari & Radicibus Pœoniæ, debita pro-
„ portione combinata exiſtunt.

## Specificum Febrifugum *Strobelbergeri.*

Eſt *Mater Perlarum*, per horam *aqua communi cocta*, poſtea ſiccata & pulveriſata.

## Specificum Jalapinum.

℞. Jalapæ reſinoſæ p. ℥x. Cremoris Tartari, vel Tartari Vitriolati ℨiij. vel ℨß. Reſin. Jalapæ, Reſin. Scamm. aa. ℨi. Ol. Aniſi ℈j. *Miſce.*

„ *Pulvis hic purgans, omnibus Veterum*
„ *Pulveribus purgantibus palmam diſputat, & loco*
„ *eorum omnium ſufficere poſſet.*

## Sperniola Crollii

Vide

Pulvis Sperniolæ.

## Spiritus Anhaltinus *P. A. R.*

℞. Specierum Xylo Aloes ℥ii. Maſtich. Cubeb. Galangæ, Caryophyll. aa. ℨij. Cinamomi, Bacc. Lauri, Sem. Fœniculi aa. ℈iv. Croci ℈ii Thuris ℈viii. Terebinth. Venet. ℨij. per octiduum in Spir. Vini ℨxxvj. *infuſa, deſtillentur ſ. a. ex M. B.*

„ *Spiritus hic Vini aromaticus, ob partium ſua-*
„ *rum activitatem & agilitatem, tam humoribus*
„ *quam Spiritibus invigorandis, & ad motum con-*
„ *citandis, non eſt idoneus, hin in confortandis om-*
„ *nibus corporis partibus, ac ſtagnantibus hinc inde*
„ *circulantium humorum moleculis propellendis,*
*acti-*

„*actívus ſatis eſt, unde in Paralyſi, Epilepſia, A-*
„*poplexia, Vertigine &c. non contemnendus eſt e-*
„*jus uſus.*

## Spiritus *contra* Anxietates præcordiorum *Deckeri*.

℞ Extremit. Cortic. Citri recent. ℔j. Rad. Angelic. Caſſiæ lign acut. Cinamomi morſu electi aa. ℥ij. Nuc. Moſchat. ℥iß. Croci opt. ℥ß. Opii correcti ʒij. *Conciſis atque contuſis affunde* Spir. Vini opt. pint. vj. Spir. ✱ci ℥ß. *& poſt lenem digeſtionem Spiritus ſ. a. abſtrahatur, ac è fæcibus relictis paretur Extractum in dicto ſpiritu ſolvendum.*

Affundi etiam poteſt Spiritus ✱ci, Spiritui ab illis Speciebus prius abſtracto.

## Spiritus Apoplecticus externus *D. Dolæi.*

℞. *Spirit. Matricalis. Salviæ aa.* ʒiij. *Salis volat. Oleoſ.* ℥ß. Miſceantur digerendo & ſerventur.

## Spiritus Baſamicus ad conſervanda corpora *le Mort.*

℞. Spir. Terebinth. ℥ij. Myrrhæ, Camphoræ aa. ℥iij. Spir. Salis, cum Oleo Vitrioli deſt. ℥iß. Spiritus ardentis ſive Vini ſive Frumenti aut Sacchari ℔vii. *deſtillentur ad medias, vel quamdiu non lacteſcit liquor, quem ſerva. Hinc liquori Corpus immerſum tractu temporis ſummam acquirit duritiem.*

Spiri-

## Spiritus Camphoræ *Coll. Leid.*

℞. Spiritus Frumenti rectificatiſſ. ℥xii. Camphoræ ℥iij. Olei Tartari opt. calcinati ʒij. *Mixta deſtillentur ex M. B.* Spiritus prolectus *affundatur* camphoræ relictæ *& denuo deſtilletur, atque hoc reiteretur ſæpius, donec Spiritus à Camphora probe exiſtit impregnatus, quem ſerva.*

„Spiritus hic ſubtiliſſimis Camphoræ ſpiculis impregnatus revera exiſtit ſal volatile oleoſum camphoræ, hinc ad omnes affectus frigidos, ſive humores lente circulantes, utpote catarrhos, paralyſin, arthritidem, inflammationes &c. exiſtit ſatis efficax & activus. Unde &, ſi ejus parum miſcetur cum Aqua Roriſmarini, ac guttulæ aliquot naribus attrahuntur, ex tempore dolorem capitis ceſſaturum ſpondent *Collect. Leidenſia.*

## Spiritus Carminativus *Sylvii.*

℞. Radicum Angelicæ ʒi. Imperatoriæ, Galangæ aa. ʒiſ. Summit. Cent min. Fol. Roriſmarini, Majoranæ, Rutæ hortenſ. Baſilicon. aa. M. ß. Semin. Angelicæ, Leviſtici, Aniſi, aa. ℥ß. Zingib. Nuc. Moſchatæ, Maceris aa. ʒiſ. Cinamomi ʒvi. Caryophyllorum, Cortic. Aurant. aa ʒj. Bacc. Laur. ℥iij. Conciſis *& contuſis affundantur* Spiritus Vini Malvatici vel Hiſpanici ℥xxxx. *digeſtione per biduum in M. B. facta, deſtillentur ad ſiccitatem, & quod aſcendit, rurſus affundatur magmati, & per biduum digeratur, poſtea tres quartæ partes deſtillando proliciantur, & ad uſum ſerventur.*

Spi-

## Spiritus Carminativus *alias* Spiritus Nitri dulcis *Deckeri Exercitat. Med.*

℞. Radicum Angelicæ ℥ß. Fol. Menthæ criſpæ M. i. Sem. Fœnic. dulc. ʒii Carvi, Bacc junip. aa. ℥ß. Lauri ʒii. Exter Cort. Arant. Citri aa. ʒiii. Macis ʒiſſ. *Conciſis atque contuſis affunde Spir. Vini opt.* ℔ii. *Poſt ſufficientem digeſtionem, leni calore abſtrahatur* Spiritus ad uncias octo vel novem. Tumque ℞. Hujus Spiritus ℥vii. Spir. Nitri ℥iii. *Miſceantur quotidie, ter quaterve, & poſt octiduum abſtrahatur leniter deſtillando Spiritus, qui bis terve cohobetur, & ad uſum reponatur.*

## Spiritus Ceparum *Coll. Leid.*

℞. Ceparum dum frontes emittere incipiunt q. l. *Contuſis affundatur* Olei Tartari per deliq. q. ſ. *Et addatur* Spir. Vini, *ut tres digitos emineat; Stent in digeſtione, donec Spiritus flavedine tinctus exiſtit, tum deſtillentur, & Spiritus prolectus ſervetur.*

Vires Spiritus hujus Diureticæ eſſe prædicantur. Doſi gutt. x. ad xxx.

## Spir. Cochleariæ ſimplex per fermentat. juxta *Sim. Pauli.*

℞. Cochleariæ recent. q. v. *Contunde in mortario marmoreo, eamque vaſi convenienti inditam,* Aqua vix ſubtepida, vel quod melius proprio ſucco crudo irrora, in quo tantillum fermenti Cereviſiæ ſolutum eſt, conſpergeque

que raro Sale, *hæc ubi probe remixta ſunt, reponantur vaſe optime clauſo & lutato in locum ſubterraneum*, usque dum odorem acriorem ſpirant, quo obſervato, deſtillentur ex M.B.

## Spiritus Cochleariæ ſimplex absque fermentatione *Mællenbrock de Variis.*

℞. Herb. Cochleariæ recentis, ſucci plenæ, integræ & non contuſæ q. ſ. *affunde* Spiritus frumenti ſimplicis *ad medietatem, fiatque in veſica deſtillatio*; dehinc Spiritus hic prolectus recenti herbæ affundatur, idque aliquoties fiat reiterando, & deſtillando Spiritum à recenti herba, qui tandem ſervetur uſui.

Specificus prædicatur in Scorbuto, nec non imbecillitate Ventriculi, conducit etiam in Corpulentia nimia, & datur à gtt. 10. ad 2.. & 30. in quovis vehiculo.

## Spiritus Convulſivus ſive Topicus *Geilfuſii Senioris.*

R. Fol. Roriſmarini, Majoranæ, Origani, Salviæ, Bethonicæ, Sabinæ, Rutæ, Scordii, Cochleariæ, Naſturtii, aquat. Summitat. Pini, Juniperi aa. M. j. Spicæ, Liliorum Convall Hyperici aa. M. iſſ. Caſtorei ℥vi. Lumbricorum terreſtrium ℥ii. Cubebarum, Cardamomi, aa. ʒiii. Nuc. Moſchat. ʒiiſſ. Maſtichis ʒii. Theriacæ ℥j. *Inciſa & contuſa infundantur* in Vini generoſi ℔v. & Spir. Vini ℔ii. *Poſtea deſtillentur, & Spiritus prolectus ſervetur, in quo tempore uſus diſſolvatur aliquid* Camphoræ.

Uſus

Uſus hujus Spiritus internus & externus eſſe poteſt, & ejus vires concordant cum viribus Spiritus Anhaltini, quem vide.

## Spiritus Epilepticus *Coll. Leid.*

℞. Fol. & Flor. Lavend. Roriſmarin. Majoran. Salv. aa M ij. Caſtor. ℥ij. Camph. ʒij Salis Armon. ℥iv. Sal. Tart. ℥iij. Spir. Vini ℔vi. ▽ Lavend. q. ſ. *ut ei ſimplicia innatare queant, poſt trium vel quatuor dierum digeſtionem deſtillentur, donec* ℔iii. *prodierunt* Spiritus, *cui adde* Olei Sem Rutæ gtt. xxx. Succini rectif. gtt. xx. Macis, Juniperi aa. gtt xxxx. *Miſce & ſerva.*

*Eſt Sal volatile oleoſum penetrantiſſimum, inſignium virium ad omnes morbos convulſivos & ſpaſmodicos, tam interne Doſi gtt. x. ad xx. vel ultra propinatus, quam in Paroxyſmo naribus externe applicatus.*

## Spirit. Hyſtericus *mihi uſualis.*

R. Gummi Galbani ℥ii. Aſæ fœtidæ ℥j. Caſtorei ℥ß. Camphoræ ʒij. Spir. Vini rectif. ℔j. *Infuſa leni igne ex arena deſtillentur.*

## Spiritus Matricalis.

R. Maſtichis, Myrrhæ, Thuris, Succini aa. q. l. affundatur eis Spiritus Vini q. l. *& deſtillentur, ac prolectus Spiritus uſus aſſervetur.*

## Spiritus anti-Scorbuticus *Deckeri.*

℞. Rad. Angel. ℥ii. Polypodii querc. Raph. ſylv. aa. ℥iß. Fol. Coch. M. iv. Naſturtii hortens,

Becabungæ, aa. Mii. Rutæ Salviæ aa Miß. Sem Aniſi ℥iß. Cinamomi, acuti, Zingib. albi. Cort. Citri extim. aa. ℥j. *Conciſis & contuſis affunde Vini opt. Stob.* iß. *Et leni calore ex arena vel M. B. abſtrahatur Spiritus*, magnæ adverſus Scorbutum efficaciæ.

## Spiritus Theriacalis Camphoratus *Ph. A. R.*

R. Spir. Vini opt. rect. ℥xx. Theriacæ Androm. veteris ℥v. Myrrhæ rubr. ℥iiß. Croci Auſtr. ℥ß. *octiduana digeſtione peracta deſtillentur ex M. B. roſtro alembici impoſitis* Camphoræ ʒii.

## Spiritus Theriacalis Camphoratus Ph. Nor.

R Theriacæ Andromachi veteres ℥v. Myrrhæ rubr. ℥iiß. Croci Auſtr. ℥ß. Camph. ʒii. *Contuſis, conciſis, & invicem mixtis affundantur* Spir. Vini rectif. ℥xii. *Stent per triduum in digeſtione, poſtea leni M. B. calore deſtillentur.* Poſtea ex reſiduo ad lubitum, cum recentis Spiritus Vini q. ſ. extrahatur Eſſentia, ſeorſim aſſervanda.

## Spiritus Theriacalis Camphoratus *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Theriacæ Andromachi* ℥x. *Myrrhæ rubr.* ℥v. *Croci Or.* ℥i. *Spir. Vini rectif.* ℔ii. Stent vaſe exacte clauſo loco tepido triduum, tum è cucurbita addita *Camphoræ* ℥ß. impoſitoque alembico, & juncturis exacte clauſis deſtillentur è B. M. omnes Spiritus, igne ſucceſſive exacto.

Spiri-

## Spir. Vini Abſinthites Ph. A.R.

℞. Abſinthii vulgaris floridi q. l. *Superfundatur* Sp. vel Vini vel Frumenti, *ut digiti unius latitudinem ſupernatet, hinc maceratione octiduana peracta ex M. B. evocetur Spiritus*; remanentia vero filtrata ad extractum inde parandum inſerviat.

*Hac methodo & aliarum Herbarum Spiritus*, utpote Cochleariæ, Liliorum Convall. Lavendulæ &c. *confici ſolent.*

Ad Empyrevma vero evitandum, nonnulli antequam Spiritum deſtillant, aliquid Aquæ addunt, ne ad ſiccitatem omnem liquorem abſtrahere neceſſe habeant.

## Spir. Vini Aniſatus *P. A. R.*

℞. Seminis Aniſi contuſi ℔ß, Spir. Vini Menſ j. *Macerentur per octiduum, poſtea deſtillentur ex M. B.*

Juxta hanc normam, & aliorum Seminum, utpote Fœniculi Cervi &c. Spiritus parari poſſunt.

## Suffitus Cephalicus P. A. R.

℞. Benzoi ℥iß. Styracis Calamitæ, Succini citr. Maſtich. aa. ʒj. Olibani, Myrrhæ aa. ℥vi. Ligni Aloes, Caryoph. aa. ℥iß. Flor. Roſar. rubr. ʒvi. Lavendulæ, Cort. Citri ſicc. aa. ℥iii, *Craſſiuſcule contuſa Miſce.*

## Suffitus Communis P A. R.

℞. Bacc. Juniperi, Raſuræ Succini citrini aa. ℥iij. Flor. Roſarum rubr. ʒiß. Styracis Calam. ʒiß.

 Ligni

Ligni Juniperi ℥ix. Maſtichis, Sandarachæ aa. ʒx. Olibani ʒvi *Miſce fiat Pulvis craſſiusculus.*

## Suffitus Delicatus *P. A. R.*

℞. Benzoi electi ℥iß. Styrabis Calamitæ ʒvi. Ligni Aloes ʒij. *Miſce fiat Pulvis craſſiusculus.*

## Suppoſitoria P. A. R.

℞. Specierum Hieræ picræ ℥iß. Colocynthid. pulv. ʒvi. Helleb. albi pulv. ℥j. Salis communis ʒiij. Farinæ Frumenti ʒxviii. cum vitellis Ovorum & Mellis deſpumati q. ſ. *fiant Suppoſitoria.*

Utimur his nonnunquam ad ſedes moram nectentes, evocandos, ſed cum nimium ſtimulent, non applicentur illis, qui hæmorrhoidibus ſunt obnoxii, cum his ſufficere poſſit Suppoſitorium ex Sapone ſaltem confectum, vel & Globulus ex Saccharo moſchatus.

„ Mynſichtus *& alii Suppoſitoria excogitarunt „ ad varios affectus, videlicet Carminativa, Dyſenterica, Anodyna, Epileptica Apoplectica &c. „ ſed nugæ ſunt, cum ab extra omne recto inteſtino „ immiſſum, immediate illud ad excretionem ſtimulet, neq; vero ingredientium talium minimum „ quid intra inteſtina prout deberet amittatur, taceo quod locum affectum attingere debeat.*

## Syrupus de Abſinthio *P. A. R.*

℞. Abſinthii Pontici ſive Romani ℔ß. Roſarum rubr. ℥ij. Spicæ Indic. ʒiij. Succi Cydoniorum ℔iij. & ℥iij. *Macerentur in vaſe fictili, 24. horis, tum coquantur & exprimantur,*

*Cola-*

*Colaturæ vero addantur Sacchari* ℔ij. *& fiat ſ. a. Syrupus.*

„ *Commendari ſolet Syrupus hic ad ventriculi*
„ *imbecillitatem, appetitam dejectum, flatus diſcu-*
„ *tiendos &c. Sed cum Saccharum potiores ingre-*
„ *dientium vires invertat, & præterea etiam alia*
„ *dentur ex Abſinthio remedia, quibus certius &*
„ *efficacius inſtrumentorum digeſtionis primæ vi-*
„ *tia, imbecillitatem nimirum ventriculi, appeti-*
„ *tum dejectum, flatus &c. corrigimus; hinc opti-*
„ *me Syrupo hoc vel ſimili carere poſſunt Pharma-*
„ *copolia moderna, niſi aliquando ad Electuaria*
„ *Febrifuga combinanda hoc quis uti velit.*

## Syrupus Acetoſæ *P. A. R.*

℞. Succi Acetoſæ depurati ℔iij. Sacchari clarificati ℔iiß. *Coquantur ad Syrupi conſiſtentiam.*

## Syrupus Acetoſellæ P. A. R.

℞. Succi Acetoſellæ depurati ℔ij. Sacchari clarificati ℔j. *Coquantur in Syrupum.*

Succi hi, ut & omnes alii, depurantur per ſenem triduanam digeſtionem.

„ *Commendari ſolent hi Syrupi ad reprimen-*
„ *dum Febrium ardentium ardorem, & viſcerum*
„ *igneum calorem, ſed cum cauſa ſublata tollatur*
„ *effectus, tales vero Syrupi eam hic minime attin-*
„ *gant hinc aliis pharmacopœarum ſuperfluis me-*
„ *rito nos illos adnumeramus.*

## Syrup. Adiantinus *Fernelii* juxta *P. A. R.*

℞. Adianti albi ſive Rutæ murariæ M. iij. Adianti nigri ſive Capillorum Veneris vulgaris,

id eſt, Polytrichi aurei, Saxifragiæ, Betonicæ, Pimpin. aſplenii aa. M. ij. Coquantur ex Aquæ ℔ viij. usque dum ad ℔ v. redeant, in Decocto expreſſo ſolvantur Sacchari albi ℔ iv. Mellis optim. deſpumati ℔ß. *fiat ſ. a. Syrupus.*

„ *Juxta veterum principia, cuivis incipienti*
„ *morbo prædicatur conveniens, cum incidat & detergat. Sed cum Decoctum per ſe, antequam Saccharum accedit, tantas vires haud obtineat, ac præterea quicquid virium continet, Sacchari ad-ulteratur & obtunditur, hinc & hoc Syrupo, præcipue cum magis valida obtineamus incidentia, carere omnino poterit moderna Praxi Medica.*

## Syrupus de Agreſta P. A. R.

℞. Succi ex Uvis immaturis expreſſi, Agreſtæ dicti, & depurati ℔ v. Sacchari clarificati ℔ iij. *Coquantur in Syrupum.*

*Adſtringere, refrigerare, ſitimque ſedare ſolet Syrupus hic, ut omnia acida & auſtera, hinc in Julepis locum quidem habet, ſed cum & hi in uſu eſſe deſiderant, vel non niſi ſanis conducere queant &c. hinc modernis Practicis rariſſimus eſt uſus Syrupi hujus.*

## Syrupus de althea *Fernelii* juxta *P. A. R.*

℞. Radic. Altheæ ℥ ij. Graminis, Aſparagi, Glyzyrrhizæ, Uvarum paſſarum mundatarum aa. ℥ iß. Cicerum rubrorum ℥ j. Cymarum Aſparagi, Malvæ, Helxines, Pimpinellæ, Plantaginis, Adianti albi & nigri aa. M. j. Sem. 4. frig. maj. & min. aa. ℥ iii. Inciſa coquantur ex Aquæ libris novem, usque dum quatuor ſuper-

ſuperſint, deinde cum Sacchari albi ℔iii. *fiat ex arte Syrupus.*

„ *Neque Syrupus hic id præſtat, ad quod tan-*
„ *topere laudatur, nimirum ad viſcidam & ob-*
„ *ſtruentem Renum ſaburram cum ſanie & arenu-*
„ *lis expurgandum & ardorem Urinæ demulcen-*
„ *dum, ſane ſi ipſum ſpecierum Decoctum cederet*
„ *in uſum, effectum tantum vix præſtaret, quid ergo*
„ *præſtabit Sacchoro adulteratum?*

## Syrupus Anagallidis Ph. A. R.

℞. Succi ex herba Anagallidis flore phœniceo expreſſi & depurati ℔iij. Sacchari clarificati ℔ii. *Coquantur in Syrupum.*

„ *Commendatur Syrupus hic ad Infantum*
„ *tormina, & Maniam; affectus ſane multum in-*
„ *ter ſe differentes, ſed neque de hoc, vel illo effectu*
„ *Modernorum Practicorum experientia quid teſta-*
„ *tur, adeo ut ſuperfluis adnumerari optimo jure*
„ *queat.*

## Syrupus de Arthemiſia Ph. A. R.

℞. Herb. Arthemiſiæ M. ij. Pulegii, Meliſſophylli, Dictamni Cret. Sabinæ aa. M. j. Flor. Hyperici M. ß. Radic. Rubeæ, Ruſci aa. ℥ii. Sem. Nigellæ ℥ß. Caſſiæ ligneæ ℥j. Sacchari albi ℔ij. cum Aquæ fontanæ ℔v. *Coquantur ſ. a. in Syrupum.*

„ *Menſium obſtructionibus, partui difficili &*
„ *uteri ſuffocationi mederi dicitur Syrupus hic. Sed*
„ *cum etiam validiſſima ſæpe fallere ſoleant in hoc*
„ *caſu, tam Medicum quam Ægrotantem, quid*
„ *præſtabit Syrupus hic, præcipue cum ejus ingre-*
„ *dientia ſint talia qualia, quibus plura alia in hoc*
„ *affectu dantur magis efficacia.*

## Syrupus Berberum *P. A. R.*

℞. Succi Berberum depurati ℔ii. Sacchari ℔iſs. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Ejusdem eſt ſortis, tam ratione uſus quam effectus, cum Syrupo de Agreſta.

## Syrupus de Betonica ſimplex *Ph. A. R.*

℞. Succi Betonicæ depurati ℔iii. Sacchari clarificati ℔iſs. *coquendo fiat Syrupus.*

„ *Cum Betonica prædicatum ſibi vindicet,*
„ *quod ſit ex Cephalicis ſatis famoſa, hinc & Syru-*
„ *pum ex ea confectum ſimiles obtinere vires credi-*
„ *derunt Veteres; ſed ô miſerum Medicinæ ſtatum,*
„ *ſi ad affectus capitis nullus fortior daretur athleta*
„ *Syrupo hoc, ſane ſimplici & nullius momenti.*

## Syrupus de Borragine P. A. R.

℞. Florum Borraginis recentium ℔vi. Aquæ fontanæ puræ calent. q. ſ. Fiat infuſio 24. horis, poſtea exprimantur, & colaturæ ℔v. addantur Sacchari ℔iiſs. *& coquantur ſ. a. ad formam Syrupi.*

„ *Melancholicis & Maniacis, imo animi*
„ *defectionibus & cordis palpitationi obnoxiis,*
„ *commendari ſolet Syrupus hic, aſt meo quidem*
„ *experimento in vanum, qui etiam Generoſioribus*
„ *omnino medicaminibus ſæpe cum aliis contrarium*
„ *obſervavi.*

## Syrupus Cardiacus *Ph Nor.*

℞. Vini Generoſi ℔. ▽ Roſarum ℥iiß. Cinamomi ʒj. Caryophyll. ʒß. Zingib. ℈j. deſtillentur ex M. B. ℥iij. Reſiduum expreſſum & cola-

colatum coquatur cum Sacchari ℥vj. ad tabulati conſiſtentiam, cuidem reddatur ſpirituoſum prius abſtractum, ſuperadditis Moſchi gr. iv. Ambræ gr. ij.

„ *Syrupus hic forte ad edulcorandum & inde*
„ *conficiendum Vinum Hippocraticum melius con-*
„ *ducibilis videtur, ac ſi per ſe ad cor roborandum*
„ *exhiberi deberet.*

## Syrup. Cardui Benedicti P. A. R.

℞. Succi Cardui benedicti depurati ℔iii. Sacchari clarificati ℔ii. *fiat coquendo Syrupus.*

„ *Eandem meretur cenſuram Syrupus hic,*
„ *ac ille de betonica ſimplici; cum enim herba vulgo*
„ *ad pleuritidem habeatur euporiſta, etiam alia ex*
„ *ea parato id nomen mereri credunt ſed fallunt &*
„ *falluntur.*

## Syrup. *anti*-Cauſodicus P. A. R.

R. Mellis clarificati ℥xvj. Succi Sempervivi maj. ℥iv. Succi Cancrorum fluviatil phlegm Vitrioli aa. ℥ß. Aceti Roſacei ℥iij. *coquantur ſ. a. ad juſtam conſiſtentiam.*

„ Ex plurimis aliis laudem meretur hic Sy-
„ rupus ad æſtum febrium continuarum & alia-
„ rum reſtinguendum, non tam interne propina-
„ tus, quam ad linguam humectandam, & aſpe-
„ ram ac æſtuantem leniendam, in ore deten-
„ tus, & ad os eluendum cum Aqua remixtus &
„ adhibitus.

## Syrupus Ceraſorum Acidorum *Ph. A. Ren.*

℞. Succi Ceraſorum acidorum per reſidentiam defæ-

defæcati ℔vj. Sacchari clarificati ℔iij. fiat Syrupus.

,, *Ad Vinum Ceraſorum conficiendum ſatis*
,, *aptus & bonus exiſtit ſyrupus hic, atque ſatis præ-*
,, *bet potum ſatis gratum; an vero per ſe bilis ſero-*
,, *ciam temperet, vel febrium incendia reſtinguat,*
,, *dubitare facit Saccharum additum &c.*

## Syrupus de Chamæmelo compoſitus Ph. Nor.

℞. Radicum Liquiritiæ, Altheæ Malvæ aa. ℥i. Saxifrag. Petroſ. aa. ℥ß. Chamæmeli odoratiſſimi ℥iß. Florum Malvæ, Altheæ aa. ℥ß. Bacc. juniperi, Aſparagi aa. ʒiß. *Decoquantur omnia in ſ. q. Aquæ fontanæ & colentur; Colaturæ addantur* Sacchari opt. ℔iij. Spir. Chamæm. ℥ß *& fiat ſ. a. Syrupus.*

,, Qui in colica, nephritica & affectibus Hy-
,, ſtericis non contemnendi affectus eſſe prædica-
,, tur, *ſed omiſſis magis demulcentibus & anodynis;*
,, *tantum præſtabit, ut Syrupi omnes alii alterantes,*
,, id eſt, nihil: ubi vero medicamen aliquod in
,, hoc malo eſſet edulcorandum, non inconve-
,, niens poſſet eſſe ejus uſus loco Sacchari.

## Syrup. de Cichor. cum Rheo P. N.

℞. Fructuum Alkekengi, Radicum Liquiritiæ aa. ʒvi Fœniculi Apii, Aſparagi, hordei non excort. aa. ßii Cichori M. iij. Taraxaci M. ii. Sonchi lævis, Lichenis petræi, Chondrillæ, Lactucæ, Fumar. Lupulorum, aa. M. j. Capil. Veneris, Cuſcutæ, Ceterah, Trichomanes, Rutæ murariæ aa. ʒvi. *Coquantur in* Aquæ q. ſ. *hinc clarificentur & colentur ad reſidentiam* ℔vi. *deinde cum* Sacchari clarificati ℔iv. *fiat Syru-*

*Syrupus. Poſtea pro qualibet libra hujus Syrupi* ℞. Rhabarb. opt. ʒß. Spicæ Nardi ℈ij. in Aqua Cichori *cui unum* aut, alterum granum Salis Tartari *immiſtum fit; per digeſtionem extrahatur* Tinctura Rhabarbari, *quæ huic Syrupo ſeorſim admiſceatur.*

„ *Syrupus hic alias ſatis eſt famoſus & frequens, ac Practicis adhuc hodiernis uſualis, cum leniter alvum laxet; ſed an ad Cachexiam affectionem Hypochondriacam, Icterum, Hepar obſtructum &c. tantopere prout commendari conſuevit conducat, & tanta mala tollere aptus exiſtat, hodierna experientia etiam exercitatorum Practicorum nondum innotuit; & an ob energiam laxantem in Pharmacopœis tolerari debeat, cum meliora & magis concinna proſtent laxantia, ſanioribus dijudicandum relinquo.*

## Syrupus de Cinamomo P. A. R.

℞. Cinamomi opt. craſſiuſcule pulveriſati ℥v. *Ponantur in cucurbitam vitream addanturque* Aquæ Cinamomi opt. cum vino deſtillatæ ℔ii. Aquæ Roſarum odoratiſſ. ʒii *ſtent in loco calido, vaſe bene obturato, ne quid exſpiret 24. horis, deinde filtrentur, atque cum Sacchari albi clarificati*, & ultra conſiſtentiam tabellarum cocti q. ſ. *fiat ſ. a. Syrupus.*

Qui ad edulcorandas Aquas confortantes, ſtomachales, cordiales &c, ſatis exiſtit aptus, & delicatus.

## Syrupus Corallorum Ph. Nor.

℞. Salis Corallorum ℥ii. Succi Berberum depurati ʒvi. Sacchari albi ℔i. *fiat ſ. a. Syrupus;* qui

qui ad fluorem Hepaticum, Dyſenteriam, Lienteriam &c. prodeſſe dicitur.

„ *Mihi & aliis Practicis acida in his morbis* „ *ſunt ſuſpecta; propterea nos tali Syrupo carere* „ *optime poſſumus.*

## Syrupus Corticum Aurantiorum Ph. A. R.

R. Corticum Aur. recent. & extimorum ℥vj. Vini albi optimi Neccarici ℔j. *Macerentur 24. horis in loco calido, vaſe probe obturato, poſtea decantetur vinum. filtretur & cum* Sacchari clarificati, & ultra conſiſtentiam tabellorum cocti q. ſ. permiſcendo *fiat Syrupus.*

„ *Ratione Corticum Aurantiorum quidem* „ *ventriculum vulgo frigidum roborare, ac flatus* „ *diſpellere ſatis idoneus eſſet, ſed Saccharum ad-* „ *ditum vires caſtrat; hinc cum Eſſentia Corticum* „ *dictorum vires magis genuinas exſerat, Syrupo* „ *hoc carere optime poſſunt pharmacopeæ moderni,* „ *niſi quis ad edulcoranda alia magis generoſiora* „ *eum neceſſarium putet.*

## Syrup. Corticum Citri *Ph. Nor.*

R. Corticum Citri recent. & extim. ℔j. Granorum Chermes ℥ij. Vini generoſi ℔iiß. *Poſt unius vel alterius diei digeſtionem fiat abſtractio in M. B. juncturis probe clauſis, ad Aquæ lacteæ exitus finem. Hoc facto* Cortices cum Granis chermes in cucurbita relicti, coquantur in ℔ii. vel iii. Aq. ſimpl. ad remanentiam ℔j. *Decoctum clarificatum cum* Sacchari ℔ij. *coquatur ad Tabulati conſiſtentiam, cui ſuperioris ſpirituoſæ Aquæ q. ſ. addatur, & ſola diſſolutione paretur Syrupus juſtæ conſiſtentiæ.*

Applico

„ *Applico huic quod de præcedenti ſyrupo di-*
„ *ctum. Nos ſane in tanta generoſiorum remedio-*
„ *rum abundantia non indigemus illo Syrupo.*

## Syrupus Cydoniorum
### Ph. A. Ren.

℞. Succi Cydoniorum depurati ℔iij. Sacchari albi clarificati ℔ iß. *fiat Syrupus*, qui ad nauſeam, imo vomitum ſiſtendum, & alvi fluores ſedandos, vulgo prædicari ſolet;

„ *Sed in tanta meliorum & certiorum, ad af-*
„ *fectus prædictos, abundantia, illi non niſi minus neceſſario, relinquitur locus.*

## Syrupus Diaſereos *P. Nor.*

℞. Radicum Polipodii q. rec. ℥j Liquiritiæ ʒvi. Apii Fœniculi, Aſparagi aa. ℥ß. Endiv. Cichorii aa. M. iij. Rutæ murariæ, Capill. Veneris, Agrimoniæ. Aſplenii, Lupuli, Fumariæ, aa. M. ß. Cuſcutæ iij. Hordei non excort p. ij. Florum Borrag. Buglоſſ. Violarum aa. p. j. *Decoquantur omnia in Aqua ad tertias ſimiliter* ℞. Uvarum paſſarum ℥j. Myrobalan. Chebulorum, Citrinorum aa. ℥ß. Granorum Haliacacabi ʒiij. Prunor. Damaſcen. No. xx. *Coquantur itidem in Aquæ puræ q. ſ. ad libras quatuor. Deinde* ℞. Rhabarbari el. ℥iiß. Agarici albi ℥j. Sem. Cnici, Fol. Senæ aa. ℥iß. Zingib. ʒj. *infundantur in* Aqua Cichorei, *& ſtent in digeſtione 24. horis, poſtea decoquantur calore leni vaſe bene cooperto. Tandem confuſis hiſce tribus decoctis & cum albumine ovi clarificatis, addantur* Sacchari optimi ℔ij. Syrupi Roſarum ſolutivi ℥iij. *& denuo*

*coquan-*

*coquantur modice ad debitam conſiſtentiam af.* fuſa Aquæ Cinamomi ℥ß. *fiat Syrupus.*

*Hic apud veteres maxima erat in exiſtimatione, qui ei ad obſtructiones viſcerum reſerandas Cachexiam Hydropem, Icterum &c. depellendum, ingentes adſcribere ſolebant vires, ſed præter vim laxantem nos in eo nil ſingularis deprehendentes, eum ex Pharmacopœis ejiciendum cum aliis ſimilibus cenſemus.*

## Syrup. Domeſticus de Spina Cervina Ph. A. R.

℞. Bacc. fruticis illius, quem Spinam Cervinam vocamus, *circa finem Septembris, vel initio Octobris collectarum* q. l. *prius calefactæ contundantur in Pila Lapidea, poſtea exprimendo colentur. Succus expreſſus coquatur leni igne, donec quarta pars abſumatur.* In hujus Decocti colati ℔ii. *ſolvantur* Sacchari ℥vx. *Clarificentur & coquantur, donec Syrupi bene cocti conſiſtentiam acquirant, in fine adjiciendo* Aniſi, Maſtichis aa. ℥iii. Zing. Cinamomi, Caryophyllorum aa. ʒß. *& fiat ſ. a. Syrupus.*

*Præter vim laxantem, neque hic* Syrupus *prærogativam præ alio obtinet; hinc ſuperfluus ac minus neceſſarius adſcribendus venit, cum alia dentur purgantia magis polychreſta.*

## Syrupus de Endivia compoſitus P. N.

℞. Endiviæ recentis, M. ij. Borrag. Scariolæ, Hepaticæ, Bugloſſi, Meliſſæ, Lactucæ, Eupatorii aa. Mii. Santali albi, rubri aa. ʒi. Florum cordia-

dialium aa. ℥ii. *Coquantur ſ. a.* in ſ. q. Aquæ: *deinde colentur & colaturæ addantur* Succi Endiviæ depurati ℔ij. Vini Granatorum ℥iij Saccari albi ℥iv. *fiat ſ. a. Syrupus.*

*Sane ſi ullus Syruporum inutilium numero venit accenſendus, hic eſt, quippe ſi quis vel Endiviæ vel Lactucæ integrum comederet plauſtrum, tamen ſanus, ſe parum alteratum ſentiet; & ſi ægrotus Succi hujus vel illius integram potaret amphoram, tamen viſcerum intemperiem calidam minime tollet, utpote ab obſtructione potiſſimum dependentem, præcipue ſi ſuccum Saccharo alteratum & in Syrupum redactum, in uſum ducit.*

## Syrupus de Eryſimo *Ph. Nor.*

℞. Eryſimi vulgaris totius recentis M. vi. Radic. Helenii, Tuſſilaginis, Liquiritiæ aa. ℥ij. Borrag. Cicchorii Capill Veneris aa. M. iß. Florum Cordialium, Anthos, Stœchadis aa. M. ß. Semin. Aniſi ʒvj. Paſſularum mundat, ℥vi. *Inciſis & contuſis fiat ſ. a. Decoctio in hydromellitis & ſucci Eryſimi* aa ℥vi. Aquæ hordei q. ſ. *exprime & in colatura diſſolve* Sacchari ℔ij. *ac fiat ſ. a. Syrupus.*

„ Syrupus hic in ſpecie commendari ſolet „ ad Raucedinem, an ratione ſolius Eryſimi vel „ adjuvantium, hic non decidam, cum tamen „ omnia Saccharata pectori non inimica deprehendantur, utpote acrimoniam lymphæ oblinentia, & compingendo ad meliorem expectorationem diſponentia, hinc tam Syrupus „ de Eryſimo quam alii pectorales tolerari adhuc poſſunt.

bellarum conſiſtentiam cocti ℔iij. *ſ.a. in Syrupum miſcendo.*

Si loco ſucci Limonum ſumitur ſuccus Citri vocatur Syrupus Acetoſitatis citri, & mitior eſt Syrupo de Limonibus.

*Ratione Virium cum Syrupo de Berberibus, de Agreſta & ſimilibus acidis, admodum convenit, & easdem Vires poſſidet, ut alia acida Sacchare oblinita.*

## Syrupus de Liquiritia P. A. R.

℞. Liquiritiæ ℥ij. Capil. Veneris ℥j. Hyſſopi ℥ß. Aquæ ℔iv. *Species prædictæ in aqua prius ferveſacta 24. horis macerentur. Poſtea ad dimidias coquantur: colaturæ addendo* Mellis deſpumati ℥viij. Sacchari albi ℥xvi. Aquæ Roſarum ℥vj. *Et fiat ſ. a. Syrupus.*

Qui cum aliis Pectoralibus æquales Vires obtinet.

## Syrupus de Manna Ph. Nor.

℞. Radicum Polypodii ℥vi. Iridis Florent. Liquiritiæ aa. ℥ß. Paſſularum min. ℥iij. Caricarum No. vj. Dactylorum No. viij. Florum Borrag. Bugloſſ. Violarum aa. P. i. Foliorum Senæ, ſine ſtipit. ℥iß. Cinàmomi ʒß. *Miſceantur* cum Aquæ Mulſæ ℔iv. *Coquantur ad conſumptionem* ℔j. *& in Colatura ſolve* Mannæ Calabrinæ ℥iij. Sacchari ℥vi. *Lento calore*

*calore reducantur in conſiſtentiam Syrupi: addendo* Aquæ Cinamomi ℥ij.

*Syrupus hic vulgo pueris ad alvum laxandam deſtinatur; aſt idem melius præſtat parum jalappæ cum modico Cremoris Tartari & C. Cervi Phil. præpar. extemporanea mixtura concinnatum, ut non opus ſit tanto apparatu ad alvum infantum turbandam.*

## Syrupus Maſtichinus *Ph. Nor.*

℞. Aquæ Maſtichinæ ℔j. Sacchari ad conſiſtentiam Tabulati inſpiſſati ℔ij. *Miſce, fiat ſ. a. Syrupus.*

*Cum idem præſtet Aqua Maſtichina, ex tempore ſaltem pauco SacchSaccharo edulcorata, hinc nec ad vomitum vel nauſeam compeſcendam, Syrupo hoc indiget apparatus Pharmaceuticus, alias tot inutilibus oneratus.*

## Syrupus è ſucco Meliſſophylli P. A. R.

℞. Succi Meliſſæ citratæ veræ ℔iii. *Abſtrahantur leni calore arenæ* ℥vi. *In remanentia ſolvatur* Sacchari albi ℔iß. *Clarificetur cum albumine ovi, & ad debitam conſiſtentiam coctis, addita aqua per deſtillationem abſtracta, fiat ſ. a. Syrupus.*

Eadem methodo ex Succo Menthæ fit Syrupus.

*Sed etſi Syrupi hi ratione ſucci ingredientis*

 *non*

*non ſint rejiciendi, tamen Sacchari ratione vires genuinas exerere haud poſſunt, propгабтereaque labor eſt inanis & nullius valoris, niſi loco Sacchari ad edulcoranda alia medicamenta expetatur Syrupus talis.*

## Syrupus Myrtinus compoſitus P. A. R.

R. Baccarum Myrti ℥iiß. Semin. Sumach, Flor. Balauſt. Roſarum rubr. Santali albi, rubri, Berberum aa. ʒxv. Meſpilorum ℥vj. Succi Pomorum agreſtium, Cydoniorum aa. ℔ß. *Coquantur omnia* cum Aquæ fontanæ ℔viij. *ad medias; colentur, & cum* Sacchari ℔iii. *Fiat ſ. a. Syrupus.*

*Ad hæmorrhagiam, hæmoptiſin, menſes immodicos, ac vomitum compeſcendum quidem commendatur Syrupus hic, ſed cum generoſioribus aliis ſæpe fruſtra tentetur talium ſymptomatum mitigatio & curatio; hinc in leviori ſaltem, & absque medicaminibus curabili ſimili malo forte, locus ei eſſe poſſet.*

## Syrupus de papavere ſimplex Ph. A. Ren.

R. Capitum Papaveris albi & nigri recent. cum Seminibus aa. ℥viiß. Aquæ pluviæ ℔viii. *Decoquantur ad remanentiam* ℔iß. *cui addantur* Sacchari albiſſ. ℥viii. *Ac fiat ſ. a. Syrupus.*

Qui

Qui ad defluxiones vulgo vocatas, tenues & acres ad pectus ruentes, conducibilis eſſe prædicatur, hinc Tuſſim ſedare, raucedinem lenire, & vigilias demulcere dicitur.

*Sed cum unicum Opii granum tantum præſtet, ac integra Syrupi hujus uncia, hinc eo optime carere poſſumus.*

## Syrupus de Pede Cati *Ph. Nor.*

℞. Dactylorum mund. Ficuum recent. Paſſularum enucl. Jujubarum, Sebeſten aa. ℥iv. Ungulæ Caballinæ, Pulmonariæ maculoſæ, cum floribus aa M.ij. Pedis Cati, Ceterach aa. M. j. Liquiritiæ raſæ, ℥j. *Fiat decoctio in ſ.q.* Aquæ font. Cujus ℔ii. *cum pari pondere* Sacchari *in Syrupi formam redigantur.*

*Cum omnes Syrupi Pectorales in genere ad expectorationem promovendam commendari ſoleant, hinc nec ullus præ alio quid ſingularis obtinet, & unicus ſaltem ex omnibus ſufficere poteſt.*

## Syrupus de Polypodio compoſitus Ph. Nor.

℞. Radicum Polipodii electi ℥iij. Cichorii ℥ij. Buloſſi ℥iß. Liquiritiæ recent. raſæ, Iridis Illyr. Lapathi acuti, Corticum citri recent. ſiccat. aa. ℥j. Herb Fumariæ, Cuſcutæ, Ceterach, Linguæ Cervinæ, Betonicæ, Acetoſellæ, Trifolii aut Sonchi levis, Capill.Veneris

neris aã. M. j. Endiviæ, Jaceæ, ſive Trinitatis cum Floribus aa. M. ij. Paſſul. min. ℥iv Pulpæ Tamarind. ʒij. *Omnium minutim Conciſorum & Contuſorum fiat infuſio & Decoctio in ſ. q.* Seri Lactis Caprini ad tertiæ partis conſumptionem. *Deinde* ℞. Fol. Senæ Alexandr. ſine St. el. ℥iv. Radicum Polypodii quercin. mundi, Turpethi electi aa. ℥iß. Rhabarb. opt. Agarici albiſſ. Hellebori nigri præp. aa. ʒvi. Epithymi, Semin. Aniſi, Fœniculi aa. ℥ß. Urticæ ʒij. *Omnia conquaſſata iidem in Sero* Lactis Caprini immergantur, *atque bene tecta coquantur, colentur, ſuperiorique decoctioni adjungantur. Tandem omnia* ſine albumine ovi clarificando *per reſidentiam decantentur, & addantur* Sacchari albi ℔iii. *lentoque igne ad conſiſtentiam Syrupi coquantur, affuſa in fine* Aquæ Cinamomi ℥iß.

*Cum malum Hypochondriacum, ad quod Syrupus hic commendari ſolet, purgantibus & laxantibus ut plurimum potius exaſperari, quam demulceri, & quidem aceſcentibus, ſaccharatis fermenteſcentibus eo magis in deterius abire ſoleat, hinc Syrupum hunc ſuperfluis merito adnumeramus, præcipue cum alia, quam purgantia, ad tantum malum debellandum requirantur medicamina, acidum invertentia, abſorbentia, aperitiva &c.*

Syru-

## Syrupus è Pomis *Ph. Nor.*

℞. Succi Pomorum dulcium, Borrag. Bugloſſ. aa. ℔iſs. Foliorum & folliculorum Senæ aa. ℥i. Croci ʒi. *Fiat duplex infuſio & decoctio* Fol. Senæ, cum ſuccis depuratis, addito Croco: *dein poſt iteratam clarificationem additis* Sacchari ℔ii. *Coquantur ad conſiſtentiam Syrupi.*

„ Eandem cum Syrupo de Polypodio me-
„ retur cenſuram quoad effectum.

## Syrup. de Rhabarbaro ſolutivus *P. A. R.*

℞. Rhabarb. opt. Foliorum Senæ, aa. ℥iiſs. Florum Violarum M. j. Cinamomi ʒiſs. Zingib. ʒſs. Aquarum Betonicæ, Cichorii, Bugloſſi aa. ℔j. *Fiat omnium infuſio per noctem, mane ebullitione & expreſſione facta colatura coquatur ſ. a. in Syrupum* cum Sacchari albi ℥xvi. cui addantur Syrupi Roſarum ſolutivi ʒiv.

*Neque hoc Syrupo ad delicatorum alvum laxandum indiget apparatus Pharmaceuticus, cum id ſecurius præſtet ſimplex Rhabarbari cum purum fol. ſenæ, Flor. Violarum &c. Infuſum, absque Saccharo paratum &c.*

## Syrupus Ribium Ph. A. R.

℞. Succi Ribium depurati ℔iii. cum Sacchari ℔iß. ſ. a. *In Syrupum redigendo.*

„ Ejus effectus cum aliorum Syruporum „ exacido confectorum viribus concordat.

## Syrupus Roſatus ſimplex Ph. A. Ren.

℞. Roſarum rubr. recent ℔xii. Aquæ puræ calentis q. ſ. ſive ℔xii. Roſæ contuſæ ſtent in infuſione per horas 24. *Tunc colentur, & colaturæ addantur* Sacchari ℔iv. *Ac fiat ſ. a. Syrupus.*

„ Eundem effectum & eandem cenſuram „ ſubit cumaliis Syrupis laxantibus.

## Syrupus de Roſis ſiccis Ph A R.

℞. Roſarum rubrarum ſiccatarum ℔i. *Infundantur* in Aquæ calentis puræ q ſ. 24. *horis, poſtea in expreſſione diluatur* Sacchari albi ℔j. *Et coquantur ſ. a. in Syrupum.*

*Ratione Sacchari ſane Syrupus hic nec ad fluorem alvi, nec hæmorrhagias ſiſtendas idoneus exiſtit, & ſi Roſis tribui debet affectus talis , magis infuſo Roſarum competeret, ut ideo Syrupo hoc optime carere poſſit moderna Praxis medica.*

Syru-

## Syrupus Scelotyrbicus *Ph. A. R.*

℞. Succi Naſturtii aquatici, Becabungæ aa. ℔ß. Fumariæ, Lupuli aa. ℥iii. *Lenio igne deſtillando abſtrahantur ejus unciæ quatuor ſemis. Reſiduum cum* Sacchari ℥viij. *clarificetur, & ultra tabulati conſiſtentiam coctum, cum Aqua deſtillata permiſceatur, ad debitam Syrupi conſiſtentiam.*

*Ad externum uſum, Oris ſcil. & Gingivarum exulcerationes à ſcorbuto, Syrupus hic quidem non inidoneus foret, ſed interne ad ſymptomata ſcorbuti debellenda eum in uſum trahe, principiis ſcorbuti contrariatur, utpote nulla dulcia & ſaccharata, leviter aceſcentia, ferens.*

## Syrupus de ſiliquis ſive Diacodium liquidum *Ph. Nor.*

℞. Capitum Papaveris albi cum Semin. No xx. Siliquarum dulcium, Radicum Liquiritiæ, aa. ℥iij. Altheæ ℥j. ▽ fontanæ q. ſ. *Decoquantur ad remanentiam* ℔ii. *Decoctum clarificetur, eique addatur Sacchari albi tantundem, ac coquendo fiat ſ. a. Syrupus.*

„ Inter Syrupos Pectorales huic præ aliis
„ concedimus locum, cum ad tuſſim demulcen-
„ dam ſatis aptus exiſtat.

Syru-

## Syrupus de ſtœchade *Fernelii* Ph A. Ren.

R. Florum Stœchad. ℥iv. Thymi, Origani, Calaminthæ, aa. ʒiß. Salviæ, Florum Anthos, aa. ʒß. Sem. Aniſi ʒj. *Inciſa & contuſa macerentur 24. horis in* ▽æ font. ℔x. *& deſtillandi leni arenæ calore evocentur liquoris* ʒxiiii. *In quibus iterum 24. horis infundantur* Cinamomi, Zingib. Calami aromat. aa. ʒii. *Poſtea remanentia prima exprimatur, & quod expreſſum eſt,* cum Sacchari ℔iv. *clarificetur, & ultra tabulati conſiſtentiam coquatur,* addita aromatum infuſione filtrata, ac *fiat ſ. a. Syrupus.*

*Commendatur ad affectus Capitis, Epilepſiam, convulſiones, Paralyſin &c. Sed cum longe generoſioribus ſæpe non auſcultent tanta mala; quid præſtabit Syrupus talis. Cujus aceſcentia in corpore potius anſam adderet tali malo.*

## Syrupus de ſymphyto *Fernelii* juxta Ph. A. Ren.

℞. Radicum & Cymarum Symphyti majoris M. vi. Roſarum rubr. Betonicæ, Plantag. Pimpinellæ, Polygoni, Scabioſæ, Tuſſilaginis aa. M. ii. *Ex omnibus contuſis & recentibus exprimatur ſuccus, qui decoquatur ad* ℔iii. *Hisque addendo* Sacchari albi ℔iiß. *Fiat ſ. a. Syrupus.*

*An*

*An hic præ alio Pectorali ad ulceratos Pulmones conducat, ego quidem dubito, cum Saccharum potius exaſperare, quam demulcere ſoleat exulcerationes Pulmonum, quemadmodum quotidiana docet praxis cum tædio.*

## Syrupus Zybebarum Ph. A. Ren.

℞. Foliorum Sennæ el. ℥iiij. Zybebarum ℥j. Zingib. ʒj. Aquæ fontanæ q. ſ. *infundantur horis 24. deinde ebulliant & exprimantur, ac cum Sacchri* ℔ii. *coquantur ſ. a. ad conſiſtentiam Syrupi, qui aromatiſetur* Cinamomi ʒj.

# T.

## Theriaca Andromachi.

prout eam tradit *Galenus* de Antidotis.

℞. Trochiſcorum Scillinorum ℥vj. Viperinorum, Piperis longi, Opii cum Aceto depurati, Trochiſcorum Hædychroi aa. ℥iii. Roſarum rubr. ſiccatarum, Ireos Illyricæ aut Florentinæ, Succi Liquiritiæ, Sem Buniadis dulcis, ſeu Napi ſativæ, Comarum Scordii Cre-

Cretici, Opobalſami, vel Olei Nuciſtæ, aut Caryophyll. Cinamomi, Agarici aa. ℥iſs. Myrrhæ, Coſti odorati, vel Zedoariæ, Croci Or. Caſſiæ Lign. veræ. Nardi Indicæ, Schœnanthi, Thuris maſculi pellucidi, Piperis nigri, albi, Foliorum Dictamni Cretici, Comarum Marrubii, Rhabarbari, Stœchandis Arabicæ, Sem. Petroſelini Macedon Calaminthæ montanæ odoratæ, Terebinth. Cypr. Zingib. Radic Pentaphylli aa. ʒvi. Polii Cretici, Chamæpytios, Styracis Calamitæ, Mei vel Angelicæ, Amomi racemoſi, vel Semin. Citri & Hyperici aa. p. æq. Calami Aromat. Nardi Celticæ, Terræ Lemniæ veræ, Phu Pontici, aut Valerianæ noſtr. Comarum Chamædryos Cret. Fol. Malabatri aut ejus loco Macis & Charyophyll. aa. p. æq. Chalcitidis toſtæ. Radicis Gentianæ. Aniſi, Succi Hypociſtidis Carpo-Balſami, Gummi Arabici ſplendidi, Sem. Fœnic. Cretici, Cardamomi min. Seſeleos Maſſil. Succi Acatiæ, Thlaspios, Comarum Hyperici, Ammeos, Sagapeni aa. ʒiv. Caſtorei, Ariſtoloch. longæ, Sem. Dauci Cret. Bitum. Judaici, Opoponacis, Comarum Centaur. min. Galbani aa. ʒii. Mellis deſpumati triplum, id eſt ℔. 40. ℥v. & ʒij.

*Hæc ſunt Theriacæ ingredientia cum ſimplici Doſi, quæ quando magna quantitate confici debet, ob molem nimiam in pulverem ſimul redigi nequeunt, hinc in certas Claſſes ſolent dividi, ut omnia ſimul in pulverem commode faceſſere poſſint*

*ut*

*ne hec illud impediat*; Sic noſtrates ut plurimum ſequentem ſolent obſervare Claſſium diſpoſitionem, quibus loco Trochiſcorum Hedicroi, ingredientia ſaltem horum adjiciunt.

Si ergo magna quantitate v. g. in xcviduplo Pharmacopæus diſpenſationem inſtituere vellet, fieret ſequentem in modum.

| Classis I. | | Pond. Med. | Pond. Civil. |
|---|---|---|---|
| ℞. *Radic. Ireos Flor.* | | | |
| *Scordii Cret.* | | | |
| *Sem. Buniadis* | aa. | ℔ 12 | 9 |
| *Aniſi* | | | |
| *Seſelos Maſſil. v. noſtratis* | | | |
| *Polii Cretici* | aa. | ℔ 4 | 3 |
| *Coſti ſeu Zedoariæ* | | ℔ 6 | 4½ |
| – *in Trochiſcis.* | | ℥xij. | ¾ |
| **Classis II.** | | | |
| ℞. *Radic. Pentaphylli* | | | |
| *Marrubii* | | | |
| *Nepetæ ſeu Calaminthæ* | aa. | ℔ 6 | ½ |
| *Gentianæ* | | | |
| *Chamædryos* | | | |
| *Sem. Fœniculi* | | | |
| *Amomi* | aa. | ℔ 4 | 3 |
| *Amomi in Trochiſcis.* | | ℔ 4 | 3 |

## Classis III.

| | | Pond. Med. | Pond. Civil. |
|---|---|---|---|
| ℞. *Radic. Angelicæ* | | | |
| *Phu Pontici* | aa. | ℔ 4 | 3 |
| PhuPont.inTrochiſc. | | ℥xij. | $\frac{3}{4}$ |
| *Chamæpythios* | | | |
| *Sem. Thlaſpios* | | | |
| *Spicæ Celticæ* | aa. | ℔ 4 | 3 |
| *Dictamni Cretici* | | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |
| *Ariſtoloch. longæ.* | | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |

## Classis IV.

| | | Pond. Med. | Pond. Civil. |
|---|---|---|---|
| ℞ *Trochiſc. de Scilla* | | ℔ 48 | 36 |
| *Viperis* | | ℔ 24 | 18 |
| *Flor. Roſar. rubr.* | | ℔ 12 | 9 |
| *Schœnanti* | | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |
| Schœnanti in Trochiſc. | | ℔ 1 | $\frac{3}{4}$ |
| *Sem. Petroſel. Macedon.* | | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |
| *Comarum Hyperici* | | ℔ 4 | 3 |
| *Sem. Dauci Cret.* | | | |
| *Centaur. min.* | aa. | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |

## Classis V.

| | | Pond. Med. | Pond. Civil. |
|---|---|---|---|
| ℞. *Sem. Ammeos* | | | |
| *Calami Aromat.* | aa. | ℔ 4 | 3 |
| in Trochiſcis | | ℔ 1 | $\frac{3}{4}$ |
| *Caſſiæ Ligneæ* | | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |
| in Trochiſcis | | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *Rhabarbari* | | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |

| | Pond. Med. | Pond. Civil. |
|---|---|---|
| *Spicæ Indicæ* | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |
| in Trochiſcis | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *Cinamomi* | ℔ 12 | 9 |
| in Trochiſcis | ℔ 1 | $\frac{3}{4}$ |
| *Piperis longi* | ℔ 24 | 18 |

## CLASSIS VI.

| | | |
|---|---|---|
| ℞. *Folii aut Macis & Caryoph.* aa. p. æq. | ℔ 4 | 3 |
| in Trochiſcis aa. p. æq. | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *CarpoBalſami aut Cubebarum* | ℔ 4 | 3 |
| *Cardamomi min.* | ℔ 4 | 3 |
| *Zingib. albi* *nigri* *Stœchad. Arab.* aa. | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |

Sequentia vero partim in Claſſes antecedentes ſunt dividenda, aut per ſe terenda, partim autem Vino Cretico vel Hiſpanico ſolvenda ac diluenda, & tandem mixturæ adjicienda v.g.

| | | |
|---|---|---|
| *Agarici albiſſ.* ad I. & II. Claſſ. | ℔ 12 | 9 |
| *Myrrhæ* ad omnes Claſſes | ℔ 6 | 4 |
| in Trochiſcis | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *Olibani* ad III. Claſſ. | ℔ 6 | 4 |
| *Caſtorei* ad V. & VI. Claſſ. | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *Bitum. Judaici ad omnes* | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *Gummi Galbani* *Opoponacis* | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *Sagapeni* *Arabici* aa. | ℔ 4 | 3 |

| | Pond. Med. | Pond. Civil. |
|---|---|---|
| *Succi Acaciæ* | | |
| *Hypociſtidis* | ℔ 4 | 3 |
| *Liquiritiæ* | ℔ 12 | 9 |
| *Opii depurati* | ℔ 24 | 18 |
| *Storacis Calamitæ* | ℔ 4 | 3 |
| *Terebinth. Venetæ* | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |
| *Olei Naciſtæ expreſſi* | ℔ 9 | $6\frac{3}{4}$ |
| *deſtillati* | ℔ 3 | $2\frac{1}{4}$ |
| *Croci Or.* | ℔ 6 | $4\frac{1}{2}$ |
| in Trochiſcis, | ℔ 2 | $1\frac{1}{2}$ |
| *Terræ Lemniæ* | | |
| *Calcanthi* aa. | ℔ 4 | 3 |

Cum reliquis Trochiſcorum Hedicroiingredientibus, utpote

*Mari veri* dimid. part. Ligni Aloes ad II.

| | | |
|---|---|---|
| *Radic. Aſari* ad III. Claſſ. | | |
| *Amaraci* ad II. | | |
| *Aſphalti* ad IV. aa. | ℥viij. | $\frac{1}{2}$ |
| *Ligni Aloes* ad III. & II. | ℔ 1 | $\frac{3}{4}$ |
| *Opo Balſami ſ. Olei Caryoph.* | ℔ 1 | $\frac{3}{4}$ |
| *Maſtichis elect.* ad III. | ℥iiij. | $\frac{1}{4}$ |
| *Mellis deſpumati.* | ℔ 10 | $7\frac{1}{2}$ |

„Quoniam Spica Indica & Flor. Schœnanthi ſunt difficilimæ triturationis, hinc magis „ artificioſi ſolvunt Gummi Arabicum, & cum „ Spicæ ac Flor. Schœnanthi miſcent, & rurſus „ ſiccant, ac tum levi opera in Pulverem re„ digunt.

Sic & Maſtix & Olibanum, melius per ſe pulveriſantur, quam ſi reliquis admixta ſunt, ſi enim mortarium ex continua trituratione incaleſcit

„leſcit, facile conglobantur, nec per cribrum
„transmitti poſſunt.

*Modus miſcendi ſequens eſto, qui tamen pro cujusque genio varius eſſe ſolet.*

„ 1. Aheno magno ad hoc negotium apto „injiciatur Mellis calentis & depurati portio.

„ 2. Per cribrum inſpergantur ſucceſſive „Claſſis primæ ſpecies pulveriſatæ, quibus melli „ immixtis.

„ 3. Adjiciatur portio ſecundæ Claſſis, & „ cum hac Gummita per ſe Vino Hiſpanico ſolu- „ta & liquata, ac per ſetaceum tenuius, pulticu- „læ forma expreſſa.

„ 4. Inſpergatur per cribrum relicta ſe- „ cundæ Claſſis portio.

„ 5. Admiſceantur porro prioribus (adje- „cta ſemper mellis calentis ſ. q.) probe mixtis, „tertiæ Claſſis Species, & poſt has Succi Vino „Hiſpanico ſoluti, & ad pultis formam inſpiſſa- „ti, cum Opio ſimiliter ſoluto & diluto.

„ 6. Prioribus probe mixtis, inſpergantur „ quartæ Claſſis Species, intermiſcendo & adji- „ciendo Reſinam Styracis cum Terebinthina „ſolutam, ut & Oleum Nuciſtæ expreſſum cum „Melle liquatum.

„ 7. Immiſceatur dimidia pars Claſſis quin- „tæ, adjiciendo probe mixtis Crocum Vino ſo- „lutum, ut poſt hunc Terram Lemniam ac Cal- „citidem Vino conjunctim ſoluta.

„ 8. Poſt hæc adjiciantur reliquiæ quintæ „ Claſſis.

„ 9. Et tandem inſpergantur ſucceſſive

„Species ſextæ Claſſis, bisque omnibus probe „mixtis, finem imponant Olea deſtillata ultimo „admixta.

„Alternatim vero ſemper aliquid Specie-„rum, & ſi Maſſa paulo tenacior evadit, portio „Mellis adjiciatur, ut ſub continua agitatione „omnium fiat perfecta mixtura, donec ſic ſuc-„ceſſive omnia ingredientia probe mixta, maſ-„ſam ſiſtunt ubique æqualem & teneram, quæ „tum refrigerata vaſis mundis vel doliis infun-„ditur ita ut quarta ad minimum pars vacua „maneat, & Theriaca inter fermentandum ad „ampliorem molem inſurgens, commode agi-„tari queat.

„Ad minimum vero primis octo diebus „quotidie moveatur, poſtea ſufficit ſingulis ſe-„ptimanis, ac tandem ſingulis ſaltem menſibus „eam agitaſſe, donec anni unius ætatem atti-„gerit.

„Theriacæ vero ℥j. ingrediuntur Opii gr. ij. „id quod Practico notum eſſe debet; ſic & in re-„centi Theriaca vires Opii magis ſenſibiles eſſe „ſolent, ac in veteri

„VIRES THERIACÆ quod ſpectat, etſi „nemo ſanus inficias ire queat, *Compoſitionem* „*hanc ut & Mithridatii. ſcatere pluribus ſuperfluis* „*& incongruis*, dum v. g. ex calidis, frigidis, a-„maris, acidis, dulcibus, purgantibus, adſtringen-„tibus, narcoticis, ſudoriferis, diureticis, vulne-„rariis &c. conſarcinatur. *Tamen cum ingredien-*„*tia alexipharmaca, mediante fermentatione reli-*„*qua edomuerint. & energia ſua penetrabili ſuper-*„*averint*; ac præcipue effectus, omnes opera-

tio-

„ tionis rationes adimpleat, dum mille millenis „ hominibus ſalutaris deprehenſa fuit, & quotidie adhuc talis experitur, hinc eam è foro Medico minime excludendam eſſe, magis rationales judicant.

## Theriaca Cœleſtis *Greiffiana.*

„ Hactenus ab aliis immutari & loco melio-„ rationis potius deteriorari conſuevit, quippe „ *Salium volatilium additione putarunt admodum* „ *exaltari debere vim ſudoriferam , ſed irrito co-* „ *natu*, cum illa Salia abſque perditione virum „ nec admiſceri, nedum diu conſervari queant, „ quia Maſſam derelinquunt &c. Hinc & magis „ rationales, cum dicti GREIFFII Theriaca Cœ-„ leſtis tantopere laudatas exſereret vires, ejus „ methodum ſervare voluerunt. Nonnullis ta-„ men mutatis & aliter diſpoſitis, pro certiori & „ meliori effectu conſequendo.

*Cum etiam ingredientia non eo ordine ponantur, uti commode poſſent,* libuit ea juxta Compoſitionis ordinem diſponere ſequentem in modum: v. g.

## Ad I. Claſſem.

℞. *Radicum* Angelicæ, Zedoariæ aa. ℥iij. Ariſtolochiæ rot. veræ, Cardopatii, Dictamni albi, Gentianæ, Imperatoriæ, Petaſitidis, Pimpinellæ Scorzoneræ, Serpentariæ, Succiſæ, Tormentillæ, Valerianæ, Vincetoxici aa. ℥ij. Acori veri ℥iß. Ariſtol. longæ, Aſari,

 Cype-

Cyperi rot. Contrajervæ, Cruciatæ, Enulæ Camp. Irid. Flor. Mei, Pentaphylli, Phu Pontici, Rhabarb. Agarici aa. ℥j.

*Herbarum* Card. ben. Dictamni Cret. Galegæ, Rutæ, Scordii Cretici, noſtratis, aa. ℥iij. Abrotani, Chamædr. Chamæpith. Calaminthæ mont. Marrubii, Origani, Polii Cretici, Roriſmarini, Salviæ min. Scabioſæ aa. ℥i. Majoranæ ℥ß.

*Ligni* Aloes, Aſphalti, Santali Citrini aa. ℥ß.

*Florum* Roſarum, ℥iij. Hyperici, Centaur, Calendulæ aa. ℥j.

*Baccarum* Lauri, Juniperi aa. ℥ij. Bacc. Paridis, Myrobalan. Chebul. Emblic. aa ℥ß.

*Seminis* Buniadis, Card. ben. Citri aa. ℥iii. Aquileg. Ammeos, Amomi racemoſi, Aniſi torrefacti, Dauci Cretici & noſtratis, Fœniculi Cret. Hyperici, Petroſelini Macedon. & noſtratis, Rutæ, Seſeleos, Thlaſpios aa ℥i.

Piperis longi ℥vi. Cinamomi acuti ℥iii. Piperis albi, nigri, Caſſiæ ligneæ, veræ, Coſti veri, Zingib. albi Stœchadis Arab. Schœnanthi, Spicæ Indicæ aa. ℥iß. Spicæ Celticæ, Cardamomi, Carpobalſami, Folii aut Cubeb. Galangæ, Caryophyll. Macis aa. ℥i.

*Ex Speciebus his omnibus incisis & contusis, fiat ſ. a. Extractum*; Aromatica Spiritu Vini, reliqua mediante Aqua extrahendo &c.

*Huic Extracto ahenulo immiſſo & leni calore liquato, admiſceantur ſequentia in ſuas Claſſes poſita. v. g.*

ex

## *ex* II. Claſſe.

*Adjice* Pulpæ Scyllæ ℥vi. Pulpæ Alii ℥ii. *quibus ſpatula agitando unitis, adde* Viperarum præp. & ſerpentum noſtr. præp. aa. ℥vi. *& hic rurſus probe immixtis adde*

## *ex* III. Claſſe.

Extracti Opii ℥vj. Croci ℥ij. *cum* Aquæ Theriacalis ſecundariæ, *parum, diluta, ut & loco extracti Myrrhæ*, Granor, elector, & pellucidor. Myrrhæ pulveriſatorum ℥ii. *ac loco extracti Caſtorei*, Pulpæ Caſtorei pulveriſatæ & Mari veri pulv. aa. ℥ß.

*His ita diligenter unitis, & ſi opus, leni calore rurſus liquatis, porro adde*

## *ex* IV. Claſſe.

Succi Liquiritiæ ℥iij. Acaciæ, Hypociſtidis *ut &* Gummi Sagapeni aa. ℥j. Galbani, Opoponacis aa. ℥ß. *cum parum* Aquæ Theriacalis ſpirituoſæ ſoluta & diluta ſaltem.

Quibus iterum probe admixtis, ulterius adjice.

## *ex* V. Claſſe.

Reſine Styracis ℥j. Olei Nuciſtæ, Balſami Peruviani aa. ℥iij. Gelatinæ, C. Cervi ℥ii. *ut & ſequentia mixta* v. g Olibani in granis electi & pulv. ℥iß. Sandaracæ ℥j. Aſphalti, Maſtichis aa. ℥ß.

ʒß. Terræ Sigillatæ Sileſ. ʒiß. C. Cervi Phil. præp. *vel hujus loco* Raſuræ ſubtiliſſ. apicum C. Cervi, & Gummi Arabici aa. ℥j.

*His ita peractis & omnibus probe mixtis, Mixtum* THERIACÆ BENEDICTÆ *nomen adipiſcitur*, & circiter libras ſex ponderat; Cui vero *ut nomen* THERIACÆ COELESTIS *mereatur, porro adjiciantur.*

## *ex* VI. Claſſe.

Serpentum præp. ʒivß. Corallorum, Matris Perlar. Oculorum Cancri, Perlarum Or. aa. præp. ʒiij. Lapidum pretioſ. Hyacinthi, Smaragdi, Rubini, Chryſolithi, Granati aa. præp. ℥ivß. Salis Corall Matris Perlarum, Oculorum Cancri, Perlarum Or. aa. ℥iß. *invicem mixta. Quibus omnibus agitando, & ſi opus, leni calore liquatis, porro admiſce.*

## *ex* VII. Claſſe.

Ambræ gryſ. ʒvj. cum Olei Caryophyll. ʒiß. & Olei Succini ℥ß. *terendo ſolutas*, & Bezoardici animalis, Mineralis aa. ℥iß. Lapidis Bezoar. Orient. Occident. Cornu Alces phil. præp. Oſſis de corde Cervi, Terræ Sigillatæ, Lemniæ, Turcicæ, Unicornu foſſilis & veri aa. ʒj. ac Camphoræ ʒij. *ſucceſſive remixtas.*

*Tandem vero pro complemento mixturæ admiſceantur* Ambræ liquidæ ʒvi. Spiritus Terebinthinæ ℥iß. Spir. Vitrioli Philoſophici ℥j. *ac valida agitatione fiat Maſſa, quæ refrigerata in Pilulas formari ſe patiatur.*

The-

# Theriaca Simplex ad mentem *Zvvelfferi adornata.*

℞. *Radicum Angelicæ, Imperatoriæ, Morſus Diaboli, Scorzoneræ aa.* ℥iv. *Enulæ Valerianæ, aa.* ℥ii. *Herb. Scordii noſtrat. recent.* ℥vi. *Rutæ hortenſ. rec.* ʒiij. *Bacc. juniperi* ʒiv. *Opii* ʒiij. Inciſa & contuſa coquantur in ſ. q. Aquæ ſimpl. repetitis vicibus, ut omnis vis extrahatur.

Decoctiones omnes & expreſſionis cum albumine ovi clarificatæ, *ad Extracti, ſive mellis ſpiſſi conſiſtentiam* in vaſe terreo evaporent.

*Extracto huic* adde *Mellis puriſſimi*, ℔viij. & calore leni admiſce *Pulpæ Scyllæ* ℥j. Tum vero liquatis ſub continua agitatione ſucceſſive per cribrum anguſtum inſperge Pulveres ſequentium Specierum v. g.

*Radicum Zedoariæ* ʒiij. *Angelicæ, Succiſæ aa.* ʒij. *Gentianæ, Dictamni albi aa.* ʒiß. *Herb. Scordii noſtr.* ℥iij. *Sem. Citri excort. Rutæ hortenſ. Napi ſylv. Bacc. juniperi, Lauri aa.* ℥iß. *Croci optimi* cum Vino Hiſpanico ad pultis formam diluti ℥i. *Myrrhæ el.* cum Vino Hiſp. itidem ad pultis formam ſolutæ ℥ij. *Cinamomi acuti, Nucum Moſchat.* ℥j. Tandem omnibus his probe agitando unitis inſpergantur *Olei ſtill. Juniperi* ʒij. *Rutæ deſt.* ʒiß. fiatque ſic Electuarium juſtæ conſiſtentiæ, ſive Theriaca ſimplex, Theriacæ Andromachi minime cedens.

# Theriaca dia-Teſſeron juxta *Charaſium.*

℞. Radic. Gentianæ, Ariſtolochiæ, Bacc. Lauri, Myrrhæ elect. aa. ℥ij. Mellis deſpumati, Rob. Juniperi aa. ℔j. Fiat ſ. a. Electuarium. AVICENNA & MESUE *qui hanc contractam Theriacam deſcribunt.* Mellis adjiciunt ℔ii. omiſſo Rob. Juniperino, *quod tamen optime nunc additur.*

# Theriaca Chymica *Rolfinci.*

℞. *Theriacæ opt.* ℥ß.. *Bezoard mineral. Antimon. Diaphor.* aa. ʒij. *C. C. Phil. calcinati*, Magiſt. Corall. r. *Ocul.* ♋. Perlarum, Lactis Sulfuris. *Flor. Sulfuris, ter ſublimat.* aa. ʒij. *Salis C. C. volat. Cinamomi, Carlinæ* aa. ʒi. *Extr. Opii* cum ſucco limonum, vel Spir. Vini parati, Lilior. convall. *Acori veri*, Citri *Spir. C. C.* volatili Sale impraegnati, *Vitrioli, Olei C. C. Ligni Sancti* aa. ʒii. *Baſ. Sulfuris*, Tinct. Corall. Lunæ Miſturæ anti-Peſtif. compoſ. Rolfinci, Elix. Prop. Par. aa. ʒii. *Myrrhæ, Radic. Angel. Zedoar.* Bacc. Lauri, *Rob. Sambuci* & Vini q. ſ. *ad incorporandam, ut fiat Electuarium; cujus Doſis, quantum cuſpis cultelli capit.*

# Tinctura Balſamica *Deckeri.*

℞. *Spiritus Lumbric. terr.* ℥v. *Sp. Salis Armoniaci* ℥ß. *Cochleariæ* ʒij. In his ſolvantur *Saponis Veneti* ℥ii. *Camphoræ* ʒvj. *Opii* ℈ii. *Croci* ℈j.

Mixta

Mixta digerantur diebus aliquot, poſtea liquor filtratus ſervetur.

*Commendatur admodum in Arthritide vaga ſcorbutica, doloribus nuchæ, crurum, plantarum pedum &c. externe ſaltem applicatus.*

## Tinctura Bezoardica P. A. R.

℞. Radic. Zedoar. ℥ij. Angelicæ, Pimpinellæ, Valerianæ, Vincetoxici aa. ℥j. Herb. Scordii M. iij. Millefolii, Rutæ, Meliſſæ, aa. M. j. Calami Arom. ʒi. Coſti electi, Cort. Citri extim. recent. Bacc. junip. aa. ʒii. Myrrhæ ʒij. Camphoræ ʒj. Theriacæ opt. ℔iß. Spir. Vini boni menſ. ij. *Poſt octiduanam digeſtionem abſtrahantur Spiritus* ℔ii. *in arena, His adde* Spiritus Tartari genuini ℔iß. Vitrioli volat. ℥vi. *Mixta tingantur* cum Baccis herbæ Paris *& filtrata Tinctura ſervetur.*

## Tinctura Bezoardica *Ludovici.*

℞. Radicum Carlinæ, Vincetoxici, Enulæ, Zedoariæ aa. ʒiiß. Croci Or. integri, pulveris Viperini, Myrrhæ aa. ʒj. Opii ℥vi. Caſtorei ʒii. *groſſe conciſa infundantur* in Spir. Vini ſimpl. non adeo dephlegmati, vel Spir. Juniperi optime rectificati ℔ivß. (ſi forte ℔ß. Speciebus remanentibus inhæreat,) *adde* Eſſentiæ Camphoræ ʒii. Spir. Tartari propria manu elaborati, ſed non rectificati ℔iij. Spir. Vitriolati roridi ʒxii. *mixta tingantur* Santalo rubro, vel floribus papaveris ſiccatis, *& Tinctura ſervetur.*

Tin-

## Tinctura Bezoardica volatilis *Caſſelana. D. Dolæi.*

℞. *Tartari crudi* ℔ij. *Nitri* ℔j. mixta calcinentur in olla ferrea, maſſæ huic adde *Salis Armoniaci* ℔i & mixtis ſuperaffunde *Spir. Vini opt.* ℔viii. ac ad ſiccitatem deſtillentur. Hoc facto ſume Spiritum prolectum, cuique adde *Spir. C.C.* ℥iv. *Myrrhæ electæ* ℥ij. *Caryophyll. Macis aa.* ℥ß. *Theriacæ* ℥vj. *Flor. Anthos, Lavendulæ Majoranæ aa.* M. j. *Rutæ* M. iß. *Cinamomi* ℥i. Contuſa & mixta deſtillentur per cucurbitam vitream optime lutatam ad ſiccitatem materiæ. Poſtea in Spiritu abſtracto infunde *Rad. Angelicæ*, *Granorum Kermes aa.* ℥j. *Croci Britann.* ℥ß. Et infuſione diebus aliquot peracta, ſervetur Tinctura ad uſum.

## Tinctura Bezoardica *mihi uſualis.*

℞. Radicum Angelicæ, Imperatoriæ, Valerianæ, Leviſtici, Enulæ, Ariſtolochiæ utriusque, Tormentillæ, Zedoariæ aa. ℥i. Herb. Scordii, Rutæ, Card. ben. aa. M. ij. Florum Tunicæ, Calendulæ, Hyperici aa. M. j. Sem. Angel. Leviſtici, Citri, Rutæ aa. ʒii. Bacc. juniperi ℥ii. Cortic. Citri, Arant. aa. ℥iß. Myrrhæ ℥iiß. Croci ℥ß. *Inciſis & conquaſſatis affundantur*, Spir. Juniperi è baccis menſ. iv. *ſtent in infuſione probe clauſa per tempus, dehine deſtillentur ex cucurbita, & abſtrahatur menſura una.*

Hoc

Hoc facto remanentiam exprime & colatam leni calore ad Extracti formam inſpiſſa. Huic Extracto affundatur Spiritus primo abſtractus & aſſervatus, cui probe ſaturato & tincto ad unam quamque libram adde *Spir. Tartari optimi non rectif.* ℥viij. *Eſſentiæ Camphoræ* ℥j. mixtaque aſſerva, tempore uſus pro rerum exigentia cum Tinctura anodyna, caſtorei &c. maritanda.

„ *Quicquid virium ratione veteris Theriacæ, Mithridatio ſuo vel Elect. de ovo &c. adſcribebant; nos nunc temporis huic Tincturæ attribuimus, quippe ad miasmata maligna expellenda, tam longe efficaciorem experimur ac veterum illa antidota*; ſic & ſtomachica eſt & uterina, ac præcipue emmenagoga, pellit flatus, abigit Febres ac humorum circulationem reſtaurat, non guttulis paucis, ſed integris drachmis, pro ætatis modulo propinata, cum vehiculo etiam domeſtico, quale præbet in defectu aliorum Cereviſia &c.

## Tinctura Corticum Arantiorum juxta *Ph. Nor.*

Fit *Cortices Arant. extimas in umbra per diem relictas* cum ſ. q. *Spir. Vini* infundendo, & in digeſtione leni calore per dies tres relinquendo, tunc vero novas cortices infundendo, & poſt digeſtionem uſui aſſervando.

*In Colica flatulenta non contemnendi uſus.* Doſi ʒi. ad ℥ß.

## Tinctura Cosmetica *mihi uſualis.*

℞. Storacis calamitæ, Benzoi aa. ℥j. Balſami Peruviani ℥ii. Spir. Vini rectificatiſſ. ℥vj. *ſtent in infuſo, donec Spiritus probe exiſtit tinctus & ſaturatus, quem decanta, ac relictis ſpeciebus novum* Spiritum affunde, *& tandem omnes tinctos Spiritus conjunge & aſſerva.*

Tempore uſus aliquid hujus Tincturæ admiſcentur Aquæ Roſaceæ, quæ ſtatim lacteſcit, & præbet Lac Cosmeticum ad cutem faciei teneram & nitidam reddendam.

## Tinctura Florum Bellidis P. A. R.

℞. *Florum Bellidis hordenſis rubr.* à capitulis deceptorum, & ſiccatorum M. j.

*Aquæ Florum Bellidis* ℥iv. *Spir.* ⊕*li.* ʒi. ſtent in digeſtione viginti quat. horis, poſtea exprimantur & filtrentur.

Continet nativas florum vires.

## Tinctura Jalappæ juxta P. A. R.

℞. Radicum Jalappæ reſinoſæ ʒiij. Cortic. Citri extim. rec. ʒi. Cinamomi acut. ʒß. Sem. Aniſi ℈ß. Spir. Vini rectif. ℥ij. *fiat infuſio in loco calido tridui ſpatio, tum fortiter expreſſa filtrentur.* Doſis eſt ℥i.

Si loco Radicum Jalappæ ſumitur Reſinæ ejus ʒi. gr. iv. ad Spiritus Vini rectif. ℥. tum ſi omnis reſina eſt ſoluta, Spiritus ʒi. continet

Re-

Reſinæ gr. iij. & ſic certius innoteſcit Doſis Tincturæ aſſumendæ.

## Tinctura Bacc. Juniperi *Mynſ.*

℞. *Bacc. Juniperi rec. & craſſiuſcule contuſ.* ℔j. *Sem. aniſi contuſi* ℥iv. *Rad. Angelic.* ℥j. *Ligni Nephrit.* ℥ß. *Macis elect.* ʒii inciſa & mixta infundantur in *vini Malvat.* ℔iij. ſtent in infuſione 14. diebus quotidie aliquoties movendo. Deinde deſtillentur ex M. B.

*Cum edeſtillato vero liquore ex rec. Bacc. Tinctura extrahatur*, quæ filtrata & pro lubitu edulcorata ſervetur.

Eſt Anticolica & Nephritica eximia.

## Tinctura Odontalgica *Timæi.*

℞. Raſuræ Ligni Sancti ℥i. Buxi ℥ß. hyoſciami albi ℥iij. Fol. Origani, Serpilli, Salviæ aa. ℥ij. Cortic. inter Pini, Sambuci aa. ʒiij. Rad. Pyrethri ʒii. Santali rubri ʒiiß. Caryophyll. ʒß. Balauſt. ʒj. Aluminis ℈ij. Opii ʒiij. Spir. Vini ex Laudano opiato reſidui ad eminentiam 4. digitorum. *Et poſt digeſtionem triduanam filtretur Tinctura, cui adde* Eſſent. Croci ℥ß. Camphoræ ℈j. *miſce.*

## Tinctura Odontalgica *mihi uſualis.*

℞. Raſuræ Ligni Sancti ℥ij. Saſſafr. ℥j. Rad. Pyrethi ʒvi. Fol. Nicotianæ ℥iij. Serpilli, Origani aa. ℥ii. Caryophyll. ʒi. Camphoræ ℥ß. Opii ℈j. Spiritus Vini ſimpl. ℔ii. *ſtent*

*in*

*in infuſo usque dum Spiritus probe exiſtit ſaturatus & tinctus.*

Si ejus aliquid in ore continetur, extrahit ſtagnantem & dolores cauſantem lympham acidam.

## Tinctura Opii *D. Craanii* juxta *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Opii in Aqua pluvia ſoluti, per emporeticam colati, ac ad mellaginem inſpiſſati* ʒj. huic admiſce *Salis Tartari* puriſſimi ſubtiliſſime in mortario calido pulveriſati ʒj. ac viginti quatuor horis digere, tum *Spiritus Vini rectif.* ℥vj affunde, atque in loco tepido Opium ſolve, & Tincturam ejus extrahe, decanta & filtra. Reſiduo unam adhuc atque alteram *Spiritus Vini* unciam affunde, digere, & filtratum priori extractioni adde; atque partem aliquam tertiam forte vel quartam Spiritus per M. B. abſtrahe, reliquum pro Tinctura ſerva.

## Tinctura Proprietatis *Mynſ.*

℞. Spir. Aniſi ℥xvj. Elixirii Propr. Paracelſi ℥j. Confect. Alkerm. incompl. ℥ß. Flor. Tunicæ rubr. ʒß. *ſtent, donec Spiritus probe exiſtit tinctus, qui tum filtratus* Saccharo clarificato *edulcoretur.*

Laudatur ad ventriculi imbecillitatem, Cardialgiam &c. Doſi ʒj. ad ℥ß. vel Cochlear integrum.

## Tinctura Ptarmica *Kozack*.

℞. Radic. Helleb. albi, ℥j. Pyrethri, Majoran. floreſcent. ſiccat. & pulv. aa. ℥ß. Spir. Vini q. ſ. ad eminentiam aliquot digitorum, *infuſione loco tepido facta, filtretur Spiritus tinctus*, quo vel penna ei immerſa naribus illito, præmiſſo purgante ex ☿io dulci acuato, pertinaces Cephalææ curantur. *Vide* KOENIG'S *Regnum vegetabile cap. 45.*

## Tinctura Rhabarbari *Horſtii*.

℞. Rhabarb. Alexandr. ℥ß. Sal. Tartari albiſſ. ʒj *inciſis & mixtis affunde* Aquæ Cichorii ℔ß. Et in loco calido in inſtanti extrahetur Tinctura, *maneant tamen in digeſtione per tempus: Poſtea Tinctura filtrata ſervetur ad uſum.*

Datur à ʒj. ad ℥j. ad bilem corrigendam & alvum laxandam. Diſpenſat. Brandenburgicum *Aquæ Cichorii* & *Cinamomi Bugloſſatæ aa.* ℥vi. Tincturam extrahit.

## Tinctura Roſarum.

℞. *Flor. Roſar. rubr. ſiccat.* ℥j. *Aquæ Font.* ℔ij. *Spir.* 🜍*li boni* ʒi. ſtent in loco calido horis aliquot, tunc in colatura ſolve *Sacchari albi* ℥iij. vel iv. & filtrata Tinctura detur.

„ In Febribus, aliisque caloribus præt.
„ nat. egregium refrigerans exhibens, ad cochlearia aliquot ſæpius propinata.

*Vel*

℞. *Ceraſ. acidor.* m. ij. *pom. citri in taleol. ſecti* No. 1. *Aquæ fontan.* ℔iv. coquantur ad caſum. ℔j. in colatura infunde *Roſar. rubr.* ℥j. *Spir.* ⊕*li* ʒi. *Sacchari albi* ℥iii. Et ſtent, donec Tinctura probe extracta, extat, easdem cum priori vires obtinens.

# Tinctura Sulfuris Vitrioli *Clauderi Eph. Cur. Dec. II. Ann. VI.*

℞. Capitis mortui Spiritus Vitrioli communis q. v. *huic toties affunde aquam communem, donec omne Sal, & vis Vitriolica elixivietur, ac reddatur Terra plane emortua & inſipida*; alias movet Vomitus uſui plane contrarios; *Terræ vero huic affunde* Spir. ex aa. Salis comm. & Nitri deſtillati, ut quatuor digitos emineat: *Sic extrahetur Tinctura, quæ miraculoſe ſedat omnes Hæmorrhagias, tam internas, ut Hæmoptiſin, Dyſenteriam, quam & externas Narium, Uteri Vulnerum &c.* Sic & compeſcit Cephalalgiam, & cum Aqua appropriata in ore detenta, ſedat odontalgiam.

Doſis vero ejus ſunt 30. 40. guttulæ in vehiculo idoneo; Si quis tædioſam putet deſtillationem Spiritus ex Sale & Nitro, ſaltem dictos

ctos Spiritus ſeorſim deſtillatos, poterit miſcere, & Terræ Vitrioli ſuperfundere.

## Tinctura Uterina *mihi uſualis.*

℞. Myrrhæ Electæ ℥ß. Croci Or. ʒij. Caſtorei, Camphoræ ʒj. Salis Volat. C. C. ℥ii Ol. deſt. Sabinæ, Succi aa. gutt. xv. *probe tritis affunde* Spir. Vini Tartariſati ℥vi. *ac ſtent, donec Tinctura optime eſt extracta.*

Datur à ℈j ad ʒj. ad menſes emanentes, & paſſiones Hyſtericas &c.

## Tragea Aromatica uſitata *P. A. R. & Ph. Nor.*

℞. Cinamomi acut. ℥vj. Nucis Moſch. ℥j. Macis ʒß. Galangæ, Caryophyll. aa. ʒiß. Zingib. alb. ℈iv Sem. Coriandri ʒß. Florum Roſar rubr. ℈ij. Sacchari albi ℔iij. *Miſce fiat Tragea tenuis.*

## Tragea Granorum Actes.

℞. Succi baccarum Ebuli vel ſambuci q. l. Farinæ ſecalinæ q. ſ. *ut fiat paſta, ex qua formentur panes exigui, qui coquantur in clibano ad duritiem biſcocti.* Panes hos in pulverem tritos, cum recenti ſucco de novo imprægnato, *atque ut prius coque,* hocque tertia vice reitera *Tandem fiat Pulvis ſubtilis, cujus ſingulis Unciis adde* Nucis Moſchatæ ʒj.

Prædicatur tanquam egregium antidyſenterіcum. Doſi ʒj. ad ℥ß. Præſtantiorem tamen fore credunt, ſi loco Farinæ ſecalinæ, ſumitur Pulvis Tormentillæ, & modo dicto ſucco imprægnatur.

## Tragea Groſſa communis *P. A, R.*

℞. Confect. Sem. Aniſi ℔j. Fœniculi, Carvi, Coriandri. Zingib. albi aa. ℥viiij. Cinamomi el. ℥ij. Calami aromat. ℥j. Nuc. Moſchatæ ℥ß. *groſſo modo conciſa miſceantur.*

## Tragea groſſa *cum* Tabulatis P. A. R.

℞. Confect. Sem. Aniſi, Fœniculi, Coriandri, Carvi aa. ʒvi. Erucæ ʒv. Cubebarum ʒii. Tabell. arom. roſatæ ℥vi. contra Apoplex. ℥v. de extracto Ligni Aloes ℥ß. ex Oleo Cinamomi ʒvi. Caryophyllorum ʒiij. Aniſi, Fœniculi aa. ʒiiß. Cortic. Citri condit. ſiccat. ℥j. Nuc. Moſchatæ maj. condit. ſiccæ, Specierum Imperatoris aa. ℥ß. *Craſſiuſcule inciſa miſceantur.*

Tra-

# Tragea groſſa *cum* tabulatis Ph. Nor.

℞. Confectionis Sem. Aniſi, Fœniculi, Coriandri aa. ℨvi. Carvi, Erucæ, Cubebarum aa. ℨiij Tabul. Confect. Alkermes, Aromat. roſat; de extracto Ligni Aloes, de Oleo Cinamomi aa. ℨvi. Caryophyllorum Cortic. Citri condit. ſiccorum, Nucis Moſchatæ aa. ℨii. Galangæ, Macis aa. ℨi. Liquiritiæ ℨii. *Craſſiuſcule conciſa miſceantur & pro lubitu conficiantur cum Moſcho.*

Commendantur Trageæ hæ & ſimiles, ad ventriculum potiſſimum roborandum, & flatus diſſipandos, mane vel poſt cibum aſſumtæ; nec non ad oris halitum emendandum.

# Trochiſci de Agarico juxta P. A R.

℞. Agarici el. ℥iv. Vini Certici aut Malvatici in quo Zingib. ℨi. *infuſa fuerit q. ſ. formentur Trochiſci*, Agaricum per incerniculum tranſmiſſum *cum debita quantitate infuſi Zingiberis, in mortario lapideo in Maſſam contundendo*, & in paſtillos redigendo, poſtea aeri libero expoſita, in umbra ſiccando, ut evadant candidi, alias facile nigreſcentes.

# Trochiſci Alhandali juxta *Ph. Nor.*

℞. Pulpæ Colocynth. albæ, levis, & à Seminibus purgatæ ℥x. *Minutim inciſæ* cum Olei Amygd. dulc. *q. ſ. manibus fricentur, poſtea tridui ſpatio reponantur. Deinde* ℞. Tragacanthæ, Gummi Arab. Bdellii, aa. ℨvi. *Diſſolvantur* in aqua Roſarum, & cum parte eorundem diſſoluta, *ex prædicta Colocynthide formentur Trochiſci*, qui ſiccati denuoque contuſi, cum reliqua lachrymarum ſolutione iterum in Trochiſcos formentur & reponantur.

# Trochiſci Alkekengi Ph. A. R.

℞. Bacc. Alkekengi ℨiij. Semin. Citrulli, Anguriæ, Cucurbitæ aa. ℨiiiß. Boli Armen. Gummi Arab. Thuris maſculi, Sang. Dracon. Amygd. amar. Succi Liquirit. Tragacanth. Amyli Pinearum mund. Sem. Papav. alb. aa. ℨxi. Apii, Hyoſciami, Charabe ſive Succini albi, Terræ ſigillatæ, Opii aa. ℨij. cum Succo Alkekengi vel cum ▽ Roſacea, in qua ejusdem fructus ſicci fuerint macerati, *fiant Trochiſci*. Commendantur ad urinæ ardorem.

Tro-

# Trochiſci Aliptæ Moſchatæ juxta *Ph. Nor.*

℞. Ladani puriſſimi ℥iij. Storacis Calamitæ ℥iß. Storacis rubri ℥i. Ligni Aloes ʒij. Ambræ ʒi. Moſchi ℈ß. ▽ Roſarum q. ſ.

*Ladanum & Storax, in mortario calido piſtillo calido valde contuſa miſcentur, & emolliuntur, tunc* Lignum Aloes *in tenuiſſimum pollinem tritum inſpergitur, & denique* Ambra, & Moſchus in ſ. q. ▽ Roſarum odoratiſſ. *ſoluta adduntur, & omnia in paſtam coguntur, ut in paſtillos aut orbiculos efformari queant:* PH. A. RENOVATA addit Camphoræ ʒß.

Horum Trochiſcorum uſus, potiſſimum expetitur ad ſuffitus divitum.

# Trochiſci Alkermes Ph. A. R.

℞. Confect. Alkerm. complet. ℥iß. Laccæ Florentinæ ℈iv. Ambræ, Moſchi aa. ℈ß. Sacchari albi ℥xvi. Mucilag. Tragacanthi cum ▽ Roſarum factæ q. ſ. *fiant Trochiſci.*

Vires cum confectione Alkermes, conveniunt.

# Trochiſci Bechici albi *Ph. A. R.*

℞. Sacchari albi ℔j. ℥viii. Ireos ℥iß. Amyli ℥iiß. Mucilaginis Tragacanthi alb. cum ▽ Roſarum factæ q. ſ. *Ut poſſunt formari Trochiſci parvi.*

 For-

Fortiter Tuſſientibus, & aſperitatem faucium incurrentibus ſæpe proſunt.

## Trochiſci Bechici gryſei Ph. Nor.

℞. Liquiritiæ pulv. ℥j. Spec. de Iride ℥ß. Sem. Aniſi p. ℥i. Styracis Calamitæ ℥iß. Sacchari albi ℔ii p. civil. & cum Mucilagine Tragacanthi *fiat Maſſa, cui addantur* Olei Aniſi guttulæ aliquot.

## Trochiſci Bechici majores *Elect. Brandenb. Friderici Wilhelmi ex Diſp. Brand.*

℞. *Succi Liquiritiæ inſpiſſati* q. l. Solve in ſ. q. *Aquæ Looch* ſani, vel alterius Pectoralis ſolutionem per chartam cola, colaturam ad mellis conſiſtentiam rurſus inſpiſſa. Tandem admixto *Sacchari Candi, vel albo Canarienſi*, fiat ſ. a. Maſſa, ex qua formentur Trochiſci.

## Trochiſci Bechici nigri Ph. Nor.

℞. Sem. Aniſi Fœnic. Liquirit. p. aa. ℥ß. Succi Liquiritiæ, Sacchari aa. ℔j. *Fiant Trochiſci.*

Conferunt Tuſſi ſiccæ, etenim exſcreationes promovent, & fauces leniunt.

## Trochiſci Bechici nigri *Diſp. Brandenb.*

℞. *Iridis Flor. p.* ℥iij. *Liquir. Sem. Aniſi. Fœniculi aa.* ʒv. *Storacis Calamitæ depurati* ʒij. *Succi Liquiritiæ.* ▽ *Hyſſopi ſoluti* ʒiv. *Sacchari. Melitæi puriſſimi Mucilag. Tragacanthi* aqua Roſarum ſoluti q. ſ. Ut fiant ſ. a. Trochiſci.

## Trochiſci Bechici rubri P. A. R.

℞. Specierum Trochiſcos Bechicos albos ingredientium ℥ij. Boli Armeni Or. præpar. ʒii. ℈ii cum infuſo Tragacanthi in Aq. Roſarum factis *fiant Trochiſci.* Qui Catarrhotenues ſiſtere, ac Sanguinis ſputum inhibere dicuntur.

## Trochiſci de Benzoe *P. A. R.*

℞. Benzoi ℥vi. Ligni Aloes opt. ℥viij. Styracis Calamit. ʒiij. Moſchi ʒß. Ireos ʒii. Sacchari Candi ℔iii. ex omnibus pulveriſatis cum Aq. Roſarum, *fiant Trochiſci* ad ſuffitus potiſſimum expetiti.

## Trochiſci de Charabe *P. A. R.*

℞. Charabe ʒvi. C. C. uſti, Gummi Arab. Corall. rubr. Tragacanthi Succi Acad. Hypociſtid.

ciſtid. Balauſt. Maſtich. Laccæ Papav. nigræ aa. ℥ij. Thuris, Croci, Opii aa. ʒi. gr. xv. Mucilag. Pſyllii q. ſ. ut *formentur Trochiſci.*

Tabidis ſanguinem & purulenta exſpuentibus commendantur, & Sanguinem undecunque emanantem ſupprimere dicuntur.

## Trochiſci Fumales in Phthiſi & Hectica uſuales *Riverii.*

℞. Gummi Hæderæ ℥iß. Thuris, ℥i. Myrrhæ ℥ß. Succini ℈i. Styracis, Benzoi aa. ℥ß. Hypociſtidis ℈ij. Sem. Coriandri, Roſar. rubr. Santali rubri aa. ℈j. *Pulveriſata excipiantur* cum mucilagine Tragacanthi & Reſina Larica, *ac fiant Trochiſci, prunis injiciendi, ad Vaporem ore hauriendum.*

## Trochiſci de Galia Moſchata *P. A. R.*

℞. Ligni Aloes ℥v. Ambræ ʒiij. Moſchi ʒj. Mucilagin. Tragacanthi cum Aq. Roſarum factæ q. ſ. *fiant Trochiſci.*

Odoris ſuavitate, ſuffitu gratiſſimi ſunt, & in ore detentæ, halitum commendant.

## Trochiſci Gordonii *Ph. A. R.*

℞. Sem. 4. Frig maj. mundat. Papav. alb. Malvæ Bombacis, Portulacæ, Cydoniorum, Bacc. Myrti, Tragacanthi, Gummi, Arab. Pinear.

near. mund. Piſtaciorum, Liquiritiæ mundæ, Hordei mundi, Mucilag. Pſyllii. Amygd.d.aa. ℥j. Boli Armen. Sang. Dracon. Spodii, Roſarum, Myrrhæ aa. ℥ß. Sacchari Candi ℥ij. cum hydromelite *fiant Trochiſci.*

Ad ſanguinis mictum, diabeten, gonorrhæam & ſtranguriam vulgo commendari ſolent.

## Trochiſci Hermetici *Scretæ.*

℞. ☿ii dulcis ℥j. Magiſt. Scammon. ʒvi. C.C. Phil. calcin. ʒiiß. Cinamomi acuti ℈ij. Sacchari albi ℥iv. cum mucilagine Tragacanthi *fiant Trochiſci*, quorum ʒj. continet ☿ii dulcis ℈ß. & Magiſt. Scammon. gr. viiß.

## Trochiſci Moſchardini.

℞. Sacchari albi ℥iv. Terræ Catechu ℥j. Ambræ gryſ. Moſchi aa. gr. vi. cum Mucilagine Tragacanthi *fiant Trochiſci parvuli muſcerdæ ad inſtar*, ſub lingua detinendi, ad anhelitum commendandum, & Spiritus recreandos.

## Trochiſci de Myrrha *Ph. Nor.*

℞. Myrrhæ ʒiii. Farinæ Lupinorum ℥iij. Fol. Rutæ, Mentaſtri vulg. Cymini, Rubiæ Tinct. Aſæ Fœtid. Sagapeni, Opoponacis aa. ʒii. Lachrymæ in Vjno decoctionis Arthemiſiæ infuſæ *diſſolvantur & cum cæteris pulveribus in mortario adjectis, in Maſſam cogantur.*

Men-

Menſes ſuppreſſos, fœtum mortuum, & ſecundinam tardantem promovere prædicantur.

## Trochiſci Pectorales cum Ambra P. A. R.

℞. Specierum Diaireos ſimpl. ℈viij. Diambræ compl. pulv. Radic. Irid. Flor. aa. ℈iij. Amyli ʒß. Trochiſci Galliæ Moſch. ℈iiij. gr. viij. Ambræ gryſ. ℈j. gr. viij. Sacchari albi ℔i. Mucilag. Tragacanth. cum ▽ Roſarum fact. q. ſ. *Fiant Trochiſci* Sputum promovere, & lentorem catarrhi incidere prædicantur.

## Trochiſci de Spodio P. A. R.

℞. Roſarum rubr. ℥iß. Spodii ʒx. Sem. Acetoſæ ʒvi. Portulacæ, Coriandri, Sumach. aa. ʒiiß. Amyli, Balauſtiorum, Berberum aa. ʒij. Gummi Arab. ʒiß. Omphacii q. ſ. *Fiant Trochiſci.*

In Febribus Bilioſis cum alvi fluore, efficaces prædicantur.

## Trochiſci Sublinguales compl. Ph. A. R.

℞. Extracti Ligni Aloes ℈ß. Spec. Cord. temperat. ʒi. Diamoſchi dulc. ʒß. Rad. Ireos Fl. ℈ii. Olei Cort. Citri gutt. iij. Sacchari albi ʒviii. Ambræ gryſ. gr. v. Moſchi gr. iv. Zibe-

Zibethi gr. j, Mucilaginis Tragacanthi cum ▽ Roſarum fact. q. ſ. *Fiant Trochiſci.*

## Trochiſci Sublinguales incompl. *P. A. R.*

℞. Rad. Angelicæ pulv. ℥ß. Pimpinellæ, Sem. Angelicæ, Cort. Citri ſicc. Zedoar. aa. ℈iiß. Sacchari albi ℥vii. cum Mucilagine Tragacanth. cum Aq. Roſarum Fact. q. ſ. *Formentur Trochiſci* parvi.

Tempore Peſtis vel aeris infecti, non contemnendi ſunt uſus.

## Trochiſci Sublinguales Ph. Nor.

℞. Confect. Alkerm. ℥ß. Succi Chermes ʒij. Moſchi opt. Ambræ aa. gr. v. Sacchari fini ℥viiij. *Fiant ſ. a. Trochiſci.*

## V.

## Vernix ad conſervanda Animalia & Inſecta. *Eph. Cur. Dec. II. Ann. VIII.*

℞. Spiritus Vini rectif. ℔j. Succini albi ℥ii. *digere in* M. B. 48. *horis*; *Tum adde* Pulv. Sandarachæ albæ. Maſtichis alb. electæ aa. ℥j. Tere-

Terebinth. Venet. ℥iß. atque M. B. *denuo impone 24. horis donec omnia ſoluta ſunt.*

Si inſecta conſervanda ſunt, ea probe exenterata, immitte diebus aliquot, Spir. Vini rectif. Saccharo candi mixto. Poſtea inungito ea Vernice, usque dum Vitri albi inſtar ſplendeant.

## Unguentum Ægyptiacum ſimplex *P. A. R. & Ph. Nor.*

℞. Æruginis ſive viride Æris ℥v. Mellis ℥xiii. Aceti fortis ℥vii. *Coquantur omnia, donec fiat Unguentum ſpiſſum & calore purpureum.*

Commendatur ad ſordes Ulcerum putridorum detergendas, Saniem ſiccandam, & carnem abſumendam.

## Unguentum Ægyptiacum compoſitum ſive Magiſtrale *Ph. A. Ren.*

℞. Æruginis, ſive viride Æris ℥iv. Aluminis, Salis armoniaci aa. ℥ß Succi Scordii ℥iv. Alliariæ, Rutæ aa. ℥iii. Aceti ſcillitici ℥vi. ſpumati ℥xvi. *Coquantur omnia ſimul lento igne ad mediocrem unguenti conſiſtentiam, addendo* Theriacæ, Mithridatii aa. ℥ß Camphoræ ℥j. *Ac probe miſcendo fiat Unguentum.*

*Unguentum hoc ab* HILDANO in Tractatu de Gangræna *maximopere commendatur ad Gangrænam & Sphacelum, nec non ad ulcera*

valde

*valde putrida & ſinuoſa , carnemque mortuam à ſana ſeparandam, &c.*

## Unguentum Agrippe P. A. R.

℞. Radic. Bryon. ℔ij. Cucumeris aſinini ℔j. Scyllæ ℔ß. Ireos ℥iii. Filicis, Ebuli, Tribulorum aquat. aa. ℥ii. Ceræ albæ ℥xv. Olei Olivar. ℔iv. *Radices omnes recentes, mundatæ, inciſæ & contuſæ, cum Tribulis macerentur in Oleo diebus octo, deinde coquantur, exprimantur, & in colato ac expreſſo Oleo reſolvatur Cera, ut fiat ſ.a. Unguentum.*

Quod œdematoſos & laxos partium tumores tollit, ac nervorum contractiones ſanat, nec non ventri illitium, alvum laxat, nephriticosque dolores demulcet &c.

## Unguentum Alabaſtrinum Ph. Nor.

℞. Herb. & Flor. Chamæmeli rec. ℥iv. Radic. Altheæ, Roſarum recent. aa. ℥ii. Rutæ rec. Betonicæ aa. ℥iß. Olei Roſacei ℔iß. Ceræ q.ſ. Alabaſtri opt. & puriſſ. ℥iij. *Coquantur in Oleo ad conſumptionem humiditatis, addatur cera, tandem Alabaſtrum pulv. aſpergatur ac fiat Unguentum.*

„ Vulgo Fronti, Temporibus, Spinæ Dorſi
„ &c. applicari ſolet, ad dolorem Capitis de-
„ mulcendum, ſed ſæpe ſæpius effectu fruſtra-
„ neo, interim Muliercularum perſuaſionibus
„ ſæpe quid largiendum.

## Unguentum Album *ſive de* Ceruſſa Ph. A. R.

℞. Lithargyr. albi loti ℥ß. Ceruſſæ lotæ ℥iiß. Ceræ albæ ℥iiiß. Olei Roſati ℥viii. Album Ovorum Num. iv. *Ceræ in Oleo Roſato liquatæ injiciatur Ceruſſa & Lithargyrium probe tritum, & mixtis ultimo albumina Ovorum admiſceantur.*

## Unguentum Album Ph. Nor.

℞. Ceruſſæ albæ ℔vß. Olei Olivarum ℔viiß. Sevi Hircini ℔iv. *Miſceantur cum Aceto, & fiat Unguentum.*

Commendatur Unguentum hoc ad Ambuſta, Eryſipelas, Prurigines, Scabiem, Serpiginem, ulcera attrita inflammata &c.

## Unguentum Album Camphoratum Ph. Nor.

℞. Olei Roſati, Ceruſſæ aa. ℔j. Ceræ albæ ℥iij. Album ovorum No. vj. Camphoræ in ſ. q. Olei roſati ſolutæ ʒij. *Cum Aceto deſtillato miſceantur, & fiat Unguentum.*

Ad prædicta omnia præſtantius exiſtit, ac ſimplex hoc Unguentum.

## Vnguentum de Althæa Ph. Nor.

R. Radicum Althææ ℔ii. Semin. Lini, Fœnigræci aa. ℔j. Olei ℔iv. Ceræ ℔j. Reſinæ ℥vj. Terebinth. ℥ij. *Radices & Semina contuſa macerentur tribus diebus in* Aquæ ℔viii. vel q. ſ. *quarto dein die coquantur, donec craſſeſcat mucilago, quam exprime; hujus expreſſæ mucilaginis recipe* ℔ij. *coquatur cum Oleo, & cum aquoſum illud in mucilagine evaporavit, addatur Cera, Terebinthina & Reſina, ac cum q. ſ. Curcumæ Fiat Unguentum flavum.*

Quod ad emolliendum, calefaciendum & humectandum, pectoris dolorem leniendum, viſcerumque durities laxandas vulgo commendari ſolet.

## Vnguentum ad Ambuſta Ph. Nor.

R. Olei Roſarum ℥iij. Camphoræ ℨj. *diſſolvantur in vitro clauſo calore leni. Poſtea coque* Cetuſſæ ℥vi. in Aceti deſtil. ℥iß. ad pultis formam, & Oleo Camphorato admiſce, *diu multumque invicem agitando, ultimo* albumina Ovorum conquaſſata & in Aquam reſoluta Num. vii. *addantur, & porro agitando fiat Unguentum.*

## Vnguentum ad Ambuſta J. Demuth Empyrici.

R. Olei Lini ℔j. Raparum ℥iv. Ceræ ℥vi. Reſinæ ℥iv. Viride æris ℥j. *Miſce, fiat Unguentum.*

## Unguentum Anodynum Ph Nor.

℞. Olei Liliorum alb. ℔ß. Amygd. dulc. ℥j. Anethi, Chamæmeli, Pingued. Anatis, Gallinæ aa. ℥ij. Ceræ ʒiij. *Miſce, fiat Vnguentum.*

Quod ad dolores mitigandos externe adhiberi ſolet.

## Vnguentum Apoſtolorum Ph. Nor.

R. Terebinthinæ, Reſinæ aa. ℥ij. Ceræ flavæ ʒvi. *Invicem liquata & per linum colata ſerventur, quibus adde* Olei communis ℔ii. Lithargyrii ſubtil triti ʒii. Aceti fortis ℥vi. *usque ad aceti conſumtionem cocta. Poſtea in patella cum aceto diſſolvantur ad pultis formam* Galbani puri, Myrrhæ el pulv. aa. ʒvi. Opoponacis ʒß. Ammoniaci ℥ß. ʒij.

*Quibus adhuc calentibus, nec tamen ferventibus, alternatim adjice mox de ſuperiori ruditer cocto Vnguento cochlear unum, mox de pulveribus ſequentibus tantundem, ſemper leniſſimo calore agitando, donec omnia optime fuerint unita.*

R. Ariſtoloch longæ pulv. Thuris albi, Bdellii aa. ʒvi. Æruginis ſubtilis ʒiß. *Miſce, fiat Vnguentum juſtæ conſiſtentiæ.*

Vulneribus & Ulceribus quæ difficulter conſolidantur, conducit, ſorditiem eorundem emendando, ſiccando & detergendo, exeſaque putrilagine carnem reſtaurando, duramque emolliendo &c.

Un-

## Unguentum de Arthanita ſive de Cyclamine P. A. R.

℞. Radicum Cyclaminis ℔iii. Cucum agreſt. Butyri aa. ℔j. Ol. Irini ℔ij. Pulpæ Colocynth. ℥iv. Polypodii ℥vi. *Contundenda terantur, & macerentur in ſuccis ac Oleis diebus octo, in vaſe vitreo; poſtea additis* Fellis Tauri ℥viiß. *coquantur ad aquoſarum partium conſumptionem; colentur & exprimantur, inque colato diſſolvantur* Ceræ ℥v. *& fere refrigeratis inſpergatur paulatim Pulvis ſequens:*

℞. Euphorbii ʒvii. Sagapeni, Scammon. Aloes, Colocynth. Mezerei, Turbith aa. ʒviiß. Salis Gemmæ ʒivß. Myrrhæ, Piperis longi, Zingib. Chamæmeli aa. ʒiij. *Miſce, fiat Unguent.*

Hoc Stomacho illitum, vomitum ciet, Hypogaſtrio inunctum, alvum laxat, vermesque necat &c.

## Unguentum Aureum Ph. Nor.

℞. Ceræ citrinæ ℥vi. Olei vetuſti ℔ß. Terebint. ℥ii. Reſinæ, Colophoniæ aa. ʒiß. Maſtichis, Thuris aa. ℥ Croci ʒj. *Omnia præter Crocum & Olibanum, inter ſe colliqueſcant & per qualum transmittantur, ac porro poſtmodum Olibano & Croco ſubtiliſſime tritis*, hocque in tantillo Vini diluto, *Fiat Unguentum.*

## Vnguentum Baſilicum ſive Citrinum, juxta animadverſ. *Zvvelff.*

R. Axungiæ Porcinæ rec. ℔iß. Adipis Gallinae ℥i Cortic. Citri extim. contuſ. ℔j. vel ℔iß. *Macerentur diu multumque in loco tepido, tandem colentur & exprimantur, colaturæ addatur* Sevi Caprini ℥iß. Ceruſſae cum Succi Citri ℥viii. *coctæ, iterumque ad ſiccitatem fere inſpiſſatæ* ℥vi. *vel quod melius eſt*, Sacchari Saturni cum parum Aquæ Roſarum ſoluti ℥ij. Fæculæ Serpentariæ vel Bryon. ℥j. *Agitentur diu invicem, tunc addantur* Corallorum alb. ʒß Umbilic. marin. Cryſtalli, Entali, Dentali aa. præpar. ʒiij. Alabaſtri albi præparati ʒij. *cum Aceto diſt. coctι. & rurſus ad ſiccitatem evaporando redacti, item* Tragacanthi albi cum Aqua Roſarum in mucilaginem ſpiſſam ſoluti, Aniſi, Nitri, Thuris albi triti ʒii. Camphoræ cum Axungia Porcina ſolutæ ʒiß. *Miſce, fiat Unguentum.*

## Vnguentum ad Carcinomatum vim corroſivam mitigandam & dolores demulcendos; item inflammationes, Lichenes &c. profligandas *Dn. Gendron apud du Hamel.*

℞. Lardi veteris Suis maſculi q. l. *bulliat cum* Aceto ter aut quater, *hoc facto etiam decoquatur cum* Vino albo, Aqua Roſaceæ parte addita, *ad exhalationem usque humiditatis*, *Tum* lardum ita

ita præparatum *immitte vaſis nive repleto, & frigori expone, atque tamdiu ita relinque, donec frigus remittat, ſingulis tamen diebus ſemel agitando.* Poſtea exemptam pinguedinem quinque vel ſex horis agita in mortario, cum Aqua Roſarum, Nymphææ, Plantaginis &c. *Hujus ita paratæ pinguedinis:* ℞. iij. & ei liquatæ admiſce Olei Amygd. d. & Ceræ albæ aa. ℥iij. *ſub finem vero adde* Camphoræ ℥ij. *& ab igne remotis admiſce* Ceruſſæ Venetæ ſubtil. pulv. ℥iv. ac Præcipitati albi ʒiij *Fiatque ſ.a. Unguentum*, quod Aqua Roſacea lavetur & ſervetur.

## Vnguentum Cephalicum.

℞. *Ung. alabaſtrini Populeon, Anodyni aa.* ℥ij. *Balſ. Rutæ, Ol. Nymph. e nucl. perſicor. aa.* ℥ß. *Succini, Nuciſtæ aa.* ℥j. *Balſami Peruv.* ʒiiß. m. pro linimento ad dolores capitis demulcendos, & ſomnum procurandum.

## Vnguentum de Cylamine *Ph. Nor.*

℞. Succi Cylaminis ℔iij. Fruct. & Herb. Cucum. Aſinin. Butyri Vaccini aa. ℔j. Olei Irini ℔ij. Pulpæ Colocynth. ℥iv. Polypodii ℥vj. Euphorbii ℥ß. *Arida omnia contundantur & macerentur in ſuccis dies octo, affuſo etiam Oleo in vaſe vitreo diligenter obturato, nona die deinde coquantur lento igne aliquandiu ad humiditatis fere conſumptionem, poſtea colentur ℥,*

*colaturæ dum adhuc calet addantur* Ceræ flavæ ℥v. Dum ℞. Gummi Sagapeni ʒvii. Myrrhæ ℥ii. *Pulveriſata ſolvantur in Aceto ad pultis formam, quibus adhuc calentibus alternatim mox de Oleo, prædicto, in quo Cera liquefacta eſt, tum de Pulveribus ſequentibus, ultimo inſpergendis, nec non* Fellis Taurini ʒvii. *paulatim injiciantur.*

*Ad Pulverem* ℞. Scammonii, Aloes, Mezerei, Colocynthidis, Turpethi aa. ℥viiß. Salis Gemmæ ℥ivß. Euphorbii, Piperis longi, Zingib. Chamæmeli aa. ℥iij. *Fiat Unguentum juſtæ conſiſtentiæ.*

## Unguentum Clyſmaticum *P. A. R.*

℞. Herb. Malvæ, Biſmalvæ, Brancæ urſinæ, Parietar. Mercurialis aa. M. iv. Radic. Alth. Liliorum alb. aa. ℥iv. Florum Chamæmeli, Meliloti aa. M. iij. Butyri rec. ℔v. *Piſtentur ſimul, & ſic ſtent per menſem, poſtea coquantur & exprimantur.*

„ Ad Enemata non contemnendus quidem „ eſt hujus Butyri uſus, ſed cum Enemata absque „ Butyro omni & Oleo facta, æque laudabiliter „ alvum ſtimulent; hinc minus neceſſariis ad- „ numerari merito poterit.

## Unguentum Comitiſſæ juxta Ph. Nor.

℞. Corticum mediorum Caſtaneorum, Glandium, Quercus arboris, Fabarum, Baccarum

Myrti

Myrti maturarum, Equiſeti, Gallarum, Acinorum Uvarum, Sorborum, Meſpillorum aa. immatur. ſicc. Fol. Pruni ſylv. Radicum Biſtortæ, Tormentillæ aa. ℥iß. *Contundantur & coquantur in* Aquæ plantag. ℔viij. vel. q. ſ. *donec media pars conſumta eſt, deinde.*

℞. Ceræ ℥viiiß. Olei Myrtillorum, Maſtichini aa. ℔iij. *Poſtea inſpergantur ſequentes Pulveres tenuiſſimi*, v. g.

Corticum mediorum Caſtanearum, Glandium Quercus arboris, Boli Armenæ aa. ℥j. Gallarum, Succi Hypociſtidis, Oſſium cruris bubuli calcinati, Baccarum Myrti, Acinorum ſiccorum immaturorum aa. ℥ß. *Miſce, fiat Unguentum.*

*Eandem Compoſitionem paucis immutatis, ſuis adnumerat* Ph. A. Ren.

„ *Unguentum hoc Menſium nimium fluxum*
„ *inhibere, imo abortum præcavere dicitur, ſed*
„ *quanto conatu ſæpiſſime irrito, cum tædio quotidia-*
„ *na Praxis & experimenta docent, ut adeo tanto*
„ *apparatu alias in vanum inſtituto, facile carere*
„ *poſſit moderna Praxis Medica.*

## Unguentum Ebulinum, Ph. Nor.

℞. Granorum Ebuli immatur. ℔ß. Succi fol. Ebuli ℔i. Herb. Ivæ artheticæ, Roriſmarini, Flor. Sambuci, aa. M. iſſ. Radic. Alth virid. Lumbricor. terr. Vino lot. aa. ℔ß. Terebinth. Aqua Sal. lotæ ℥iv. Vini rubri ℔j Olei ℔iß. Ceræ *q. ſ. ut fiat Unguentum.*

 Un-

# Vnguentum Enulatum Ph. Hagienſ.

℞. Radicum Helenii q. l. *Coquantur in* Aceto, *dehinc contundantur & trajiciantur per ſetaceum.*

R. Hujus Pulpæ modice ſiccatæ ℔j. *adde* Axung. Porci veteris ſalitæ ℥viij. Olei Raparum veteris ℥iv. Sulfuris cum ſucco Limonum triti ℥ii. Pulv. Rad. Helleb. nigri, Zingib. aa. ℥ß. Ceræ flavæ *fiat ſ. a. Unguentum. Quod ſi cum* Mercurio *deſideretur.*

R. Unguenti hujus ℥vi. Terebinth. Mercurii vivi aa. ʒii. *Ac fiat ſ. a. Unguentum* quod ad Scabiem habetur ſatis expertum.

# Vnguentum ad Eryſipelas exulceratum D. Fauſi.

R. Butyri recentis non ſaliti ℥ii. Mercurii præcipitati ruberrimi ℥ß. Camphoræ ʒß. Olei Flor. Sambuci parum vel ʒß. *Miſce:* primo ſolve Camphoram in Oleo, tum, butyrum liquatum, & deinde præcipitatum adde, *ut fiat Unguentum,* quod applicetur cum linteis, relicto foramine in medio.

# Vnguentum Fuſcum commune *Ph. Nor.*

R. Olei communi ℔iß. *in hoc diſſolve* Ceræ flavæ rec. ℥iv. Picis Naval. Colophon. aa. ℥ii. Maſtich. Terebinth. aa. ℥i. *Colentur per linum*

*num & qualum*; *Colaturæ admiſceantur* Sagapeni ℥ij. Galbani ℥j. *ambo in vino ad pultis formam ſoluta*, & Thuris ſubtiliſſ. triti ℥j. *Fiat ſ. a. Unguentum* DISPENS. BRANDENBURG. addit ulterius *Pulv. Radic. Ariſtoloch rot.* ℥ß.

Prædicatur ad vulnera mundificanda, putridam carnem depaſcendam, & recentem generandam.

## Vnguentum fuſcum *Felicis* Würtz, juxta *Diſp. Brand.*

℞. *Colcotharis ſeu terræ Vitrioli dulcis* ℥ij. *Florum Æris* ʒx. *Aceti Vini in quo folia Plantaginis, ac Chelidonii maj.* recent. per aliquot dies macerata ac poſtea expreſſa fuerint ℥iij. *Plegmat.* Vitrioli ℥ij. *Mellis deſpumati* ℥xj. inſpiſſentur leni igne continue agitando ad mellis conſiſtentiam.

## Vnguentum ad Guttam Roſaceam *D. Fauſt.*

℞. Unguenti Pomati ℥iß. Benzoi ℈i. Mercurii præcipitati ℈ß. Olei Camphoræ gutt iij. Spir Vini opt. ʒj. Ceræ q. ſ. *Ut in mortario plumbeo miſcendo fiat ſ. a. Unguentum.*

## Vnguentum ad Hæmorrhoides Ph. Nor.

℞. Amyli albiſſ. Ceruſſ lotæ, Lithargyr.

præp. Plumbi uſti, Tragacanthi aa. ℥iß. Opii, Camphoræ aa. ℈j. Album. Ovi unius, Olei roſacei, Violacei aa. ℥iß. Ceræ q. ſ. *Ceram in Oleis liquefaciendo, poſtea cum Camphora in Aceti deſt. portiuncula ſoluta, reliquorum pulv. & albumen ovi addendo fiat Unguentum.*

Quod ad dolentes hæmorrhoides & mariſcas utiliter adhibetur.

## Unguentum ad Herpetes *D. Fauſt.*

℞. Unguenti Pomati ℥j. Sacchari Saturni, Sulfuris Antimonii aurati, cineris Tabaci aa. ʒj. Olei Camphoræ deſt. ʒß. Miſce.

## Unguentum Infrigidans Ph. Nor.

℞. Olei Roſati ℥iij. Ceræ albæ ℥j. *Ceræ in Oleo liquatæ adde modicum* Aceti Roſacei, *& agitando fiat Unguentum*, quo Hecticorum dorſum, & regio Renum in unctum, calori depaſcenti, vel ſudoribus nocturnis obſtare dicitur.

## Unguentum ad Juncturas Ph. Nor.

℞. Ungenti de Alth. ℥x. Ping. Canis, Porci, Taxi aa. ℥iv. Olei Lauri ℥iii. Euphorbii, de Piperibus, Juniperi aa. ℥ij. Pul. Sem. Erucæ, Sinapi, Piperis longi, Euphorbii aa. ʒj. Vini ſublimati, Ceræ aa. ℥ij. *Fiat ſ. a. Unguentum.*

Un-

## Unguentum Laxans *Jeſſenii.*

℞. Fellis Tauri, Butyri non ſaliti aa. ℥iij. Extract. Helleb. nigri, Colocynthid. aa. ℈j. Diagrydii gr. iv. Croci gr. iii. *Lento igne ad conſiſtentiam mellis redacta, nucis juglandis teſta dimidia excipiatur & umbilico applicetur.*

## Unguentum de Linaria Ph. A. R.

℞. Herb. Linariæ cum Floribus, Adipis Porcini aa. ℔j. *Contuſa coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem, & exprimantur, Tempore vero uſus*, aliquid de vitello Ovi, *addatur* & goſſipio excepta, hæmorrhoidibus dolentibus applicentur.

## Unguentum de Linaria *Diſpenſ. Brandenb.*

℞. *Foliorum & Florum viridium Linariæ veræ* M. iij. Macerentur contuſa & conquaſſata in liquefacti *adipis porcini recentis, aut Butyri Maj. recent. non ſaliti* ℥xj. Coquantur macerata ad humiditatis conſumptionem & exprimantur. *Expreſſis recentia adde folia cum floribus*, macera, coque, & exprime, quibus demum expreſſis adde *Olei è vitellis Ovorum* ℥ß. *Sem. Hyoſciami expreſſi* ℥ii. *Succi Sempervivi* ℥iij. Et miſce exacte pro Unguento.

Un-

# Vnguentum de Linaria *Zvvelff.*

℞. Butyri Maj. rec. ℔ij. Herb. Linariæ rec. veræ, non lacteſcentis, contuſæ ℥viii *Facta maceratione diebus aliquot fiat ebullitio, & cum forti expreſſione colatura.* Butyro expreſſo de novo immergantur Linariæ recentis contuſæ, ℥viij. *Digerantur, coquantur paucis ebullitionibus, & iterum exprimantur. Atque hæc infuſio & coctio* cum recenti Linaria tertia vice repetatur. *Tandem cum forti expreſſione fiat colatura, ac Unguentum viride ſervetur.* Cui tempore uſus ad ſingulas ℥ij. adde vitelli Ovi unius, Olibani pulv. ℥iß. Roſarum Sambuci, Croci aa. ʒj. circiter, & mixtum ut prius applicetur tumentibus ac dolentibus hæmorrhoidibus.

# Vnguentum de Liquiritia *Ph. Nor.*

℞. Butyri rec. in Aqua Roſarum & Soloni aliquoties loti ℔j. Liquiritiæ ſucculentæ rec. ℥iv. *Piſtentur ſimul in Mortario, poſtaque frigantur in Sartagine, colenturque & exprimantur.* Laborem hunc ter reaſſumta ſemper nova Liquiritia iterando, *tandem butyro huic præparato adde* Ceruſſæ mund. in Aceti q. ſ. *ad pultis craſſioris formam coctæ* ℥iij Pompholygis ʒij. Album. Ovi ad liquorem aquæ conquaſſati ℥iß. Camphoræ in Oleo roſaceo ſolutæ ℈ij. *Miſce fiat ſ. a. Unguentum.*

Præ-

Prædicatur ad inflammationes, eryſipelata, ut & Ulcera à ſeri falſi acrimonia nata &c.

## Vnguentum de Lithargyrio *Ph. Nor.*

R. Olei Saturni ex lithargyrio facti q. ſ. *huic ſub continua agitatione adde* Olei Roſati, quantum ad Unguentum albi conſiſtentiam ſufficere videtur. *Tandem ad* ℔j. hujus Unguenti inſperge pulv. ſubtiliſſ. Thuris, Maſtichis, Lapidis Calamin. præp. aa. ℥j Camphoræ, in Ol. Roſarum ſolut. ℥ß. *& fiat Unguentum*; Quod Ulcera difficulter ſanabilia conſolidat, & cruenta glutinat, ſine morſu ſiccat, pruritumque ſedat.

## Vnguentum Martiarum *Ph. Nor.*

R. Fol. Lauri ℔iij. Rutæ ℔iiß. Majoranæ ℔ii. Roriſmarini ℔iß. Myrti veræ, Ebuli, Balſamitæ, Ocymi aa. ℔ß. Butyri ℥v. Styracis, Medullæ Cervi, Adipis Urſi, Gallinæ aa ℥iv. Maſtichis ʒiij. Thuris ʒii. Olei Nardini ʒi. Communis ℔vi. Ceræ ℔iv. *Herbæ omnes in fine menſis Maji vel circa ſolſtitium æſtivum collectæ, minutim inciſæ*, in Vini q. ſ. *macerentur per dies ſeptem, octavo vero die addito Oleo coquantur leni igne, donec omne vinum eſt conſumtum, tunc colentur & exprimantur, additaque*

*que* Cera & Adipibus, tandemque aſperſis Pulveribus *fiat ſ. a. Unguentum.*

Ad convulſiones, nervorum reſolutiones, tumores duros conducere, Lienque obſtructum & induratum emollire dicitur.

## Unguentum ad Membra frigore læſa Ph. Nor.

℞. Pingued. Cati Sylv. ſevi Cervini, Olei Laurini, Ceræ novæ aa. ℥ß. Camphoræ ʒj. quæ in Spir. Vini ʒj. *ſoluta colliquatis pinguedinibus ſub finem addatur.* In hujus defectu egregium effectum præſtat Pinguedo anſerina calide illita.

## Unguentum de Minio camphorat *Ph. Nor.*

℞. Olei Roſati ℔iß. Minii ℥iij. Lithargyr. ℥ii. Ceruſſæ ℥iß. Tutiæ præp. Camphoræ aa ʒiij. Ceræ ℥ij. *miſceantur in pila plumbea, cum piſtillo plumbeo, ut fiat Unguentum.*

Quod potentiſſime refrigerat, id eſt, acidum ulcerum putrefactivum egregie abſorbet, unde cancros, & ulcera maligna ſerpentia curat, & igni ſacro medetur &c.

## Unguentum Nervinum Ph. Nor.

℞. Herb. recent. Salviæ, Ivæ arthericæ, Majoranæ, Roriſmarini, Menthæ, Rutæ, Paralyſeos,

ſcos, cum Flor. Florum recent. Lavendulæ, Hyperici, Chamomillæ, Meliloti, Summitat. Anethi rec aa. M. j Bacc. Lauri Juniperi aa. ℥j. Radic. Pyrethri ʒii *Inciſa & contuſa immergantur in* Ol. Lumbricorum, Anethi, Hyperici aa. ℥iij. Terebinth. ℥ij. Axung. Humanæ, Cati Sylv. Canis aa. ℥ß. *Macerentur ſine affuſione Vini per ſeptimanam unam & alteram; Poſtea in cucurbita ſemel atque iterum ebulliant, exigua, quæ prodit humiditate, Herbis & Oleis reaffuſa. Tum fortiter exprimantur & colentur, in expreſſo colato diſſolve* Terebinth. ℥iv. Ceræ ℥iij. Benzoi in Spir. Vini rectif. ℥ii. ſoluti ʒvi Maſtichis el. ℥ß. *Miſce & ſine ulteriori coctione fiat Unguentum.*

Frigidis Nervorum morbis opitulatur, ac dolores eorundem demulcet.

## Unguentum Nervinum *Margraff.*

℞. Unguenti de Althæa. ℥iv. Pingued. Anatis, Anſeris, Canis, Felis aa. ℥ii. Olei, Anethini. Chamæmelini, Laurini, Lumbricorum, Vulpini aa. ℥j. Euphorbii, Petræ, Spicæ, Terebinth. aa. ℥ß. Spir. Vini ℥iß. Ceræ q. ſ. *Miſce, fiat Unguentum molle.*

## Unguentum Nervinum aliud.

R. *Summitat. Abietis* rec. m. iv. *Rutæ, Majoranæ, Serpilli Roriſmarini aa.* m. ij. *Flor. Anthos, Salviæ.*

*Salviæ, Lavendulæ aa.* m. ℞. *chamomill. Rom. Hyperici aa.* m. ij. *Bacc. Lauri, Juniperi aa.* ℥ij. *Sem. Coriandri* ℥j. *Croci* ʒij. Omnia inciſa, & quidem ſi recentia haberi poſſunt, ſucceſſive miſceantur contundendo cum Pinguedine Humana, vel canina : & per æſtatem digerantur calore Solis. Tandem vero coquantur invicem, & per linteum fortiter expreſſis adde *Olei Lumbricor. terr. coct.* ℥iv. *Hyperici* ℥ii. *Ping. caſtorei* ℥i. *Styrac. liquid.* ℥ii. ☋ *Succini deſt.* ℥ß. *Nuc moſch. deſt. Majoran. Rutæ aa.* ℥i. & probe mixtum ſervetur. In Paralyſi, Arthritide, convulſionibus, Colica, Dolore Nephritico ; Spinæ dorſi, vel parti dolenti inunctum, magnarum eſt virium.

## Vnguentum de Nicotiana Ph. Nor.

R. Foliorum Nicotianæ ℔ii. *contundantur cum affuſione* ſucci Nicotianæ ℔ß. *addita* pinguedine Porci rec. lotæ ℔j. *Coquantur ad humiditatis abſumtionem: Pinguedini colatæ & expreſſæ jungantur* Reſinæ Ceræ Citrinæ aa. ℥ii. *Quibus adhuc ſemel per linum & qualum colatis, admiſceantur* Ariſtoloch. rot. ſubtiliſſ. tritæ ℥ii. *ac fiat Unguentum.*

Conducit præ aliis ad vulnera & ulceratam recentia quam antiqua, nec non ambuſta, ut & tineam capitis, ac ſcabiem ſanandam.

Un-

## Unguentum Nihili *ad Oculos.*
### *Ph. A. R. & Ph. Nor.*

℞. Nihili albi, Tutiæ præp. aa. ℥j. Corall. præp. Matris Perlarum aa. ℥ß. Pingued. Porci ſine Sale in Vino lotæ ℔j Camphoræ ʒi. *Camphora in Pinguedinibus ſtudioſe ne exhalet liquefacta, cum cæteris bene pulveriſatis miſceatur.*

Ad Ophthalmiam ſive Oculorum inflam-„ mationem & rubedinem cum dolore, con-„ fert. „

## Unguentum è Nucleis Perſicorum.

℞. *Ung. Roſacei* ℥iij. *Nucl. Perſicorum excorticatorum.* ℥iii. Contundantur probe, ut fiat ſ. a. Unguentum.

## Unguentum Nutritum.

℞. Aceti ex Lithargyrio vel Minio probe dulcificati, & Olei comm. aa. p. æq. *Miſceantur in formam Unguenti vel Linimenti,* ad inflammationes non contemnendi Uſus, &c.

*Vel*

℞. Lithargyrii Auri ſubtiliſſ. lævigati ℔ß. Olei Roſacei, Aceti Vini aa. q. ſ. *ut nutriendo in mortario fiat ſ. a. Unguentum.*

## Unguentum ad Papillarum fiſſuras.

℞. *Ol. Maſtichini, Hyperici, Ceræ.* aa. ℥ij. *Boli*

*armenæ Tutiæ* ppt. aa. ℈j. *Sacch. Saturni* ʒß. *Ceræ virgin.* q. ſ. Fiat ſ. a. Unguentum.

„ Hoc inungantur papillæ fiſſæ: Et ſi in-
„ fans ſugere vult; abſtergatur unguentum
„ mediante oleo amygd. dulc. dehinc ſtatim
„ rurſus illinatur unguentum in cochleari ca-
„ lefactum.

## Unguentum Pectorale Ph. Nor.

℞. Olei Amygd. dulc. ℥iv. Chamæmeli Violati, Lilior. alb. aa. ℥iij. Butyri recent. non ſalit. ℥vj. Adipis Gallinæ, Anatis aa. ℥ij. Rad. Iridis ʒij. Croci ʒß. Ceræ albæ ℥iij. *Liquefiant Cera & pinguedines in Oleis, deinde laventur aliquoties cum Aq. Capill. Veneris, & poſtea addantur* Iris & Crocus bene *pulveriſata.*

## Unguentum Pediculorum Ph. A. R.

℞. Seminis Staphiſagr. ℥ij. Helleb. albi ℥j. Salis comm. ʒij. Argenti vivi ℥ij. Axung. Porcinæ ℔j. Olei Laurini ℥viiij. Saponis Veneti ℔ß. *Fiat ſ. a. Unguentum.*

„ Sapo in Lixivio communi ſolutus, cum
„ Oleo coquatur ad humiditatis aqueæ con-
„ ſumptionem, poſtea cum Axungia ſubactus,
„ & reliquorum Pulvis commiſceatur, ut fiat
„ Unguentum.

Unguen-

## Vnguentum Pediculorum *Diſpenſ. Brand.*

℞. *Radic. Hellebor. albi* ℥j. *Pyrethri*, *Bacc. Lauri*, *Sem. Sinapi*, *Staphiſagriæ*, Tartari albi aa. ʒvj. *Olei Laurini* ℥iv. *Nicotianæ* ℥ij. *Pingued. Porcinæ* ℔iv. Pulveriſata omnia macerentur in pinguedine & Oleis colliquatis, horis 24. Poſtea lento igne coquantur, colentur, & exprimantur valide. Colaturæ expreſſæ & pone refrigeratæ, immiſce exacte ſubigendo *Argenti vivi* ℥ii. *Olei Spicæ deſt.* ʒj. atque ita ex arte paretur Unguentum.

## Vnguentum Pomatum, *Ph. Nor.*

℞. Axungiæ Porcinæ ℔j. Benzoi, Storacis calamit. aa. ℥ß. Flor. Lavendulæ, Cinamomi, Caryophyll. aa. ʒij. Nucis Moſchatæ ʒj. Pomorum redolent. Num. x. *Stent infuſa loco calido per dies 4. tunc expreſſo addatur* Moſchi q. ſ. *& fiat Unguentum.*

## Vnguentum *Dia*-Pompholygos vulgo *Nihili dictum. Ph. A. Ren.*

℞. Olei Roſacei ℥vj. Ceræ albæ ℥iv. Succi fructus Uvæ Lupinæ ℥iv. Ceruſſæ ℥ij. Plumbi uſti & loti, Pompholygis, Thuris puri aa. ℥j. *Oleum cum ſucco ad humidi aquoſi exhalationem coquendo, poſtea Ceram in Oleo lique-*

 *faci-*

*faciendo, & pulveres reliquorum immiſcendo fiat ſ. a. Unguentum.*

„ Optime abſorbet Acidum acre & ſalſum „ ulcerum putrefactivum, hinc Ulcera optime „ ſiccat & conſolidat, atque ſine ſenſu Acrimo- „ niæ, Cicatricem inducit.

## Unguentum Populeonis, *Ph. Nor.*

℞. Oculorum Populi arboris recentiſſimorum ℔iß. Axungiæ porcinæ præp. ℔iij. *Oculi populi contuſi in adipe macerentur, donec ſequentes herbæ per æſtatem haberi poſſunt, Tum*

℞. Comarum Rubi tenerrimarum, Fol. Papav. hortenſis, Mandragoræ, Hyoſciami, Solani, Lactucæ, Herb. vermicular. Sempervivi maj. Violarum, Cymbalariæ, Radic. Lappæ maj. aa. ℥iij. *Herbæ & Radices contundantur & miſceantur cum Oculis populi & adipe, ac dimittantur per dies decem, deinde coquantur ſupra lentum ignem; donec omnis humiditas conſumatur, poſtea colentur & exprimantur, expreſſumque Unguentum reponatur.*

„ Febrium ardorem mitigare, ac Somnum „ conciliare dicitur, fronti & temporibus, nec „ non pulſibus illitum.

Un-

## Unguentum *contra* Puſtulas faciei *D. Fauſt.*

℞. Butyri recent. non ſaliti, & Aqua Roſarum loti ℥j. Pomati Jasmini ʒij. Mercurii præcipitati albi, Sacchari Saturni aa. ʒj. Ambræ gryſ. gr. ij. Moſchi gr. iij. *Miſce.*

## Unguentum Reſumtivum *Fernelii, Ph. A. R.*

℞. Sem. Lini, Fœnugræci, Alth. Gumm. Arab. Tragacanthi aa. ʒij. *Macerentur & bulliant* in Aquæ ſimpl. ℔ß. *& eliciatur mucilago*, quæ cum Butyri rec. ℔ß. Adipis Suilli, Gallinæ, Anſeris, Anatis aa. ℥ij. *coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem, poſtea addantur* Oeſypi ℥ß. Olei Violarum, Chamœmeli, Amygd. d. aa. ℥ij. Medullæ Vituli, Ceræ albæ aa. ℔ß. *Fiat ſ. a. Unguentum.*

„ Hecticis, Tabidis, Pleuriticis, & longo „ morbo emaciatis, conducere creditur.

## Unguentum Roſatum *P. A. R.*

℞. Axungiæ Porcinæ ℔j. *Lavetur aliquoties.* Aqua ſimplici, *deinde addantur* Roſarum alb. recent. ℔ij. *Terantur probe & coquantur leni igne, ad humidi aquoſi conſumptionem usque, ac colentur.*

 Ce-

„ Cephalagiæ mederi, ac Hæmorrhoidum
„ inflammationem demulcere dicitur.

## Unguentum Roſatum, *Ph. Nor.*

℞. Roſarum alb. recentium ℔ij. Axungiæ Porcinæ ℔iv. coquantur ad conſumptionem humiditatis, colaturæ adde Spir. Roſarum ℥j. Olei Ligni Rhodii ʒi. *Miſce.*

## Unguentum ad Ruborem Faciei *D. Fauſt.*

℞. Sulfuris vivi ℥ß. Zingiberis, Piperis aa. ʒj. Unguenti Pomati q. ſ. *Ut fiat Unguentum.*

## Unguentum ad Scabiem, Ph. Nor.

℞. Terebinth. lotæ ℥iv. Butyri loti ℥ij. Succi Citri ʒiß. Olei Roſati, Salis, Sulfuris pulv. aa. ʒj. Vitelli Ovorum No iij. *Miſceantur & fiat Unguentum.* Quod Scabiei, & pruritus fervorem, temperat.

## Unguentum ad Scabiem euporiſton, *mihi uſuale.*

℞. Flor. Sulf. Ceruſſæ aa. ʒij. Mercurii vivi ʒiß. Olei Lauri ℥iß. *Miſce ut fiat Unguentum.*

## Vnguentum Somniferum, Ph. Nor.

℞. Ung. Populi, Alabaſtr. aa. ℥ii. Ol. Nuciſtæ expr.

expr. Nymphεæ alb. aa. ℥ß. Opii in ▽ Roſarum ſoluti ʒii. Croci Or. ℈iiß. *Miſce, fiat Unguentum.*

## Unguentum *adverſus* Vermes, *Ph. Nor.*

℞. Succi Perſicariæ, Foliorum Perſicæ arboris, Folior. Lupii, Radic. Ariſtoloch. rot. aa. ʒiß. Succi Radic. ebuli, Cortic. mali Punici aa. ʒij. de Abſinthio, Abrotano, Cent. min aa. ℥iß. Porri ℥ij. Naſturtii aquat. ℔j. Olei Abſinth. ℔iß. Ceræ q. ſ. *Succos omnes cum Oleo coquendo, poſtea Ceram in eo liquefaciendo, fiat ſ. a. Unguentum.*

„ Hoc Umbilico applicatum, ventri in-
„ unctum, vermes necare & expellere præ-
„ dicatur.

## Unguentum rubrum vel Viride Potabile,

*Vide*

## Butyrum rubrum vel Viride Potabile,

## Unguentum Vulnerarium Aureum, Ph. Nor.

℞. Olei communis vetuſti ℔j. Petræ ℥iß. Philoſophorum, Ceræ, Terebinth. Juniperi aa. ℥ij. Gummi Galbani ℥i. Pingued. Taxi, Balſami Peruviani aa. ℥ß. Ceræ ℥iij. vel q ſ. *Ut fiat ſ. a. Unguentum,*

 Un-

## Unguentum Vulnerarium *mihi uſuale.*

℞. Herb. Veronicæ, Auriculæ muris minimæ aa. M. iv. Fragariæ, Prunellæ, Plantaginis, *Anguſti fol.* aa. m. ij. *Pyrolæ Saniculæ*, aa. m. j. *Ariſtol. long.* ℥ j. *Butyr. Majal. non ſaliti*, ℔ iij. Herbæ inciſæ coquantur cum Butyro, diligenter inter coquendum agitando, donec herbæ frixæ omnino ſunt, tunc colentur cum expreſſione, in colatura vero ſolvantur *Picis* & *Ceræ* aa. ℥iv. Et agitentur continuo, ne pix ſubſideat, donec refrigeſcunt; atque ſerventur ad uſum quem titulus indicat.

## Unguentum Vulnerarium aliud.

℞. *Butyri Majal. rec. non ſaliti* ℔ j. huic inter bulliendum deſpumato, adjiciantur *Ceræ*, *Picis*, *Reſinæ* aa. ℥ ij. Bulliant ad quartam horæ partem, ſpatulam diligenter agitando, tunc addatur *Æruginis ſubtiliſſ.* pp. ℥j. *Ariſtoloch. rot.* pp. ℥ ß. & fiat ſ. a. Ungentum.

De

# De præparatione Quorundam Simplicium juxta P. A. Renovatam.

## Adipum Præparatio.

Cum *Adeps* raro ita purus eſſe ſoleat, quin recrementis aut ſanguine inquinatus extet; *hinc à membranulis & venulis liberatus multoties aqua lavetur, donec ea non amplius inficiatur*, poſtea leni calore ab hærente humiditate aquea liberetur, & poſt liquationem coletur.

## Æris Uſtio.

*Æris præctea* fictili immittantur, interpoſito inter ſingulas lamellas *Salis communis*, aut *Sulfuris pulvere*, ut ſic fiat ſtratum ſuper ſtratum: hoc *igne ſufficienter uratur*, & calx vel cinis relictus aqua calida ſæpius affuſa edulcoretur; *evadit vero rubicundus, ſi cum ſale, vel nitro; niger vero, ſi cum ſulfure præparetur.*

## Agarici Præparatio.

Eſt ejusdem Trachiſcatio, quam vide de Trochiſcis,

chiſcis. *Eundem vero in finem inſtituitur ejus præparatio, ut & commodiori trituræ inſerviat, aut viribus augeatur.*

## Albi Græci Præparatio.

℞. Stercoris canis oſſibus per aliquot dies nutriti q.ſ. *lævigetur in marmore cum* ▽. *burſæ paſtor. q.ſ.* & inde formentur Trochiſci.

## Aloes Lotio.

Cum Aloe, quam pura etiam videatur, raro absque heterogenearum particularum conſortio reperiatur, præparationem, *ſive improprie dictam lotionem depoſcit*; quæ Aqua, in qua totam dilui poſſe experientia teſtatur, commode peragitur.

*Sume itaque Aloes Socotrinæ quantum volueris, ſuperfunde Aquæ pluvialis deſtillatæ q. ſ. ſtent in leni calore, ſæpius movendo, donec ſoluta fuerit Aloe, tum ſeparetur à fæcibus, & colatura clara inſpiſſetur, vel in ſole, vel loco calido, ad juſtam conſiſtentiam.*

Simplicem hanc præparationem ſequitur alia, quæ Nutritio audit, ubi Aloe lota ulterius ſolvitur in ſucco roſarum pallidarum, tunc vero rurſus exſiccatur, iterum atque iterum tali ſucco ſolvitur & exſiccatur, atque talis præparatio aliquoties reiteratur. *Aloe vero tali modo præparata, Roſata dicitur, & ſi mediante ſucco violarum talis peragitur præparatio, Violata audit.*

## Aluminis Uſtio.

℞. *Aluminis q. v.* ponatur in fictile novum, & uratur tamdiu, *donec totum alumen, ſpiritibus expul-*

*expulſis, poroſum & quaſi ſpumoſum evaſerit.* Si cui libuerit, poterit alumen urendum ☉ æ immittere, recipiente adlutato; ſic ſimul ſpiritus aluminis capitur.

## Ammoniaci Gummi præparatio.

*Gummi Ammoniacum in aceto leni calore liquatur & colatur*; ac poſtea acetum leniter coquendo evaporatur, & Gummi Ammoniacum rurſus exſiccatur.

Eodem modo præparatur etiam *Gummi Galbanum, Sagapenum, & opoponax.*

## Ari Radicum Præparatio.

Cum *acrimonia hujus radicis tanta* ſit, *ut etiam exſiccata & vetuſtior deglutientium fauces laceſſere haud deſinat*;

Hinc qui acrimoniam hanc retuſam exigunt, *Radices Ari optime mundatas, teſſelatimque inciſas, in vino albo macerent ſpatio 24. horarum, poſtea effundant vinum per inclinationem, ac ita repetant macerationem ſecunda & tertia vice*, ſemper affundendo novum vinum.

Tunc vero exſiccatas Radices ſervent ad uſum.

Si quis vero non retuſas vires in iſtis radicibus expetit, ſed ſpicula harum ſaltem miniora reddere voluerit, ille non ſimpliciter radices exſiccando, ſed eas potius ab exteriori pellicula prius liberando, opus peragat

Aſſel-

## Aſſellorum præparatio.

℞. *Aſſellorum ſive Millepedum quant. v. exſiccentur calore moderato, & pulveriſentur.* Poſtea imprægnentur *vino Malvatico*, quantum imbibere poſſunt, iterumque exſiccentur: Et hic *irrorationis & exſiccationis labor tertia vice repetatur.*

## Boli Armenæ præparatio.

*Liquetur Bolus in aqua pura, & agitetur*, tunc aqua tenuiſſimo polline ſaturata & turbida facta effundatur, & nova aqua ſuperinfuſa labor toties repetatur, *donec clara maneat, & lapilli ac arenulæ in fundo ſolæ ſubſiſtant.*

„ Tandem pulvis ità decantatus paulatim
„ ſubſidere permittatur, & effuſa aqua exſicce-
„ tur.

## Ceruſſæ Lotio.

℞. Ceruſſæ q. v. pulveriſetur, & in ▽æ ſufficiente q. diluatur, & decantetur, *relictis partibus craſſioribus in fundo, reſideat per noctem, poſtea ſeparetur aqua per inclinationem*, & materia reſidua exſiccetur, & ad uſum reponatur.

## Chalcitidis præparatio.

*Chalcitis in vaſe terreo aliquandiu calcinetur*, ut ſulfur, ſi quod ineſt, comburatur, & in pulverem facilius redigi queat.

*Locum ejus plerumque nunc ſupplet Vitriolum martis* ad rubedinem calcinatum.

## Chalybis præparatio cum Aceto.

℞. *Limatur. Chalybis* q. v. *madefiat cum aceto vini acerrimo*, tum ſtent in loco calido, donec

nec limatura rurſus exſiccata ſit, poſtea pulveriſetur, & ſic *ſepties reiteretur*, tandem vero ſubtiliſſime teratur & ſervetur.

*Præparationem aliam cum ſulfure vide de croco Martis.*

## Colcotharis Indulcati præparatio.

℞. *Caput mortuum* ♂*li extremo & longo igne calcinatum ad omnimodam ſpirituum expulſionem*; ex hoc mediante aqua communi toties affuſa omnis ſalſedo extrahatur, tunc ſiccetur & ſervetur.

## Colocynthidis præparatio.

Eſt ejusdem Trochiſcatio, quam vide de „ Trochiſcis. „

## Coriandrum præparatur.

Si *Semina modico aceti irrigantur*, tum exſiccantur & reponuntur.

Eodem modo etiam *cuminum* ab aliis præparari ſolet, *ſed præſtat absque tali præparatione ſemina in uſum trahere.*

## Cornu Cervi præparatio.

Fit *Cornu Cervi* in furno & vaſe figulino uſtum & pulveriſatum, *cum aqua roſacea in lapide porphyrite ſubtiliſſime terendo*, *& ſiccando.*

## Cranii Humani præparatio.

Fit Raſuram Cranii humani violenta morte perempti & *ab omni immunditie*, *& pinguedine liberati*, q. l. cum *aqua liliorum convallium* ſubtiliſſime terendo, tunc exſiccando & ſervando.

Den-

## Dentium Aprorum Præparatio.

Eundem in modum fieri ſolet, ac *Cranii humani*, trituram ſaltem *cum ∇a carduiben. papav. err. Tarax. &c.* inſtituendo, tum ſiccando.

## Eboris, ſeu ſpodii Præparatio.

Fit *eboris fruſtula in furno & vaſe figulino ad albedinem calcinando*, & tunc cum aqua Roſacea lævigando & exſiccando.

## Elaterii Præparatio *Margrafii*.

℞. *Cucumerum agreſtium intra octiduum collectorum* q. ſ. præſcindantur caute cultelli apice in medio petioli, ut ſemina matura ſine ulla fructuum compreſſione, in capacem amphoram reſiliant. E *Fructibus vero ſuper cribro inciſis, ſemen reliquum & mucago prolectanda ſunt*, & in mortario marmoreo piſtillo ligneo, affuſo ſenſim liquoris tenuis, è fructibus conciſis extillantis, & aquæ pluviæ tantillo, tundenda; atque ita *manibus calidis omnia tractanda ſunt, donec liquor pinguis oleoſus è medulla ſeminis in pulpamentum per cribrum ſetaceum tenuiſſimum & novum tranſeat*, quod per evaporationem ſuper arenis in conſiſtentiam Maſſæ pilularum redigendum.

## Eſulæ Radicum corticum Præparatio.

Eſulæ Radices bene mundatas infunde vel irroro

rora tridui ſpatio *in Aceto vini acerrimo*, deinde exſiccentur & ſerventur.

## Euphorbii Præparatio.

℞. *Euphorbium ſubtiliſſime pulveriſatum*, *tere cum amygd. dulc. oleo*, tunc maſſa hæc immittatur *pomo citrio*, vel *Cydonio excavato*, paſtaque panis obvolutum pomum coquatur in clibano. Poſtea Euphorbium exemptum ſervetur in vitro probe obturato.

## Hellebori Albi & Nigri Præparatio.

*Radices Hellebori* Albi & Nigri demta lignea medulla *triduo in Vino Cydoniorum macerentur*, loco tepido, poſtea exſiccentur, & reponantur.

## Jecoris Lupi Præparatio.

*Jecur Lupi Vino odorato lotum exſiccetur* in furno, poſtea *abſynthio circumdatum reponatur*.

Vel conſpergatur Jecur *pulvere ſantali citrini*, & tunc exſiccetur.

## Inteſtini Lupi Præparatio.

*Inteſtinum Lupi* ſecundum longitudinem ſectum, ac *vino*, in quo *Ruta & fœniculum* cocta fuerunt, elotum, atque in fruſta diſſectum exſiccetur, & *Ruta obvolutum ſervetur*.

## Laccæ Lotio vel Præparatio.

*Laccæ craſſiuſcule trita lavetur aqua fontana*, piſtil-

piſtillo ſemper agitando, donec clareſcat, quod reſedit, coletur & ſiccetur.

## Lapidis Lazuli Præparatio.

*Lapis Lazuli* minutiſſime trituus, *toties aqua abluitur, teritur & agitatur, donec aqua nullum amplius vel colorem vel ſaporem induit*, id vero quod in aqua ſubſidet, exſiccetur pro uſu.

## Lapidis Magnetis Præparatio.

℞. *Succi Ariſtolochiæ rotundæ, Sabinæ ana* ℥iv. *Serpentariæ* ℥ii. Cum his ſuccis ſucceſſive imprægnentur *Magnetis electi & in pulverem redacti* ℥iv. & exſiccentur.

## Lumbricorum Præparatio.

*Lumbrici* toties *cum vino Laventur*, donec omnem impuritatem depoſuerunt, tunc ſiccentur.

## Mezerei Præparatio.

*Folia Mezerei macerentur* horis 24. *in aceto acerrimo*, poſtea ſiccentur in umbra, & ſerventur.

## Myrrhæ Præparatio.

*Myrrha in vino leni calore diſſoluta*, adhuc calens per linteum coletur, & rurſus *inſpiſſetur*.

Eodem modo paratur etiam *Styrax calamita*.

## Olei Lotio.

Infundantur in phiola magna vitrea *duæ partes aquæ, & una olei, deinde calefiant*, & agitentur, omnia diligentiſſime, *donec optime miſceatur oleum cum aqua* & totus liquor candidus fiat, & ſpumeſcat, poſtea reponatur, ut ſeparetur oleum ab aqua, quod dein ab aqua eſt decan-

tan-

tandum. *Alii addunt olei, aquam ferventem, & ſtatim concutiunt.*

## Pellicularum Ventriculi Gallin. præparatio.

*Laventur vino albo*, poſtea exſiccentur & reponantur ad uſum.

## Plumbi Uſtio.

*Liquato plumbo* inſpergatur *ſal commune*, & ſpatula continuo agitetur, donec plumbum in pulverem abeat, qui poſtea beneficio aquæ ſimplicis à ſale liberatus in pulv. cineritium vertatur.

*Alias etiam Plumbum liquefactum, & ſpatula ferrea agitatum, ſine alterius rei additione, in pulverem abiri ſolet.*

## Pulmonis Vulpis præparatio.

*Pulmo Vulpis junioris recens*, ab aſpera arteria, venis & arteriis, ut & ſanguine purgatus, *vino albo, cui hyſſopus & ſcabioſa incocta ſunt lavatur*, in clibano ſiccatur, & ſiccatus *Abſynthio, Marrubio*, ac *hyſſopo involutus reponitur*.

## Sacchari Penidii præparatio.

*Sacharum clarificatum* lento igne inſpiſſatur, donec in magnas bullas attollatur, & *artifici notam conſiſtentiam* acquiſiverit, tum ab igne remotum ſupra tabulam marmoream *oleo amygd.* d. inunctam effunditur, & ubi nonnihil induruerit, ac propemodum Therebintinæ craſſitiem obtinuerit, de unco ſuſpenditur, *manibusque amylo ſubinde con-*

*ſperſis toties detrahitur, iterumque unco adglutinatur, donec indureſcat & candorem acquirat*; tandem in tenues Maſſulas, funiculi inſtar contortas, in tabula amylo conſperſa effingitur.

## Sanguinis Hirci præparatio.

*Hircum mediocris ætatis* per menſem domi *alito*, & nutrito *Pimpinella, Apio, Petroſelino, Leviſtico, Erica, Malva*, & ſimilibus herbis diureticis. Hunc æſtatis principio *ſole Cancrum ingrediente mactato*, & ſanguinem, qui ex vulnere defluerit, vaſe mundo excipito, abjectisque partibus inchoroſis concreſcere ſinito, ac in furno exſiccato.

Alii quidem *ſanguinem hirci, à letali caſtratione effluentem*, ceu ſingulare ſpecificum, & huic noſtro recenſito longè præferendum, magni faciunt.

Verum *cum hæc ſanguinis collectio à noſtro modo* neutiquam, *niſi loci tantum vulnerati diverſitate differat*, res eodem recidit, cum ubique totus penè ſanguis exhauriatur. Si qui itaque in hiſce curioſi nimium & præter rationem eſſe velint, per nos id licet.

## Sarcocollæ præparatio.

*Sarcocolla* pulveriſata *lacte aſinino irrigatur*, & leni calore exſiccatur; *atque hæc imbibitio ter quaterve repetitur*, pulvisque ſic præparatus dicitur *Sarcocolla Nutrita*.

Eodem modo etiam præparatur *Nihili Nutritum*.

Scam-

## Scammonii præparatio, *Maet-ſtana*

℞. *Liquiritiæ raſæ* q. pl. *Coquatur in aqua pluviali*, quouſque ſufficienti dulcedine aqua imprægnata ſit, tunc eam à fœcibus decanta. Decantato *hoc decocto leviter terito ſcammonium crudum in mortario vitreo*, & illico lacteſcit, *tunc lacteum liquorem effunde*, & novem decocti quantitatem affunde, & terito ut prius, *hoc vero ita continuato, donec nil niſi fœces in fundo maneant.* Tunc liquorem omnem confuſum, in quo pulvis ſcammonii ſubſedit, decanta, & pulverem exſicca, & ſerva. Habebis ſic ſcammonium per dulcedinem liquiritiæ correctum.

*Si vero ſcammonium pulveriſatum chartæ emporeticæ imponitur*, & fumo ſulfuris ardentis exponitur, ac fumigatur, donec fere liqueſcit, vertendo ſpatula, & revertendo, tunc ſal acre acuſticum obtunditur per fumum ſulfuris acidum, & *ſcammonium ſulfuratum* audit. *Præferuntur hi modi aſſationi cum pomo cydonio.*

## Scoriæ Ferri præparatio.

℞. *Limaturæ* ♂. q. l. abluatur aqua limpidiſſima toties, donec ſorditiem depoſuit, tunc ei *affunde modicum aceti in patina vitrea, ut ſaltem eo humectetur*: eamque ſic triginta diebus macera, tandem tere & repone.

## Scillæ præparatio.

*Scillam recentem*, rejectis aridioribus tunicis ex-

extimis *paſta panis involve*, *eamque in clibano ad panis ſufficientiam coque*; exemptam in laminas diſſeca, quas filo trajice, ita ut una alteram non attingat, ac loco ſicco ſuſpenſas exſicca.

## Serici Crudi Torrefactio.

*Folliculi, ſerici* exemtis vermibus inciſi, *in furno tepido ollæ novæ impoſiti ſiccantur*, & *mucilagine tragacanthi imbuuntur*, ut dein poſſint per trituram in pulv. redigi.

## Spermatis Ranarum præparatio.

*Sperma Ranarum triduo ante Novilunium menſe Martio* collectum indatur ſacco, qui ſuſpendatur, & liquor reſolutus, inde extilans colligatur.

Si hac aqua ſequens pulvis vigeſies aut trigeſies imbuatur, ſemper tamen eundem ſponte prius exſiccando, dicitur *compoſitum Spermolæ*, v.g. ℞. *Myrrhæ el. Thuris ana* ℥ij. *croci* ℥ß. tandem poſt peractas exſiccationes adde *Camphoræ* ʒiij.

## Therebintinæ Coctio & Lotio.

*Therebinthinæ* ℔j. coquitur in ℔. 24. *aquæ, donec odorem amittit*, & *inſpiſſatur*, adeo *ut refrigerata digitis in pulverem teri queat*, ac vitri modo diſſiliat, ſicque pro pilulis &c. exin conficiendis inſerviat. Qui tamen alembico ſuperimpoſito oleum coctione exhalans à fuga retrahere velit, ei id liberum erit.

Lotio

*Lotio eundem in modum peragitur ac Olei.*

## Tutiæ calcinatio & præparatio.

*Tutia* aliquoties vel ad minimum *ter in crucibulo candefiat*, deinde ſingulis vicibus *aqua Roſarum extinguatur*, ac demum trita in marmore lævigetur. *Alii ſic præparatam linteo includunt, & in vaſe aqua clara pleno hinc inde agitant, ut tenuior ac melior ejus pars in aquam effluat, craſſiore in linteolo relicta.* Inde cum reſederit, aquam auferunt, ac ſuper porphyritem cum aqua Roſacea terunt, tandemque in paſtillos cogunt.

## Ungulæ Alces præparatio.

Eundem in modum fit, ac Crani humani præparatio.

*Reliqua Præparata ſola fiunt lævigatione, & trítura*, inter levigandum ſubinde conſpergendo & humectando aqua aliqua deſtillata. Sic v. g.

*Corallia rubra & alba* præparari ſolent cum ▽a Roſarum.

*Ætites* cum Aqua Tormentillæ.

*Lapis Calaminaris* cum ▽. Roſarum.

*Chryſolithus* cum ▽. Roſarum.

*Cryſtallus* cum ▽. Bugloſſ.

*Granatus Or.* cum ▽. Roſarum.

*Hæmatites* cum ▽. Burſæ Paſtor.

*Hiacinthus* cum ▽. Roſarum.

*Judaicus Lapis* cum ▽. Saxifragiæ.

*Lapis Lyncis* cum ▽. Malvæ.

 *Ne-*

*Nephriticus Lapis* cum ▽. Petroſelini.
*Rubinus* cum ▽. Roſarum.
*Saphirus* cum ▽. Roſarum.
*Smaragdus* cum ▽. Roſarum.
*Topaſius* cum ▽. Roſarum.
*Margaritæ Orient.* cum ▽. Roſarum.
*Mater Perlarum* cum ▽. Roſarum.
*Oculi Cancri* cum ▽. Fragorum.
*Succinum citrinum & album* cum ▽. Beon.

Poſſunt etiam præparationes modo dictæ fieri *cum aqua ſimplici, neque delectu aquarum deſtillatarum opus eſt, ſed cum ad nimium opinioni plus faveant præparationes tales*, neque etiam ſumtus inde augeantur, ſtare bene poſſunt, *liberumque* cuique *erit vel* hac vel alia *deſtillata, aut ſaltem ſimplici præparationem vel lævigatiorem aut trituram peragere.*

## Circa Simplicium Collectionem notandum.

Ea colligi debere, cum maxime vigent, & matura ſunt.

Sic media cujusque ætas plantæ, *cum jam florem emittere cœpit*, collectioni jam maxime eſt opportuna; tum enim *Folia* magnitudinem ſuam, colorem, & odorem ſunt adepta, *ea præſertim, quæ cacumini propinquiora naſcuntur.*

*Flores* decerpendi ſunt quandoque, dum adhuc in gemmis verſantur, cæterum *antequam marceſcant*, aut ſponte decidant.

*Semi-*

*Semina* cum ſiccari cœperint, & antequam excidant.

*Fructus* ubi maturuerint, niſi ſpecialior intentio immaturos requiſiverit.

*Succi* è plantarum tenerioribus foliis ac germinantibus cauliculis exprimendi.

*Radices* quædam, licet quovis ferè anni tempore, excepta hyeme, effodi poſſint, utpote *liquiritia, Acetoſæ, Bugloſſi, Apii, Ruſci, Althea &c.* hæ enim ſemper vegetæ ſunt, ac ſucculentæ, etiamſi caulis vel adfuerit, vel aruerit: *Potiſſimum tamen evellendæ radicis tempus opportunum eſt, antequam vis plantæ in ſtolones abire incipit*, ſicque *vernali imprimis tempore*. Nonnulli etiam aſtrorum obſervationem neceſſariam eſſe credunt, unde *Radices Pæoniæ*, ad inſultus Epilepticos, *decreſcente Luna effodiendas eſſe volunt.*

*Eligantur autem Radices* plenæ vel ſucculentæ, integræ, non ſtrigoſæ, exſuccæ, tenues aut rugoſæ, hæ *quamprimum laventur, & à fibrillis adnatis*. ſi evanidæ fuerint, *repurgentur*, atque ſiccentur.

Siccantur verò aliæ integræ, ut *gentiana, ſatyrium, hermodactylus*; aliæ in taleolos diſſectæ, ut *Iris, bryonia* &c. Aliæ denique exempta matrice lignoſa vel corde torrefiunt, utpote *petroſelini, apii, fœniculi* &c.

*Siccandæ* autem ſunt non modo *herbæ*, ſed & *radices in loco ſublimi, perſlabili*, non pul-

verulento aut fumoſo, ſed puro, *ſicco*, *umbroſo*, *ad ſeptentrionem vel ortum ſpectante*, atque ſi præſertim auſtrina tempeſtas, aut cœlum nubilum fuerit, ſæpius verſandæ, ne mucoſæ fiant aut putridæ,ſæpius verſandæ, ne mucoſæ fiant aut putridæ, maximè eæ, quæ plurimum ſucci habent, aut craſſæ ſunt.

Præter hæc & *locus*, *unde plantæ legendæ*, ſi fieri queat, *conſiderandus*; ſic *calidæ* ex calidis regionibus, ac *editis & ſiccis locis* petendæ; *Frigidiores* è contra ex locis conditioni & naturæ ſuæ accommodatis, utpote *umbroſis*, *opacis*, *& paluſtribus* petantur.

Ne vero ſitum contrahant vel putreſcant, aceſcant, teredine conſumantur, aut alio modo corrumpantur.

*Debito modo reponi ac cuſtodiri poſtulant.*

Sic *Herbæ*, *Radices* ac *Flores*, præſertim odoratiores *in arculis* mundis maxime *tiliaceis loco ſicco* aſſervari debent: licet *Radices nonnullæ craſſiores trajecto filo*, *libero aëri ſuſpenſæ* etiam exponantur.

*Semina* Chartæ involuta in vitreis vaſculis vel pixidibus ligneis recte ſerventur.

*Succi*, *Liquores & aquæ deſtillatæ* in vitris aut vitreatis vel lapideis vaſis detineantur, *ſunt autem ſucci prius defæcandi*, & dein vitris anguſti orificii immittendi, *ſuperfuſo oleo amygdalino*, aut *oleo olivarum puriſſimo*, ne aër ſubintrans ſuccos corrum-

pat.

pat. Eodemque modo *Vinum Ribium Cydoniorum*, *Granatorum*, *Berberumque* aſſervari, ac in annum unum pluresque cuſtodiri debent.

*Syrupi ex ſuccis acidis* parati itidem in vitreis, & teſtaceis aut figulinis vaſis vitreatis ſerventur; In vaſis itidem vitreatis, aut lapideis coquantur; *in lebetibus* namque *cupreis, aut aurichalceis coƈti, non ſolum æruginem ſtatim ſapiunt, ſed & in pyxidibus ſtanneis aſſervati mineralem quandam noxam, ventriculo abominabilem & nocivam contrahunt.*

*Tabulæ, orbiculi* ac *confeƈtiones ſolidæ* loco ſicco cuſtodiantur.

*Linimenta & unguenta* partim figulinis, partim ſtanneis pyxidibus concludantur.

*Species Aromaticæ* coriaceis ſacculis, vel potius in vitreis aut eburneis vaſculis ſerventur.

*Condita, Conſervæ, Eleƈtuaria, Looch &c.* magis figulina, quam ſtannea vaſa expetunt.

*Aquæ deſtillatæ, volatilia & ſimilia*, locum frigidiuſculum requirunt; *Salia alcalia* calidum &c.

Cum etiam medicamina ſuum durationis habeant tempus, & nonnulla citius exoleſcant & corrumpantur, alia diutius incorrupta perſtent, hoc probè notandum. Sic

Communiter *Herbas, Flores ac ſemina*, præſertim *frigida minora*, itemque *Radices tenuiores* quotannis muſare conveniunt.

*Semina* verò *calida, acria, aromatica*, nec non radices craſſiores aut denſæ, per duos tresve annos ſalvis viribus perdurare poſſunt; uti & fructus nonnulli exotici *Myrobalani, Nux Indica, Nux vomica* &c.

*Syrupi* ſimplices, *Mella & Rob*, ſingulis annis commutanda.

*Compoſiti* verò *Syrupi*, præſertim *aromatici*, ad biennium perdurant.

*Conſervæ & Looch*, præcipuè quæ amygdalas, pineas, & ſemina frigida rancori obnoxia recipiunt, vix ultra annum durant.

*Condita* verò pleraque, præſertim *cortices*, duos, tres aut plures annos ſine virium perditione ſubſiſtunt.

*Aquæ deſtillatæ* ſingulis annis exoptantur recentes, exceptis nonnullis aromaticis.

Un-

*Unguenta, Cerata & Emplaſtra* vix ad ſesquiannum vires ſervant integras, ubi è contra.

*Theriaca & Mithridatium* triginta annos in ſua bonitate ſubſiſtunt.

*Oleum Amygdalarum*, aut *è pineis expreſſum*, vix ultra duos menſes, absque rancoris nota ſervatur, ut intus ſumi queat.

*Olea deſtillata aromatica* tres & plures annos vires retinent.

*Olea frigita* anni unius curſum obeunt.

*Electuaria lenitiva* intra annum imbecilla fiunt, cum ſolutivorum virtus ad ſesquiennium perduret.

*Hieræ* autem & *amara Electuaria* ad duos annos pertingunt.

*Species Aromaticæ* ſingulis annis, vel ſesquiennali periodo renovari poſtulant.

*Animalia & eorum partes*, *quam* diu incorruptæ ſervantur, vires obtinere creduntur. Id quod & de omnibus modo enumeratis, ſimplicibus & compoſitis intelligendum; cum *quædam citius*, *quædam tardius corruptionis terminum ſubeant*, prout vel negligenter, vel majori cum ſtudio præparata vel repoſita, & ab aere defenſa fuerunt.

Cum

Cum etiam accidat, ut in præſcribendis remediorum formulis Medicus ſimplex aliquod ponat ſolo nomine, absque ſexus, loci, formæ, magnitudinis &c. delectu, unde dubium oriri poſſet, an Radix, an ſemen, vel folia aut flores recipiendi: notandum ſemper recipi debere id, quod in eo medicamenti genere optimum eſt: *v.g.* Si præſcibatur ſimpliciter.

| | |
|---|---|
| Abſinthium, ſumatur | *Ponticum.* |
| Acetum | *ex vino.* |
| Agaricum | *album & fœmineum.* |
| Agnus caſtus | *ſemen ejuſdem.* |
| Aloe | *Socotrina.* |
| Alumen | *Sciſſile.* |
| Amomum | *Scythicum.* |
| Ammi | *Illiricum aut Ægyptiacum.* |
| Ariſtolochia | *Rotunda.* |
| Balſamum | *Opobalſamum vel ejus ſuccedaneum.* |
| Bryonia | *Alba.* |
| Calamintha | *Montana.* |
| Capparis | *Radicis cortex.* |
| Cardamomum | *Minus.* |
| Centaurium | *Minus.* |
| Cichorium | *Sativum.* |
| Corallium | *Rubrum.* |
| Coſtus | *Amarus.* |
| Cupreſſus | *Conus ejuſdem, ſi adſtringendum.* |

| | |
|---|---|
| Daucus | ſumatur *Semen Dauci Cretici.* |
| Dictamnus | *Creticus.* |
| Eruca | *Sylveſtris.* |
| Gummi | *Arabicum.* |
| Granatum Pom. | *Acidum.* |
| Helleborus | *Niger.* |
| Hepatica | *Lichen.* |
| Hyoſciamus | *Albus.* |
| Hyſſopus | *Montana.* |
| Iris | *Illyrica vel Florentina.* |
| Lilium | *Album.* |
| Marrubium | *Album.* |
| Medulla | *Cervina vel vitulina.* |
| Mentha | *Rubra hortenſis vera.* |
| Nymphæa | *Alba.* |
| Oleum | *Olivarum.* |
| Opium | *Selectum & optimum.* |
| Paſſulæ | *Minores Corinthiacæ dictæ.* |
| Papaver | *Album.* |
| Pœonia | *Maris ſemen aut radix.* |
| Petroſelinum | *Macedonicum.* |
| Piper | *Album.* |
| Pix | *Liquida in ſuppurantibus, ſicca in glutinantibus.* |
| Plantago | *Major.* |
| Polipodium | *Quercinum.* |
| Prunum | *Damaſcenum vel Hungaricum.* |
| Reſina | *Laringa aut Thereb.* |
| Rhus | *Cortex fruct. Sumach,* |

| | | |
|---|---|---|
| Roſa | ſumatur | *Rubra.* |
| Santalum | | *Citrinum.* |
| Scordium | | *Creticum.* |
| Scorzonera | | *Sativa.* |
| Spica | | *Indica.* |
| Stœchas | | *Flos.* |
| Styrax | | *Calamita.* |
| Sulfur | | *Vivum.* |
| Thymus | | *Creticus.* |
| Veronica | | *Mas.* |
| Viola. | | *Nigra ſeu cœrulea.* |

Cum etiam uno ſub titulo plura ſimul comprehendi queant ſimplicia, ea probe notanda. Sic talia ſunt

Quinque Herbæ emollientes. { *Malva. Althæa. Violaria. Mercurialis. Parietaria.*

His alii adnumerare ſolent *Brancam Urſinam, Betam* & *Atriplicem.*

Quatuor Semina calida majora. { *Aniſi. Fœniculi. Carvi. Cumini.*

Quatuor Semina calida minora. { *Ammeos. Amomi. Apii. Dauci.*

Quatuor Semina Frigida majora.
- *Cucumeris.*
- *Cucurbitæ.*
- *Citrulli.*
- *Melonum.*

Quatuor Semina Frigida minora.
- *Scariolæ.*
- *Endiviæ.*
- *Lactucæ.*
- *Protulacæ.*

Quinque Radices Aperientes majores.
- *Apii.*
- *Fœniculi.*
- *Aſparagi.*
- *Petroſelini.*
- *Ruſci.*

Quinque Radices Aperientes minores.
- *Graminis.*
- *Rubiæ*
- *Eryngii.*
- *Capparis.*
- *Ononidis.*

Quinque genera Myrobalanorum.
- *Citrinæ ſeu flavæ.*
- *Chebulæ.*
- *Indi ſeu Nigræ.*
- *Emblicæ.*
- *Belliricæ.*

Quatuor Flores cordiales.
- *Borraginis.*
- *Bugloſſi.*
- *Roſarum.*
- *Violarum.*

Fragmen-

| | |
|---|---|
| Fragmenta quinque Lapidum pretioſor. | *Saphyri.*<br>*Granati.*<br>*Smaragdi.*<br>*Hyacinthi.*<br>*Carneoli.* |
| Quinque Herbæ capillares. | *Capillus Veneris.*<br>*Ruta muraria.*<br>*Polytrichon Aureum.*<br>*Trichomanes.*<br>*Ceterach.* |
| Quatuor Aquæ Pleuriticæ. | *Cardui Mariæ.*<br>*Benedicti.*<br>*Taraxaci.*<br>*Scabioſæ.* |
| Tria olea ſtomachica. | *Abſynthii.*<br>*Cydoniorum.*<br>*Maſtichinum.* |
| Quatuor Ungenta frigida. | *Aregon.*<br>*Martiaton.*<br>*Althea.*<br>*Agrippa.* |
| Quatuor Ungenta frigida. | *Album Camphoratum.*<br>*Roſatum Meſues.*<br>*Populeum.*<br>*Infrigidans Galeni.* |

Accidit

*Accidit etiam perſæpè, ut in defectu alicujus ſimplicis aliud eligendum, vel aliud viribus æquipollens ſubſtituendum: Cum verò hoc Medico competat, neque is ſemper ad manus ſit, hinc ut Pharmacopæus aliqualem normam habeat, ſequentia probe notet,*

| & pro | *ſubſtituat* |
|---|---|
| Acacia. | *Hypociſtidem, vel ſuccum prunorum ſylveſtrium.* |
| Acantho | *Malvam.* |
| Ammi | *Aniſum.* |
| Amomo | *Galam. aromaticum aut grana Junip, &c.* |
| Ammoniaco | *Bdellium.* |
| Amygdal. amaris | *Nucleos Perſicorum.* |
| Ariſtoloch. rotund. | *Longam vel Piſtolochiam.* |
| Aſpalatho | *Lignum Aloes.* |
| Balauſtio | *Malicorium.* |
| Cardamomo | *Cyperum.* |
| Carpobalſamo | *Cubebas.* |
| Caſſia Lignea | *Cinamomum.* |
| Citri ſucco | *Succum Limonum.* |
| Coſto | *Zedoarium vel Angelic.* |
| Dictamno. | *Scordium.* |

| Pro | *ſubſtituat* |
|---|---|
| Doronico | *Galangam cum parte cort. citri.* |
| Folio | *Macim & Cyperum p. aq.* |
| Galbano | *Sagapenum.* |
| Herba paris | *Umbilicum ♀. vel ſedum minus.* |
| Lacca | *Styracem.* |
| Lapide Armeno | *Lapidem Lazuli.* |
| Mandragora | *Hyoſcyamum, papaver, ſolanum.* |
| Meo | *Angelicam, vel oſtrutium.* |
| Oeſypo | *Medullam cruris vituli.* |
| Omphacio | *Succum granatorum aut Ribium.* |
| Opobalſamo | *Oleum Nucis Moſchatæ.* |
| Opopanace | *Ammoniacum vel Galbanum.* |
| Oſſe cordis Cervi | *Corn. Cervi crudum.* |
| Phu | *Valerianam.* |
| Rhapontico | *Rhabarbarum ſelectum.* |
| Saxifragia | *Pimpinellam.* |
| Terra Sigill. Lemnia | *Terram ſigillatam Sileſiacam.* |
| Xilo-Balſamo. | *Lignum Aloes.* |

(o)

De

# De Simplicium Quorundam Delectu.

*Simplicia alia ſapore, alia pondere aut levitate probantur : Alia colore, alia odore ſe commendant, &c.*

ABſynthium. Modo latifolium ſive vulgare expetitur, modo *Tenuifolium*, melioris diſtinctionis gratia *Ponticum vocatum*; *præfertur vulgare noſtras Pontico.*

*Eſt ſtomachicum, hepaticum & ſpleneticum, hinc ſpecificum anticachecticum & antihydropicum &c.*

Acacia. Eſt ſuccus expreſſus ex ſiliquis immaturis ſive lobis, caſſiæ fiſtulæ reſpondentibus, qui *ſunt fructus ſpinæ Ægyptiacæ acaciæ dictæ*; ſuccus hic in globularem formam redactus & tenuibus veſiculis incluſus ad nos defertur.

*Eligatur vero mundus, interne nitidus, colore ex nigro ſubrubeſcens, ſapore grate adſtringens.* Cum vero raro ad nos deportetur, vel plane

ſicca & inutilis ſaltem, ſubſtituitur ut plurimum pulpa ſive ſuccus prunorum ſylveſtrium expreſſus & inſpiſſatus, *Acacia Germanica dictus.*

*Uſus ejus potiſſimum fluxibus alvi dicatus eſt.*

Agallochum ſive *Lignum Aloes* deſumitur ab arbore peculiari, oleam repræſentante, in variis Indiæ Orientalis regionibus obvia. Olim rarius ad nos deportatum fuit hoc lignum ob periculum, quod collectoribus inſtabat à *Tigride* & aliis belluis ferociſſimis; ſed cum loca illa nunc magica habita ſint, ſecurior ejus collectio uberiorem ad nos transmiſſionem reddit. Optimum tamen in Curioſorum & Magnatum Scriniis reperitur. *Melioris vero notæ illud eſt, quod eſt ſolidum, compactum, ponderoſum, ſuavem, ſi fricatur, odorem ſpirans, ſapore aromatico & ſubamaro præditum, nigro purpureum, & quod accenſum non adeo promptè deflagrat, & reſinoſi humoris plurimum exſudat.* Improbatur leve, carioſum, albicans, quod flammam ſtatim concipit, vel fractum pulverem dimittit. *Diſtinguitur* inter alia *ab Aſpalato*, quod hic in ignem conjectus flammam facilius concipiat, inque cineres abeat;

Agallochum autem reſinæ inſtar prunis impoſitum primo liqueſcat, antequam comburatur, & præterea colore ad fuſcedinem magis inclinet.

*Ob Balſamicam ſuam ſubſtantiam, & aro-*

*aromaticum ac ſubamarum guſtum, confortat cerebrum, calefacit, ſiccat & adſtringit.*

Agaricus ab *Agaria Sarmatiæ regione* nomen habens eſt Fungus plerumque Salici adnaſcens. *Eligatur vero ille quem fœminam vocant,* qui eſt *candidiſſimus, levis, rarus, friabilis, primo guſtu dulcis, mox amarus & ſtipticus.*

Improbatur mas, qui gravis eſt, compactus, durus & lignoſus ac nigricans, fractus longas venas & nervos habens, facile tamen ab hoc & aliis arborum fungis diſtinguitur colore & pondere.

Optimum olim ex *Sarmatia Alexandriam, & inde Venetias,* ad nos devehebatur, nunc vero montes *Delphinatus in Gallia,* item *Tridentini,* nec non *Rhætorum, Vindelicorum* ac *Noricorum tractus* ſat copioſum & laudabile nobis ſuppeditant.

*Alvo laxandæ dicatus eſt, ſed cum ſtomacho non adeo ſit amicus, ac nauſeam creare ſoleat, ſolet corrigi Zingibere vel caryophyllis.*

Alcanna. Eſt Radix rubicunda, ſimilis radici rubiæ tinctorum. Planta ejus *Proſpero Alpino Liguſtrum Ægyptiacum dicitur,* confunditur vulgo cum *Radice Anchuſæ.*

Aloes. Tres ad nos devehuntur ſpecies, *Succotrina,* quod ex Inſula Socotora; *Hepatica,* hepatis inſtar denſata & colorata: & *Caballina,*

*lina*, quod quaſi Aloes quædam fex Veterinariis inſerviat.

Prægnantiſſima eſt Succotrina, quæ eſt *pinguis, glutinoſa tranſparens, ex rubro rufa, hepatis modo coacta, boni odoris myrrham æmulantis, ſincera, friabilis digitis, arenarum & calculorum expers, facile liqueſcens, & eximiæ amaritudinis* Hepatica non tam boni odoris eſt ut Socotorina, ac nigrior fractuque contumacior. Improbatur vero nigra, difficulter liqueſcens & fractu contumax.

*Quoad vires ruditatibus acidis corrigendis & eliminandis conducit, ut amara; hinc ſenum ventriculis amica eſt: Humoribus vero tenuibus, & leviter ebullientibus præditis nocet, ſanguinem enim fervidiorem reddit, & hinc ſingulari fermentatione humoribus inducta, venarum hæmorrhoidalium oſcula aperit, & ad ſanguinis excretionem irritat quandoque.*

**Alumen Plumoſum.** Eſt ipſa *lapis Amianthus*, ſaporis acris, & in igne incombuſtibilis: Cum hoc quoad figuram externam convenit Alumen ſciſſile, verum differt toto genere viribus, quia adſtringit, & impoſitum conſumitur.

**Ambra** bituminis quoddam genus, eſt ex imis maris fontibus vel alveis avulſum, & vi undarum in littus eructatum, ubi aeri expoſitum, ut ſuccinum indureſcit.

*Optima*

*Optima cenſetur odoratiſſima, gryſea, ſordibus carens, ferè marmoris inſtar ex venis nunc cinereis, nunc candicantibus, variegata, vel in fundo ſubfuſco aut rufo, punctula gryſei coloris oſtendens, levis, pinguis, & acu calente perfoſſa plurimum ſucci oleoſi exſudans*, Improbatur è contra, quæ eſt nigra, vel candida, odore languida, ac multis quiſquiliis permiſta.

Quod ſi avium roſtra, & conchilia permiſta habeat, non rejicienda omnino erit, dummodo cæteras bonitatis notas oſtendat, & ſi in uſum trahitur, heterogenea ſtudioſè ſeparentur: *ſæpè adulteratur Gypſo, Ligno Aloes. &c.* aſt fraus ex colore & odore facile prodit.

*Conducit ambra ad ſpiritus confortandos, hinc in Apoplexia, vertigine, lipothymia &c. ſummis celebratur laudibus, internè data, & externè odorata: Sic & ad vitam prolongandam admodum conducere perhibetur.*

Ammi, quaſi arena, cum admodum parvum ſit, ſive *Cuminum Æthiopicum*, ſemen cumini vulgare noſtrum quodammodo forma externa repræſentat, aſt *ſapore differt, & magnitudine, quæ in Ammi longè minor eſt.* Præterea odoratum, aromaticum & acre, ſapore originanum aliqualiter refert; ſicque recens, vegetum, & purum eſſe convenit.

Advehitur ſemen hoc perpuſillum ex *Alexandria Venetias*, & inde ad nos.

*Vis ejus alexipharmaca eſt, carminativa & emmenagoga, ac ad fluorem a'bum, teſte* Simone Pauli, *admodum conducit. vid.* Clav. Hoffmanni in Schröd. p. 408.

**Ammoniacum.** Probatur bene coloratum, ſive *albiſſimum in ſuo genere*, Ligni Calculorum, ac aliarum ſordium expers thuris ſimilitudine, minutis glebis, denſum, ſincerum, odore galbanum utcumque referens, & guſtu amarum; Eſt autem plantæ ferulaceæ ſuccus, quæ *in Africa* provenit, juxta *Ammonis Oraculum.*

*Quoad Vires eſt ſpecificum ſpleneticum, & ſingulare aperitivum in mucilagine viſcoſa & ♀rea in pulmonibus & hypochondriis reſolvenda.*

**Amomum.** Vexatiſſimum apud Botanicos vegetabile eſt, & à multis inter ignota hactenus repoſitum fuit, cui hic galangam majorem, alter garyophyllos ſubſtituit aut cinamomum. Aſt nunc ſatis id cognitum eſt, & vulgo *Amomum racemoſum vocatur.* Eligatur verò id, *cujus grana ad purpureum colorem accedunt*, quæque gravia & vegeta ſunt ſiveplena, non carioſa, aromatici odoris & ſaporis. Hinc rejiciantur nigra, rugoſa, & exſucca, & ſapore ac odore obſoleta.

*Semen hoc quatuor ſeminibus calidis vulgo adnumerari ſolet in officinis.*

Ana-

Anacardium. Eſt fructus arboris cujusdam provenientis in *Sicilia*, & *Indiarum Provinciis Cambaja*, *Decan*, *Calicut*, *Cananor*. Dicitur anacardium ob ſimilitudinem, quam cum corde habet; vulgo vocatur Elephanten-Laus.

*Vires obtinet Cephalicas, hinc memoriam à cauſa frigida debilem confortat, & reliquos ſenſus acuit.*

Anime, ſive *Gummi Amine*, juxta *Borrichium*: Eſt lachryma *ex arbore Jetaiba* inciſa *in India occidentali* ſtillans, gratiſſimi ac ſuaviſſimi odoris, ac pinguis, unde flammis injecta protinus conſumitur: præterea *alba eſt & pellucida ad thuris colorem nonnihil vergens*, ac confracta luteum colorem oſtendit inſtar reſinæ. *Datur etiam Orientale Anime gummi*, aſt hoc non tam candidum, nec tam lucidum eſt, teſte *Monarde*.

*Affectibus omnibus nervoſi generis vi ſua balſamica & aromatica prodeſt, Emplaſtri forma, vel & ſuffitus applicata.*

Ariſtolochiæ plures dantur ſpecies, utpotè longa, rotunda, clematicis & piſtolochia. Etſi verò ex his nulla ratione virium præ alia ſingularem prærogativam obtineat, tamen Charas Piſtolochiam præ reliquis ad Theriaces compoſitionem eligit.

*Quoad Vires omnis Ariſtolochia eſt thoracica,*

*cica, uterina & vulneraria. Rotunda tamen vehementius attenuat; hinc in menſibus ſuppreſſis, in aſthmate ſcorbutico ad mucilaginem tartaream reſolvendam, ac ad impediendam phthiſin poſt hæmoptoen egregiè conducit. Externè decoctum ejus cum ∇. Veronicæ factum, & cum petiis applicatum, miræ eſt efficaciæ in tibiarum Ulceribus ſanandis.*

**Aſa dulcis** officinarum, eſt Benzoinum, olim *Cyrenaici* Laſerpitii lachryma, nunc ex *Java Inſula* ad nos devehitur:

*Probatur autem durum, compactum, tranſlucens, albis diſtinctum unguibus aut glebulis, unde & amygdaloides dicitur*, quod quaſi amygdalas decorticatas in ſe contineat, rubeſcens, odore grato, fragantique, Xyloaloes quodammodo odorem referens, nec heterogenea continens.

Adulteratur reſina, Thure Maſculo ac ſtyrace ſimul mixtis, ſed odor longè eſt diſſimilis, & color maculis non eſt variegatus.

*Conducit optime in aſthmate, catarrhis &c. ac ad ſuffitus, ad* Ram *& Lac Coſmeticum inde conficiendum.*

**Aſa fœtida** Eſt ſuccus cujusdam plantæ *Perſicæ*, inter *Gamron & Laram* magna quantitate provenientis. *Bontius* duo ejus genera deſcribit, & ejus collectionem tradit *lib. 1. Med. Ind.* Ob tetri halitus graveolentiam Germanis vocatur Teuffels-Dreck / *Sylvaticus* propterea illud inter venena reponendum eſſe putavit: Interim *Gratias ab Horto*

*Horto* refert, *Indos* eam in deliciis habere, in condiendis cibis, confricato ea ante cocturam lebete; nec mirum, cum etiam plurimi noſtrorum allio, cæpis ac ſimilibus fœtidis cum appetitu veſcantur.

Eligatur vero, quæ ſagapenum aut portum redolet, & cujus color vergit ad rubedinem, ac ſplendet & myrrham refert, quæque facile diſſolvitur in album colorem.

*Specificum hyſtericum eſt in uteri ſuffocatione, interne & externe adhibita.* Javanis *&* Malajanis *in cibis condiendis adeo arridet, ut propterea ex præcipuis ſit mercibus, quæ per Indiam diſtrahuntur.*

**Aſpalathus** Lignum eſt *cum Agallocho tantam habens adfinitatem*, ut quandoque ægre ab hoc diſcernatur; Lignum tamen Aſpalathi multo tenerius eſt, quam Lignum Aloes, nec ita nodoſum; provenit in *Syria*, *Iſtria* aut *inſula Rhodo*. Optimus eſt ponderoſus, denſus, odoratus ac guſtu amarus, detracto cortice rubeſcens. In ejus defectu commode ſubſtituitur Lignum Aloes, aut ſantalum citrinum.

**Aſphaltum** ex *Phœnice*, *Babylone*, *Sidone*, ac *Mari Mortuo* delatum, puriſſimum & lucidum ac ſplendens ſit, oportet: Præterea gravem & validum odorem rutaceum vibret, ſubſtantia mediocriter compacta, levi, fragili, & colore obſcure purpureo præditum. Adulteratur pice admixta, deprehenditur vero fucus, ſi citius quam par eſt lique-

liqueſcit, ac ſordidum eſt. Optimum *in lacu Sodomæo* & vicina regione reperitur, unde & Bituminis Judaici nomen obtinuit.

*Scaturit etiam in Oceano ſeptentrionali*, à quo in *Hiſpaniæ novæ* littora decurrit, ubi liquidum, & in laminis quandoque, bina paſſuum milliaria longis, ſpithamas vero duas vel tres craſſis, reperitur, propterea in illis regionibus vili veniens pretio.

*Mexicanæ mulieres id paſſim maſticant & in ore retinent, ad dentes nitidos reddendos.*

**Balſamum Verum.** Sive *Opobalſamum*, *Verum Balſamum Syriacum*, aut *Balſamum de Mecha*, defluit ex fiſſuris ramorum cujusdam fruticis perpetuo virentis, & fructum gerentis figura & magnitudine terebinthi fructui non abſimilem.

Balſamum hoc colore ab initio eſt album ſive lacteum turbidum, uti oleum recens ex olivis expreſſum, poſtea clareſcit & tenuiſſimum fit tandem therebinthinæ in modum craſſeſcit: *Odore ſuo acutiſſimo, aſt cum ſuaviori odoris fragrantia, therebintimam æmulatur*, cum ſapore amariuſculo & acri.

Aquæ inſtillatum, non deſidet recens, ſed cum ea miſcetur, paulo poſt vero rurſus concreſcit, ut coagulatum ſeparari queat denuo.

VIRES *pro ratione ætatis variant, recens igneis & aereis abundat particulis, ac conducit affectibus Renum in ſpecie. Externe citiſſime vulnera conſolidat.*

**Balſamum Copaivæ** quoad colorem,

&

& ſaporem Balſamum verum æmulatur. Eſt inſigne Balſamum vulnerarium, ac *in Gonorrhœa* vires obtinet non vilipendendas.

Balſamum de Tolu Eſt coloris rubei ad aureum vergentis, mediæ conſiſtentiæ inter liquidum & denſum, valde glutinoſus & firmiter adhærens, ſaporis grati & odoris excellentiſſimi, Jaſmino non adeo abſimilis, ſi volæ manus infricatur.

*Eſt inſigne Balſamum Vulnerarium & Nervinum.*

Balſamum Peruvianum, colore non longe differt à *Balſamum de Tolu.* Eſt coloris nigro rubentis, odoris ſuaveolentis, ſtoracis calamitæ odori non adeo abſimilis.

VIRES *hujus, ut omnium Balſamorum nativorum, ſunt vulneraria & nervinæ.*

Vocatur hoc Balſamum Indicum alterum, ſive vulgare, nigrum, ex ſegmentis trunci confectum. Aſt ex ejuſdem arboris cortice ſauciato quod ſtillat, limpidum eſt & ſubalbidum, non multum abſimile *Opobalſamum vero ſive Arabico.*

Bdellium. Eſt gummi Reſinoſum, promanans, ex arbore ſpinoſa, nigra, oleæ proceritate, folio robuſto, fructu caprifici, nec minus ſuavi; provenit autem arbor hæc utplurimum in *Media* & *Arabia.*

Eligendum vero gummi ejus *tranſlucidum, cum frangitur, pingue, cum fricatur & incenditur,*

*ditur, ac odorum, ceræ inſtar flavum, & guſtu amarum, ſordium expers, facile molleſcens, & albis maculis, ungui humano ſimilibus, refertum.*

Improbatur dehinc, quod eſt nigrum, ſordidum, in offas convolutum. Adulterari ſolet cera; ſed fraus odore ac guſtu innoteſcit, neque enim tam amarum eſt, nec tam odorum.

*Reſolvit duritiem, & diſcutit, tumores, ac Herniis opitulatur, nervorumque nodos ac durities emollit. Interne datum menſes movet, & calculos pellit.*

**Ben**, Græcis *Balanus Myrepſica*, Latinis *Glans unguentaria*: Eſt fructus triangularis formæ cordicis pallidioris, tenuioris, lenis, & fragilis, cujus ſubſtantia alba eſt, ex hac exprimitur oleum album inodorum, quod longo tempore abſque corruptione, & abſque rancore perſeverat, & odori grato florum ſuſcipiendo aptiſſimum eſt, vocaturque vulgo *Oleum Balaninum*.

**Bezoar. Lapis** vel Orientalis eſt, vel occidentalis. Orientalis ut plurimum ex *India* & *Perſia* ad nos derivatur: Occidentalis ex *Americæ Provincia Peru* adportatur.

Eſt vero Lapis in Cervi capræ Orientalis ſtomacho concretus, in quo continetur folliculus piloſa carne conſtans ſpithamæ longitudine, in quo lapides ordine inſtar parvorum nodulorum in tunica teſſelatim comprehenduntur.

Capra

Capra non abſimilis eſt capræ Europææ, niſi quod erecta & longiora habeat cornua, ac quædam ex iis verſicolore ſint pelle tygridis inſtar. *Hæc capra, prout magnum aut parvum gerit lapidem, vel unam aut plures, eo tardius vel citius incedit, id quod* *Perſis* & *Armenis*, *bene notum*.

Caprarum dictarum copia paſcitur in campis *Perſiæ* trium dierum itinere ſupra *civitatem Laar*, in quibus campis naſcitur herba croco ac hermodactylis non abſimilis, ex cujus ut & aliarum ſalutiferarum herbarum eſu in ventriculis caprarum concreſcere creditur lapis hic.

*Bontius* etiam in ventriculis *Simiarum* lapidem hunc aliquando inveniri dicit, ac aliis præſtantiorem eſſe.

Lapis *legitimus* & non adulteratus *levibus glabris & friabilibus laminis conſtat ſibi ipſis cæſis, parum inſtar ſtrictè adhærentibus, ſed ad viſum diſtinctis, & interius etiam externæ laminæ colorem, ſplendorem, & ſubſtantiam referentibus.*

In meditullio concavus eſt, in quo vel pulviſculus, vel parvum cinereum granulum, aut paleæ tenuis feſtuca, vel ſimile quidpiam reperitur, nec unquam deeſt niſi in adulterinis. *Laudatur inter Orientales ille, qui è nigro vireſcit, olivæ inſtar, & mediocris vel minoris eſt magnitudinis*; quique in charta, quæ creta prius confricata fuit, fricatus, viridem colorem relinquit.

Adul-

Adulteratus corticibus deſtituitur, ac ſi aliquot horis aquæ immergitur, tunc verò exemptus, vel de ſuo pondere quid amiſit, vel eo ponderoſior factus fuit.

**Occidentalis Bezoar.** *Subcinereum habet colorem, & longe gravior eſt Orientali*, neque ut hic ſplendet, ſed *ſuperficiem obtinet ſcabram*, ac cruſtas habet craſſiores & gypſeas, quæ fractæ minutas quasdam ſtrias, artificioſo naturæ opificio ſeſe mutuò complectentes, òbtinet, cum è contra adulterini, qui ex paſtâ quadam effićti ſunt, radios eos haudquaquam contineat.

*Lapis hic ex Occidentali cervi capra deſumitur*, ac Orientali ut plurimum major eſt. *Bartholinus* talem lapidem vidit *humanum caput æquantem, rotundum, coloris ſubſuſci, glabrum ac nitidum*, venditori 6000. Imperialibus haud venalem.

VIRES: *Nullum dubium eſſe* Hoffmannus in clave Schrôd. *ait*, *hunc Lapidem adverſus Febres malignas & venena hauſta magnæ eſſe efficaciæ, modo ſit genuinus, & ex paſtis herbis ſaluberrimis enatus. Cum verò non omnes herbis ſalubrioribus ortum debeant, hoc verò difficile ſit cognitu, hinc & effectum ſæpe irritum huic cauſæ adſcribunt. Doſis propterea item non adeo eſt certa, cum alii ad grana x. & xij. alii ad integram drachmam exhibuerint.*

**Bombacis ſemen** eligatur recens, quamdiu medulla vireſcit; ſicut in piſtaciis, & tum eſt calidum, humidum, odoris ſuavis, inſtar amygd. d. aut nuc. l. pini.

Bu-

**Buniadis ſemen** ſive *ſemen Napi*, vel domeſticum eſt, vel Sylveſtre.

Etiamſi vero inter hæc parum interſit diſcriminis vel quoad formam aut vires, tamen *ſunt qui buniadem agreſtem domeſtico præferunt* ex eo quod plantæ ſponte provenientes excultis plerumque præſtantiores ſint.

Cum vero Buniadis ſive *napi ſylveſtris plures* ſint *ſpecies*, hinc *ea eligenda*, *quæ maxime accedit ad ſemen napi domeſtici*, quod videlicet craſſiuſculum eſt, rotundum, coloris ad purpureum fuſcum vergentis, ſaporis acris & mordacis.

Colligendum vero ſemen, dum perfecte maturum eſt; evellitur vero tunc integra planta è terra, & in ſole exſiccatur, tunc ſiliquæ manibus atteruntur ſuppoſito linteo mundo; & ſemen mundatur.

**Calamus Aromaticus** hodiernus officinarum *eſt verus acorus veterum*, eſtque radix. *Dioſcoridis* vero Calamus erat juncus ſive folium arundinis in *India & Arabia* provenientis.

*Calamus vero aromaticus hodiernus Indiorum* eſt radix, ſed nec galanga nec acorus: *foliorum tamen ratione ad gladioli ſpecies omnia referuntur. Hoffmannus* monet, Galangam conditam pro acoro Indico vendi.

Acorus verus ſive Calamus noſter aromaticus folia habet Iridi ſimilia, ſed anguſtiora, & radices non abſimiles, ſed perplexas

& obliquas,albas & in ſuperficie geniculis diſtinctas, gaudet ſolo paluſtri.

VIRES *ejus ſunt ſtomachicæ inſignis, excitat appetitum languidum & cruditates acidas digerit, ac dyſenteriæ medetur, præſervatque à Febribus malignis epidemicis; paratur ex eo egregium Electuarium Diacori dictum, ut & extractum in ventriculi affectibus, & catarrhis frigidis admodum ſalutare, Doſi* ℈ß. *ad* ℈j.

Camphora eſt lachryma ex meditullio arboris magnitudine ſalici reſpondentis; optima cenſetur, quæ *in Inſula Borneo* colligitur, quæ tamen ad nos rarò deportatur. Ad nos vero deveniens *Sinica & Japonica* eſt. In *Inſula* tamen *Zeilan* etiam colligitur camphora ex arbore cinamomi.

Non vero artificio elicitur ex arboribus dictis, ſed *ex meditullio ligni per rimas exſudat granulata*, quæ poſtmodum ſingulari artificio in panes orbiculares cogitur.

Præſtantiſſima eſt candida, perlucens, pura, friabilis,& valde odorata, ac pani calido impoſita madeſcens. Improbatur vero nigra, fuſca, aſſulis ligni ſui implicata.

Servari vulgo ſolet, ne conſumatur, in *thecis ſemine lini* adjecto, vel *piperis granis*, *melius* tamen aſſervatur *in vitro probe clauſo*, aëris aperti agitationem impediente.

VIRES *ſunt inſignes*: Eſt enim ⊖. volatile oleoſum præſtantiſſimum, *quod in Febribus malignis egregie acidi coagulantis ſpicula obtundit*:

ac

*ac hinc Tinctura Bezoardica fere principalius eſt ingrediens.*

*Sic & inſigne eſt ſuffocationis Uterinæ remedium illis, quibus odor gravis non eſt infeſtus.*

*Præterea eſt potentiſſimum reſolvens externe in Empl. vel cum oleis aut ſpir. vini ſoluta & applicata, in doloribus arthriticis, Tumoribus duris, ſcirrhis reſolvendis &c.*

Caranna, Eſt Reſina duriuſcula & tenax, absque multa agglutinatione Tacamahacæ ſimilis, niſi quod ſit paulo odoratior, ſplendidior, liquidior & denſior. Affertur ex *Novæ Hiſpaniæ Provincia*, ubi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc foliis latis & nervoſis arundinaceorum foliorum involuta ad nos defertur.

*Viribus Tacamahacam ſuperat: Præcipue in tumoribus inveteratis diſſolvendis excellit, nervorumque dolores & vulnera ſanat.*

Cardamomum, Eſt ſemen plantæ arundinaceæ in India Orientali naſcentis, Amomo facultate cognatum ac viribus affine; *duplex in officinis habetur*; majus nimirum ac minus: *Majus vocatur granum paradiſi*; Minus ſimpliciter ita dictum officinarum eſt cardamomum. *Probatur utrumque anguloſum, fragenti contumax, mundum, non pulverulentum*, ſiccum, acri ſapore linguam vellicans, ac odorum, illud colore puniceum, hoc ſubrubrum rejectis granulis nigris, rugoſis & exſuccis.

*Uſus præcipuus eſt in capitis, ventriculi, & inprimis Uteri affectibus.*

Carpobalſamum. Non eſt ſuccus è fructu Balſami paratus, ſed *ipſum ſemen ſive fructum Balſami eſſe notis omnibus veterum ſententiæ reſpondentem*, obſervavit *Veslingius* quondam *Prof. Patavinus*, in quinquennali itinere Orientali.

Illud odore Opobalſamum referre, Hyperici ſemine ſive capſulæ ſemen continenti eſſe ſimile &c. *Dioſcorides* tradidit, quæ in ſemine, quod ad nos quandoque defertur, vera eſſe comperimus, & jam olim quoque *Proſper Alpinus Dial. de Opobalſamo* oſtendit.

Illud autem, ſi haberi queat, *eligendum eſt plenum vegetum, ponderoſum ſapore acre, & odore Opobalſami præditum.*

Caryophilli Aromatici. Sunt fructus arboris ramoſæ magnitudinem & folia Lauri, ſed anguſtiora & copioſiora continentis: floribus oblongis clavorum inſtar; (unde nobis vocantur Nägleın) ſed capitulis frigidis, primo candidis, mox viridibus, deinde rubeſcentibus, & tandem in nigrum colorem inclinantibus, & in caryophyllos ipſos evadentibus.

Decuſſi caryophylli biduum ſiccantur, deinde aſſervantur & in varias provincias mittuntur.

*Anthophylli non differunt à caryophyllis, niſi perfectionis gradu*: hinc etiam dicuntur mares; cæteri fœminæ.

*Folia*

*Folia Arboris tanta etiam ſuavitate fragrant. ut caryophyllos ipſos æquent*, unde peregrinantes hujus arboris odorem per longa ſpatia in Mari perſentiunt.

Naſcitur arbor *in plurimis Inſulis Orientalibus*, ſed non niſi in *Moluccis Inſulis*, quarum quinque ſub linea æquinoctiali ſitæ ſunt, fructum fert, reliquis in locis eſt ſterilis.

*Collectio caryophyllorum fit à 15. Sept. usque ad Januar. & Februar.* non vero manu, ſed arundinibus decutiuntur, mundato prius circa arborem ſolo.

VIRES *ſunt Cephalicæ, Cardiacæ & Stomachicæ, hinc commode adhibentur contra omnes affectus cerebri frigidos, vertiginem, viſus debilitatem, Cephalalgiam, lipothymiam, cordis palpitationem apepſiam ventriculi, ac potentiam veneream.*

## Caſſia Lignea & Cinamomum.

Sunt cortices exotici, qui cum in plurimis conveniant, ab aliis ab eadem arbore provenire creduntur, uterque enim eodem modo colligitur & exſiccatur, ac *Inſulam Ceylon* præprimis *patriam agnoſcit.*

Diverſarum tamen arborum fœtum eſſe, & saporis diverſitas, & maſticatio denotare videntur. Sic *Caſſia lignea viſciditatem aliquam ori exhibet, ipſaque ſenſim in eo liqueſcit & conſumitur*, ubi è contra cinamomum quid lignoſi poſt ſe relinquit.

Cæterum odoratiſſima ſint oportet, ſubrubrum colorem, & aromaticam acrimoniam plurimam habentia.

Singulo triennio incolæ ab arbore cinamomi ramos aliquot abſcindnnt, ac ab his corticem detrahunt, ipſam vero arborem inviolatam reliquunt, ac tribus annis poſtea ab ea abſtinent.

*Cortex vero ab arbore ſeparatus nonniſi intra ſpatium menſtruum vires exſerit*, quod notatu dignum.

*Flores arboris nive ſunt candidiores & admodum fragrantes : Lignum* vero arboris *omni ſapore & odore eſt deſtitutum.*

Datur etiam caſſia ſive *Cinamomum Caryophyllatum*, quod ſaporem caryophyllorum refert acrem ſtatim abarbore.

Provenit vero hæc cinamomi ſpecies in *Inſula Cuba* in locis montoſis, ex arbore magna caudicis craſſi, folia ferente canellæ ſimilia, ſed tamen majora & pinguiora.

VIRES *quod concernit, Cinamomum præcipue ſummum eſt confortativum Cordis & Cerebri, præterea menſes & partum accelerat, ac Alexipharmacum eſt.*

Caſſia Fiſtula, duorum generum eſt: Una *Orientalis*, quæ minor; altera *Americana* ſeu *occidentalis*, quæ major. *Orientalis* plerumque *ex Alexandria Ægypti* ad nos defertur, & *præfertur Americanæ.*

Hæc ſiliqua cubitalis eſt, figura teriti, purpuraſcens aut flaveſcens; *Viridis, ſi adhuc immatura*, intra corticem lignoſum ſemina fovet, ſiliquis ſimilia, intervallis ſepto membranoſo diſtinctis, & modica quadam medulla ſuccoſa, nigra, dulci, ſed nauſeoſa prædita.

*Caſſia*

*Caſſia Americana Orientali* multo major eſt, creſcit in *Hiſpaniola*, *Cuba* & *Jamaica* non ſine incommodo aliarum frugum; ad harum namque arborum olfactum tanta occurrit formicarum copia, ut quicquid apud illas arbores, aut in earum vicinia ſeritur, à formicis conſumatur, adeoque gravem incolis inferant moleſtiam.

*De ſiliquis referunt, quod, ſi matureſcentibus his venti ſlant, tantus ſit earum ad invicem conflictus, ut mille anſerum & anatum agmina inter eas obſtrepere videantur.*

Creſcunt vero in arbore craſſiſſima, folia nucis juglandis, ac flores latos candidos, & fructum copioſum ferente.

*Pulpæ uſus frequens eſt apud* Malayos *in renum ac veſicæ affectibus*, *etiam* in gonorrhœa cum therebintina cocta *propinatæ &c.*

Siliquæ graves ſint ac ponderoſæ, quæ concuſſæ ſonum non edunt, præditæ pulpa intus pingui, ſplendente, ſucculenta, non ſitu obducta, ſapore prunorum delicato. Cortex ſiliquæ ſit levis & purpuraſcens.

Caſtoreum. Non eſſe Caſtoris teſtes, frequens diſſectio docuit, ſed potius *peculiare aliquod excrementi genus*, quod in caſtore, animali amphibio, diverſarum mundi plagarum incola, colligitur, & ſuis *certis à natura ſic elaboratis & conſtitutis folliculis ſeu receptaculis, tam in maribus quam fœminis, ad inguina, ſtatim ſub cute ſitis*, *concluditur*, eadem plane ratione, qua *Zibetum* & *Moſchus* in ſui generis animalibus generantur.

*Probatur optimum*, quod liquore intus cereo, odore gravi, valido, oleoſo flaveſcenteque ſucco præditum eſt.

*Adulteratur frequenter Hepate Caſtoris tenuiſſime inciſo & contuſo, & ſucco caſtorei oleaginoſo imbuto.*

Agnoſcitur dolus tum quod genuini folliculi ambo ex uno oriantur principio, tum ex conſiſtentia duriori, fruſtisque utplurimum grandioribus, quam folliculorum illorum naturalibus magnitudo admittat: quin & odoris non ea, quæ in ſincero obſervatur, vehementia adeſt.

*Præſtantiſſimus caſtorei eſt uſus tam internus quam externus in ſuffocatione hyſterica ſive hypochondriaca, Nervoſas etiam partes roborat, & in convulſionibus mira præſtat.*

## Catechu ſive Caatchu aut Terra Japonica.

Eſt ſuccus inſpiſſatus, qui *ex fructu proceræ cujusdam arboris*, parvo, duro, ſucculento & adſtringenti conficitur in *Coromandel*, *Manara*, *Goa* & alibi.

*Quoad Vires optimum eſt medicamentum ad gingivas firmandas, ut & alvi profluvia curanda, vel ubi adſtrictione & roboratione opus eſt.*

## China Chinæ

*Eſt cortex Arboris Peruanæ, Gannana peride* incolis dictæ; Non multum abſimilis cortici cinamomeo, colore obſcure rufo, ad Saſſafras colorem accedens; eligendus vero, qui eſt ſaporis amariuſculi & adſtringentis, ac nonnihil odoratus.

*Quoad vires præbet ſpecificum antifebrile.*

Chinæ

**Chinæ Radix**, à *China*, *Orientalis Indiæ Provinciæ* veluti natali ſolo nomen ſortita eſt, utpote à qua Provincia potiſſimum ad nos derivatur.

Arbor Radicis hujus inſtar dum creſcit in locis paluſtribus quatuor vel quinque ſpithamarum longitudine à terra, pauca habens folia: *duplex autem eſt, vel ſativa vel ſylveſtris, ex quibus ultima utplurimum ad nos deportatur.*

Radix craſſa ſit & nodoſa, gravis, dura & tuberoſa inſtar biſtortæ, exterius rubra & tortuoſa interius, minus colorata, minime carioſa, utpote cui vitio alias admodum eſt obnoxia.

*Quoad vires in lue venerea non ſolum eſt ſpecificum, ſed & antiarthriticum, egregie enim hos dolores demulcet; præterea in omnibus morbis à lympha corrupta ortis prodeſt, ac diaphoretica & diuretica eſt, unde in cachexia, tumoribus œdematoſis, item in atrophia, in decoctis exhibita mira præſtat.*

**Contrajerva.** *Hiſpanis* ita dicta, quod *contra venea*, ſive alexipharmaca ſit; Apportatur ab aliquot annis ex *Provincia Peruana Charcas* dicta.

Eſt vero radix hæc exterius nodoſa & fibroſa, fibras multas de ſe ſpargens, quæ à ſummo ad imum graciliores evadunt. Colore exterius purpureo, interius albicante, ſapore ſubdulci, adſtringente cum acrimonia aromatica. *Simon Pauli in Quadrip. Botan.* noſtratis caryophyllatæ radicibus ſimillimam eſſe ſcribit.

Eligatur vero vegeta, denſa, non carioſa.

*Quoad Vires præſentiſſimum dicitur eſſe remedium contra venena hauſta, cum vino in pulvere ſumta. Ventriculum etiam confortat, & flatus diſſipat, ac diaphoretica & diuretica eſt; ſunt qui hanc Radicem præferunt lapidi Bezoar, aut unicornu, vel & Theriacæ.*

Corallina ſive *Muſcus marinus*. Eſt lanugo capilloſa, mollis ſub aqua, extracta autem & ſiccata rigens, quædam erecta, quædam humi repens: Colore nunc albo nunc rubeo, nunc cinereo, nunc flavo, nunc herbaceo, &c.

*Innaſcitur* vero *coralliis, ſaxis ac teſtis aut concharum fragmentis.* Præfertur vero quæ coralliis inhæret aut ſaxis, & coloris eſt vel albi vel rubicundi; improbatur vero cinerea, inveterata & exoleta.

*Quoad Vires infenſiſſimus lumbricorum hoſtis eſt.*

Coſtus Antiquitas triplex facit Radicis hujus Coſti genus, *Arabicum, Indicum* & *Syriacum:* Aſt differentia hæc novo ſpeciem ſed bonitatem, & loci in quo provenit diverſitatem ſaltem ſpectat. Sic *præſtantior Dioſcoridi cenſetur Arabicus, candidus, levis, & eximia odoris ſuavitate præditus.*

Ille, quem nunc *India* nobis transmittit, omnes optimi notas, quas *Dioſcorides* deſcribit, habet.

*Debet vero eſſe craſſus, ſucculentus, non carioſus, odore aromaticus, colore candicans & fere buxeus, ſapore acris & amaricans.*

Alias

Alias officinæ coſtum dividere ſolent in *dulcem* & *amarum*, ſed omnis coſtus amaricans eſſe debet, niſi quis, collatione cum amariore vel acriore facta, id ſtatuere velit.

Cum vero inde eluceſcat, veram coſti dignotionem recentioribus nondum perfecte cognitam eſſe, hinc *in tanta diverſitate alii Zedoariam vel Angelicam ſubſtituunt.*

Cum etiam *ad nos adferri* cœperit *Cortex Aromaticus*, *cujus odor* & ſapor adeo aromaticus eſt, ut *Nucem Moſchatam*, *Macim*, *&* *canellam &c. fere ſuperet*, *vel ex omnibus fere aromatibus aliquid participare videatur:* hinc alii canellam albam, alii Coſtum Arabicum vocant.

Eſt vero cortex cujusdam arboris ſambuco non abſimilis, & quidem interior craſſior & ſolidior, coloris cinerei, albicantis, utpote in quo acrimonia major eſt quam in exteriore: Commode ſubſtituitur hic cortex Coſto Arabico vero Veterum dubioſo.

VIRES *ſunt ſtomachicæ*, *uterinæ*, *hinc in colica*, *menſium ſuppreſſione &c.* *egregie conducit.*

Crocus differt à natali ſolo, unde *vel Orientalis eſt*, *vel Occidentalis.* Orientalis ex *Coryco* Siciliæ monte ad nos devehitur, cui nunc minime cedit *Auſtriacus*, ac *Arauſionenſis Gallicus.*

Planta eſt bulboſa, viva & carnoſa, folio anguſto, & gramineo, flore Colchici partenſis, purpureo & aureo colore nitentibus filamentis, odoris intenſe acuti.

Quo-

Quoad electionem *optimus eſt recens, fragrantis odoris, coloris aurei, manus fricantis inficiens, in revolutione oblongus, ac in frangendo lentus.* His dotibus ſi deſtitutus, adulteratus eſt.

*Adulterari vero ſolet floribus Cnici*, ſed fraudem tam odor, quam & ipſa acuratior inſpectio detegit. Sic & pondus, ex lithargyrio cum fraude auctum, ab admixto pulvere inſidente facile deprehenditur.

*Et ſi color jam filis aut pannis ungendis adhibitus fuit*, crocus vero tunc rurſus ſiccatus in fraudem divenditur, *cognoſcitur fraus ex foliolis marcidis, nec ita plenis, ac odoris fragrantis defectu*, ac coloris legitimi alteratione.

VIRES *ſunt Cordiales, Pectorales, Cephalicæ, Hyſtericæ, ſtomachicæ & anodynæ. Nimius tamen uſus nocuus fit ob vim inebriantem. In dyſenteria non eſt præſentius remedium Extracto Croci.*

**Cubebæ.** Sunt *grana piperi nigro ſimilia* tenui pediculo adnexa, *intus inania*, ſapore amaro, acri, odorata, colore cinereo, cortice ſcabro.

*Planta* autem, *ex qua colliguntur, ſylveſtris eſt*, & ſponte proveniens, imbecillis hederæ modo, vel Smilacis, fructibus & arboribus adhæreſcens, foliis myrtiformibus, floribus odoratis, fructibus racemoſis, non uvæ modo in communi racemo, ſed ſingulis granis ſinguli dati pediculi.

*Advehitur* vero ex *Java* & aliis *Indiarum Regionibus*

*nibus*, ubi tanti æſtimatur, ut antequam venalis exponatur, ab incolis decoquatur, metuentibus, ne in alieno ſolo ſatus radices agat & luxuriet.

*Quoad Vires, ſpecificum Cephalicum & ſtomachicum ſunt, unde ad capitis, ventriculi ac nervoſi generis frigidos affectus commendantur, utero etiam conducunt, & flatus diſcutiunt; ore etiam detenti claram faciunt vocem multum loquentibus.*

Curcuma. Eſt Radix exotica, ac *crocus Indicus dicitur, quod inſtar croci veri colore flavo tingat.*

Folia ejus ſunt oblonga, & longe latiora, quam folia cardamomi, quibus alias non ſunt abſimilia; variat vero caule, qui in cardamomo eſt internodiis tanquam arundo diſtinctus, ſed in curcuma lævis & æqualis.

Flore ex flavo eſt purpureo, qui in ſummitate plantæ emergit, ſimilitudine referens florem gladioli cujusdam, purpureos flores proferentis.

Naſcitur in *Cananor*, *Calecut & Goa*: Magna vero ejus quantitas defertur ad *Arabes, Turcas, & Perſas* qui omnes ex *India* advehi fatentur, in cujus Sylvis tam copioſe creſcit, ut inde integras naves onerare poſſent.

Nullum apud Indos tam frequens condimentum eſt in coquendis piſcibus & carnibus.

*Dicata eſt in ſpecie calculo, veſicæ billariæ, per alvum excludendo, uti in Ictero, cachexia, ac meſenterii obſtructionibus reſerandis.* Malaicæ

mu-

*mulieres eam admodum celebrant in partu facilitando ac morbis uteri aliis, Urinæ item difficultatibus &c.* vide Frid. Hoffm. clav. Schröd.

**Cyperus** Unius radicis partus *vel rotundus eſt vel longus.*

Eſt vero Radix junci triangularis, aut quadrangularis, cubitalis, aut majoris quandoque, *folia habens porracea* longa, anguſta, in ſummo caule ſemen complectentia, Radices inter ſe cohærent oleis oblongis ſimiles, quæ rotundæ ſunt, nigræ, odore ſuavi, guſtu amaro.

Naſcitur in lacunoſis, paluſtribus, imo etiam in cultis locis.

Optima ea cenſetur, quæ gravis, denſa, plena, dura, aſpera & odorata eſt cum quadam acrimonia.

*Quoad Vires ſuppreſſioni urinæ medetur, movet menſes, & in calculo ac hydrope confert.*

**Daucus** vel *Creticus* eſt vel *vulgaris.*

Semen Dauci Cretici acre eſt, album, hirſutum, ac ſuavis odoris; *Naſcitur ſponte in Inſula Creta, & in Italiæ præruptis altiſſimorum montium rupibus.*

Folia obtinet fœniculo non abſimilia; ſed minora & tenuiora, caule dodrantali, umbella coriandri, floribus albis, inter quos ſemen continetur.

*Hoc carminativum, diureticum, & uterinum eſt, hinc in colica. dyſuria, paſſione hyſterica, menſium ſuppreſſione &c. inſignis effectus.*

Doro-

**Doronicum.** Cum Autores nonnulli hoc inter aconita poſuerint, ſicque *Veneni ſuſpicione infame* reddiderint, hinc alii ejus loco *Zedoariam, vel galangam cum corticum citri parte* ſubſtituere maluerunt.

Sed cum *Germanicum noſtrum Doronicum*, Gembſen Wurtz dictum, clariſſimorum virorum teſtimonio innocens deprehenſum ſit, hinc uſus ejus minime formidandus nec excludendus.

Eligendum vero illud, quod longifolium hirſutum eſt, & in *Auſtricarum & Stiricarum*, aliarumque *Alpium* jugis inter ſaxa provenit. Cujusque radicula, (quæ ſaltem in uſu perdulcis, acrimonia caret, rotundiuſcula, interdum quoque oblonga, geniculatis propaginibus, ſcorpii figuram nonnunquam repræſentantibus, ſibi cohæret; ac folio fere cucumeris, verum minori ac molliori, flore citrino, chryſanthemi flori haud abſimili, prædictum eſt.

*Prædicatur ut ſpecificum contra vertiginem, cordis palpitationem, & uteri inflationem, Venenis etiam adverſari, & lumbricos expellere dicitur.*

**Elemi** Eſt Reſina odoratiſſima, inſtar anethi recenter contuſi, *ex ſingulari arbore Kekuna Ghaka dicta, in India Orientali* proveniens.

Eligatur pellucidum, albicans, cum flavis particulis intermixtum, purum, & à pulverum admixtione alienum. Adulterari ſolet reſina, ſed odor fraudem detegit.

*Pro-*

*Prodeſt affectibus generis nervoſi, utpote ejus vulneribus, contuſionibus, doloribus &c.*

**Euphorbium.** Eſt acerrimus ſuccus, *ex arbore* ſauciata *ferulæ ſpeciem gerente*, profluens *in Lybia.* Eligatur purum, translucens, & ex rufo pallidum, in granula orobi magnitudine concretum, quod levi guſtu os diu accenſum tenet.

**Folium Indum.** *Malabathrum dictum,* aromaticum eſt coloris viridis palleſcentis, tribus donatum nervis admodum diſtinctis per univerſam longitudinem folii, admodum leve, & ſuperna parte ſplendidum, ex altera vero parte aſperum, ſat tenue, odore aromatico, ad cinamomum, macim, nardum &c. accedente, imbutum.

Hoc *Folium profert Arbor procera in Regione Cambaja & aliis Indiæ locis.*

Eligenda vero ſunt Folia recentiſſima virentia & integra ad Theriacam à pedunculis purgata.

*Viribus ſpicam nardi ſuperare dicitur,*

**Galanga.** Vel *major* vel *minor*, eſt plantæ cujusdam peregrinæ in *India Orientali* naſcentis radix, ex radice potius, quam ſemine propagata.

*Major* provenit *in Java* & *Malabar*; *Minor* vero, quæ odoratior & præſtantior eſt, in *China*: harum Regionum incolæ utuntur ea ad orexin, cum piſcibus & carnibus.

*Eligenda* vero *ſaturate rubra*, *ponderoſa bene*

*ne odorata, ac ſapore acerrimo linguam vellicans.*

Adulteratur aliquando radicibus Cyperi vulgaris repurgatis, & cum pipere in aceto maceratis, ſed abraſo cortice fucus facile deprehenditur, cum neque galangæ ſapor, neque acrimonia adſint.

VIRES *ejus ſunt Stomachicæ, Cephalicæ, & Uterinæ, hinc in cruditate ventriculi acida, ex qua colica, vertigo, item uteri obſtructiones &c. generantur, optime conducit.*

Galbanum. Eſt ſuccus reſinoſus cujusdam plantæ ferulaceæ in Syria creſcentis.

*Eligatur, quod ex multis granulis albis conſtat,* purum, pingue, nec valde humidum, nec minus aridum, acri & amaro ſapore, & gravi odore præditum : nec improbatur, quod adjecti ſeminis & ferulæ nonnihil admixtum habet.

VIRES *admodum laudantur in menſibus ac partu pellendis, ut & in tuſſi inveterata ac aſthmate.*

*Externe egregie emollit, reſolvit, ſuffocationemque uterinam maxime compeſcit in Emplaſtro umbilico applicatum. Cum* therebintina *in* oleum Galbanetum *per retortam deſtillatum, inſignium eſt virium in contractura ex colica, &c.*

Granatus. Eſt gemma rubea, pellucida, coloris, roſacei, carbunculo tamen, cujus ſpecies eſt, obſcurior.

Datur vero & *Orientalis*, & *Occidentalis, Bohe-*

*micus*, qui *Orientales multis paraſangis antecellit*, ſuſtinent enim illi ignem fortiſſimum, & in eo neque colorem nec pondus mutant, quod vix ulli gemmæ coloratæ conceſſum eſt; *Orientales è contra igne fortiori liqueſcunt*, & inſtar vitri alicujus in maſſam abeunt.

VIRES *prædicantur ad cordis & cerebri affectus, hinc cordis palpitationem, & ſanguinis etiam ſputum ſiſtere dicuntur.*

**Guajacum.** Eſt *Lignum Indicum*, alias *ſanctum* dictum, ex *Inſulis Americæ Nicar aqua San. Dominici* &c. ad nos delatum.

*Eligendum vero eſt recens, ponderoſum, & reſinoſum; ſpecificum vulgo habetur Luis veneræ remedium. Dehinc etiam in catarrhis aut defluxionibus admodum prodeſt, ob vim ſuam diaphoreticam & diureticam qua ſanguinem ab abundanti ſero liberat, unde & ad hydropem egregium eſt, potu alio interdicto. Sic & Decoctum ejus prodeſt in Odontalgia, in ore detentum.*

*Cortex* eaſdem habet vires, ſed efficaciores, hinc decoctis etiam additur, ſed doſi minori;

*Fieri vero ſolet decoctum hac methodo*, v. g.

℞. *Raſur. Ligni Guajaci* ℥iiij. *cortic. ejus* ℥iß. *paſſul. min.* ℥ß. Infunde *in* ▽. *font. ferventiſſ.* ℔. vij. in olla vitreata, & ponatur ſupra cineres calidos ſpatio 24. horarum, poſtea bene clauſa coquatur, & priusquam ad medietatem coctio facta eſt, adde *Ligni Saſſafras* ℥ß. *ſem. aniſi* ℥iß. *cinam. el.* ℈ij. coque probe tecta, donec ad medietatem pervenerint,

tunc

tunc colatura per ſe refrigerata detur. Doſis eſt ℥iv. ℥vi.

**Gummi Gutta.** Eſt lachryma, ſive ſuccus reſinoſus, *quem plorat planta, Eſulæ noſtræ non abſimilis*, niſi quod non tam alte excreſcat, proveniens in *Regno Cambajæ Regione Chinæ* vicina, unde & *gutta Gamba* audit.

Eſt autem ſuccus purus, nullis ſordibus inquinatus, fulvi coloris, liquore aut ſaliva madefactus colore flavo inficiens: ſolvitur ſpiritu vini ceu homogeneo Reſinarum menſtruo.

VIRES *cum purgantibus aliis validioribus habet communes, præcipue tamen ſeroſos humores expellit, unde & ejus uſus in hydrope frequens eſt, à gr. v. ad* ℈ß. *addito parum ſpir.* 🜍. *aut* ⊕*li pro corrigente.*

**Helleborus Niger** legitimus eſt numero quartus *Bauhini*, ſive veratrum flore roſeo, præcipue in *Styria* proveniens, utpote aliarum provinciarum helleborum viribus antecellens.

In collectione vero probe notandum, nec loco radicum Hellebori nigri *Radices aconiti* ceu ſumme deleteriæ ſumantur; colligantur vero menſe *Majo* aut *initio Junii* poſtquam defloruerunt.

Dum vero Radix fuit evulſa & recens, parum contundatur vel conquaſſetur, ut medulla lignea facile extrahi queat, ceu inutilis. *Præcipuas* enim *vires cortex continet.* Cum vero hoc vix obſervetur à collectioribus, hinc

hinc vulgo *practici fibras radicis eligunt*, ceu medulla lignea fere deſtitutas.

VIRES *humoribus aduſtis, tartareis, melancholicis expurgandis dicatæ reperiuntur, unde & in mania, malo Hypochondriaco &c. cauſam in hypochondriis obtinentia, utique commendantur. Doſi* ℈j. *ad* ʒß. *in infuſo.* Frid. Hoffmannus *ex Radicibus his mundatis & inciſis cum aqua coctis extractum parat, quod tunc ſpiritu vini denuo extrahit & in extractum redigit.*

*Folia Hellebori* nigri *Daura Paracelſo* audiunt, quæ pulveriſata ſumme commendat ad vitam prolongandam.

Parat vero ex eis remedium ſuum conſervationis ad duas vel tres ætates, hac methodo:

℞. *Fol. Hellebor. nigri*, circa ſolſtitium æſtivale col. lect. ℥v. *Florum ſectarum.* i. e. *macis* ℥j. *Quint. Eſſent.* Croci Meliſſ. Chelidon. Margaritarum, Auri *ana* ʒv. *ſachari in* ▽. meliſſ. chelidon. & Spir. Roris Majal. ſoluti triplum ad omnia, miſce, ut fiat Electuarium.

**Hermodactylus** Eſt ſpecies *Radicis Cholchici* non venenati, ad nos ex *Syria* delati. Eligenda vero, quæ foris & intus fere alba, gravis & compacta eſt, non vero flaccida ut noſtras: quæque leni contuſione redigitur in pulverem farinæ triticeæ ſimilem, saporis ſuavis, ac dulcis.

*Quoad vires, humores juncturis impactos expellere dicitur, unde in articulorum affectibus, chiragra & podagra admodum commendatur à veteribus.*

*Doſ.*

*Doſ.* ℈iß. *ad* ʒiß. *in infuſione vero à* ʒii. *ad* ℥ß.

**Hyacinthus** eſt gemma pellucida,& flavedine rubicunda,ignis flammam æmulans: datur *Orientalis* & *Europeus*.Orientalis ex *Æthiopia, India, Arabia*; *Europeus* in confinibus *Sileſiæ* & *Bohemiæ*; qui tamen Orientali eſt ignobilior. *Adulterari ſolet vitro ſaturni*, ſed hoc gravius & mollius eſt vera gemma.

*Viribus commendatur ut cordialis, alexipharmacus, ac ut ſpecificum contra ſpaſmum, & pro amuleto tempore Peſtis appenſus.*

**Hypociſtis** Eſt ſuccus gummoſus expreſſus ex frutice Ciſto, provenire in *Monte Apennino,Gallia Narbonnenſi* &c. ſed cum rarus ſit hic ſuccus,ejus loco ſubſtituitur ſuccus acaciæ, iisdem viribus imbutus.

**Jalapa**. Radis, ſive *Mechoacanna nigra*, provenit copioſe in *Nova Hiſpania Americæ*, unde in taleolos ſecta magna copia ad nos.deportatur.

Eligatur exterius nigricans, interius quodammodo ruffeſcens, reſinoſa, ponderoſa, &, ſi candelæ admovetur, flammam prompte concipiens.

*Quoad vires, omnis generis humores, maximam vero partem ſeroſos per alvum ducit. Doſi* ℈j. *ad* ʒß. *in pulvere.*

**Iris Illirica & Florentina** non differunt ſpecie, ſed natali ſolo, *Illirica* ſive *Sclavonica Venetias*, & inde ad nos defertur, cui tamen mercatores *Florentinam* præferunt, quia can-

candidior eſt & fragrantior, ac omnia illa præſtat, quæ *Illyrica*.

VIRES *vero obtinet egregias in viſcidis & glutinoſis pulmonum humoribus incidendis, & Tuſſim, dyſpnœam, aſthma &c. cauſantibus.*

**Iris Noſtras** eſt gladiolus cæruleus major, ſive *Iris vulgaris cærulea*, creſcens in pratis & arvis &c. Radix colligitur tempore verno, antequam germinare incipit.

*Quoad Vires valde hydragogus eſt ſuccus ex radice expreſſus, ac per digeſtionem depuratus, cujus Doſis eſt* ℥ß. *ad* ℥j. *vel* ℥iß. *per ſe in cerevyſia calida, vel cum mannæ* ℥ß.

**Jujubæ** Sunt baccæ oblongæ & rotundæ, ad nos ex *Italia*, *Hiſpania* ac *Gallia Narbonenſi* deportatæ.

Probantur vero recentes, amplæ, graves, carne intus multa ſucculentæ, laxæ, dulces, oſſe parvo, in quo nucleus dulcis, foris ſanguineus, intus albeſcens.

Vix durant ultra ſex menſes, tum vero muceſcunt, nigricant aut flaveſcunt.

*Uſus præcipuus thoracis & pulmonum aſperitati, tuſſique dicatus eſt.*

**Lacca**, eſt gummi quoddam *Indicum*, *à formicis coloris punicei, allatis, ſuper flores, frutices & herbas volitantibus*, non ſecus ac ab apibus mel, *collectum*.

Eligenda vero, quæ ligni fragmentorum expers & etſi prædura & exſucca ſit, præmanſa tamen ſputum efficit ſanguineum.

Dia-

*Diaphoretica & Diuretica eſt, unde præcipuus ejus uſus viſcerum obſtructionibus, Ictero, hydropi aſthmati &c. dicatus eſſe dicitur. Externe ſingularis eſt efficaciæ ad gingivarum laxitatem, putredinem & fœtorem oris, carnemque amiſſam reparandam.*

Lac Lunæ vocatur *Agaricus mineralis*, cum candore, levitate & raritate agarico vulgari prorſus ſimilis ſit, granula vero quædam permiſta habet ſplendorem de ſe fundentia.

*Conducit ad Lac augendum* ʒj. *pondere ex juſculo, vel & melius in emulſionibus ſumtum, ſic & optime inſpergitur Ulceribus deſiccandis, &c.*

Ladanum. Eſt gummi reſinoſum ad nos ex *Cypro* delatum, uti colligitur ex planta Cyſto fœminæ fere ſimili, ex cujus fructu ſive foliis exſudans, à calore ſolis exſiccatur.

Licet vero ſit gummi reſinoſum, & ex eo per retortam oleum elici queat, non tamen ſolvitur pinguibus, ſed ſpiritu vini ſaltem.

*Probatur* vero *odoratum, facile molleſcens, reſinoſum arenularum, aliarumque ſordium expers*, nec ſqualore obſitum, in gyros plerumque coagmentatum.

Uſus ejus præcipuus eſt in capite humido & catarrhis ſolvendis, in forma pilularum, v. g. ℞. *Ladani depurati* ℥i. *Nuc. Moſch.* ʒß. *Cardamom.* ℈i. *Maſtich.* gr. viii. *Olibani* gr. vi. *Reſin. Jalapp.* ℈i. *Moſchi* gr. v. *Ambræ* gr. viii. *Ol. deſt. cinamomi* gtt. vi. *citri deſt.* gtt. v. m. fiant

fiant Pilulæ magnitudine lentium, quæ danturad 7. vel 9. tempore ſomni; Et in catarrhis cauſa frigida maximarum virium prædicantur *à Frid. Hoffmanno.*

*Externe adhibetur in Emplaſtris anodynis emolliens ac reſolventibus, ſic & melancholia flatulenta nil eſt utilius in Emplaſtri forma.*

**Liquidambra.** Eſt Reſina oleaginoſa effluens ex *arbore* quadam procera, *quæ provenit in campeſtribus Americæ locis*, interdum etiam temperatis; Ex hujus vel inciſo cortice, vel non inciſo ſponte fluit hoc oleum, ſuavitate odoris ſtyraci perſimile.

*Quoad vires diſcutit flatus, reſolvit tumores, roborat ventriculum. & uterinis opitulatur affectibus. Tabaco admixta confortat caput, & dolorem ejus à cauſa frigida lenit.*

**Manna.** Eſt *lachryma Arboris Orni in Calabria Italiæ* præcipue provenientis, & vel granis minoribus conſtat vel majoribus; præfertur illa huic tanquam purior, utpote quæ per ſe ex arbore extillat, & foliis guttatim incidens & inhærens ſiccatur & granulatur, à quibus dein ventorum impetu ſæpe decidit, & à vulgo ex aere delapſa putatur, hinc ab eis *Manna* vocatur.

Altera defluit ex arboris trunco vulnerato vel abſciſſo, quam extillantem cultris ligneis abradunt collectores & vaſis immittunt. *Vide Hoffmanni clavem Schröder.* p. 637.

**Maſtix.** Eſt gummi Reſinoſum, ex citrino album, pellucidum, granulatum, *ex Lentiſco extil-*

*extillans*, *Arbore procera*; præſtantior provenit in *Inſula Chio*, cujus incolæ in arboribus his colendis majorem adhibent diligentiam, ac aliis in Regionibus *Italiæ* vel *Galliæ Narbonnenſis*.

Mechoacanna nomen obtinet à natali loco *Mechoacon, Indiæ Occidentalis Provincia*, ubi in taleolos ſecta Radix, & exſiccata ad nos defertur. Similis fere eſt radici noſtræ bryoniæ, exotica hæc bryoniæ ſpecies; optima vero eſt recens, albicans, magna, ponderoſa, & inſipida. Adulterari ſolet bryonia noſtra in taleolos ſecta & ſiccata, ſed ſubſtantiæ hujus rudior eſt ac Mechoacannæ.

VIRES *eaſdem habet cum Jalapa, ſed mitiores. Doſi* ℈j. *ad* ʒß. *vel* ʒi. *in infuſo ad* ℥ß.

Meu vel *Athamanticum* eſt, à montibus, quibus innaſcitur, & unde olim deferebatur, ab inventore ita dictum; vel Noſtras, quod Germanice vocatur Bärwurtz.

Prædita eſt radix caule & foliis anetho ſimilibus, craſſiori tamen anetho, ad cubitos duos inſurgens: Radicibus ſparſis, tenuibus, obliquis & rectis, longis, odoratis, & ſapore admodum aromaticis. Sunt qui dubitant noſtrum *Meu* eſſe legitimum ac verum *Dioſcoridis*, ſed non dubitant alii hoc verum eſſe, neque ut aliunde ad nos deportetur opus eſſe. *vide Hoffmanni clavem Schröder.*

*Uſus ejus optimus eſt in omni affectione*

*flatulenta ventriculi, inteſtinorum, Uteri corrigenda, ut & in catarrhis à frigido ortis, ac pulmonum tartareo reſolvendo.*

**Moſchus** Eſt *ſuccus excrementoſus animalis* cujusdam *Chinenſis & Indi*, in certo ejus à natura conceſſo folliculo collectus.

Probatur vero perquam odorus, & tanta fragrantia præditus, ut vel graveolentiam præ ſe ferat, caput feriat, odorem late diſpergat, præterea amaricans ſit, colore ferrugineus vel ſubrufus granularis. Maſſas fictitias odor remiſſior à genuino imprimis diſcernit.

*Menſtruis aqueis ſolubilis exiſtit moſchus; Interne vero & externe adhibitus ſpiritus recreat, & ſanguinem ad orgaſmum concitat.*

**Mirobalani.** Naſcuntur in *Java Indiæ Inſula* in arboribus magnitudine prunis ſimilibus, ſed quemadmodum fructu, ita foliorum diverſitate diſcrepantibus.

Sunt vero quinque ejus genera, utpote *Citrinæ, Chebulæ, Indæ, Emblicæ, & Bellricæ.*

*Arbores*, quibus *citrinæ* innaſcuntur, ſorbi proferunt folia: *Indicæ ſive nigræ* folia ſalicis: *Bellricæ* folia Lauri, ſed pallidiora: *Chebulæ* folia perſicis ſimilia habent.

Prout vero arbores fructum hunc proferentes oliis diſtinguuntur, ita & fructus tam magnitudine, quam colore quoad formam externam diſtinguuntur: *in eo tamen conveniunt, quod manifeſtam poſſideant qualitatem*

*te-*

*tonum viſcerum roborandi & ſimul alvum ſolvendi.*

*Citrinæ* laudantur multum flavæ, in viride inclinantes, denſæ, graves gummoſæ, cortice craſſo nucleum parvum complectente.

*Chebulæ* quo majores eo meliores, nigræ, in rubrum inclinantes, graves, quæ aquæ impoſitæ ſtatim merguntur, cortice craſſo.

*Indæ* optimæ ſuntNigræ, ſubſtantia ſolida ſi franguntur, denſæ, magnæ, graves, ſine oſſibus, rato viſuntur integræ.

*Emblicæ* ſint magnæ, graves, denſæ, carne, multa oſſibus exiguis &c. præditæ.

*Belliricæ* vero denſæ, magnæ. graves, & cortice craſſo. *Quæ his notis carent, aut vetuſtate exoletæ, aut aliud incommodum paſſæ ſunt.*

Myrrha. Eſt gummi reſinoſum *Arboris naſcentis in Arabia, Ægyptiacæ* ſpinæ ſimilis, ex qua inciſa deſtillat. Primas vero tenet *Troglothidica* à loco natali ita nominata, quæ ſubviridis, pellucida, & mordax exiſtit.

In genere vero eligenda eſt friabilis, levis, undiquaque concolor, quæ confracta intrinſecus lineas candidas intercurrentes habet, unguium ſpeciem præ ſe ferentes, minutis glebis, amara, odorata, & acris.

*Si* vero *myrrha animadvertitur continere multas glebas diverſas, quoad odorem & ſaporem differentes, tunc eam jam transmutatam eſſe & deterioratam, ſignum eſt*, non aliter ac dum *Galbanum mutatur in ſagapenum*, & *Caſſia in Cinamomum*.

*Præ-*

*Præcipuus uſus eſt in obſtructionibus uteri reſerandis, menſibus nimirum ſuppreſſis ſolvendis, partus difficultate, aſthmate, Tuſſi, Febribus malignis, &c. Externe prodeſt in Eryſipelate &c. ac maſticata oris halitum commendat.*

Depuratur vino ſoluta & calide colata per linteum à ſordibus, & tum inſpiſſata rurſus per ſe vel aliis mixta &c.

Nux Moſchata. Eſt *medulla Nucis Indicæ*, quæ incluſa eſt cortici duro, qui cortex iterum obductus eſt tenuiori involucro, eoque flaveſcente rubeo, ſive floribus macis dictis; hæc contenta omnia exterius putamine ſeu carne ſatis craſſa rurſus teguntur, quæ per maturitatem dehiſcit, ut in noſtris juglandibus.

*Creſcit abundanter in Inſula Banda* in Sylvis ſpontaneè, & *trium generum eſſe dicitur*, *Mas* videlicet, fœmina pretioſior, oblongus, duarum circiter unciarum.

*Fœmina*, quæ ad nos vulgo deportatur, plerumque figuræ ovalis; & tertium genus *Regium* vocatum, minutum & rarum, ſucculentia tamen & odoris fragrantia majores ſuperans, ovalis figuræ & reliquis ſimilis, niſi quod magnitudine vix grandius piſo.

*Eligenda vero eſt Nux recens, pinguis, gravis, acu puncta oleum emittens.*

*Flores* ſive *Macis* probatur odore ſuavi, colore flavo & ſapore ſubacri.

VIRES *Nucis Moſchatæ Stomachicæ ſunt, cephalicæ, & uterinæ, diſcutit flatus, alvi profluvium ac vomitus compeſcit*, & *lypothymiæ ſuccurrit.*

*Noci-*

*Nocivus tamen eſt nimius earum uſus, quoniam ventriculum oleoſitate ſua, ac ſubſtantia balſamica gravant, & particulis ſubtilioribus ad cerebrum delatis ſomnolentiam inducunt.*

*Macis* iisdem gaudet viribus, tenuiorum tamen eſt partium, hinc effectu præſtantior; Mire ventriculum roborat, flatus reſolvit, diuretica ac lithontriptica eſt. *Integra Nux adhuc viridis conditur in India, in modum nucum juglandium,* unde ad nos condita transfertur.

Hæc mane & veſperi ante cibum ſumta fœtum confortat, flatus diſcutit, & frigidis Uteri & Ventriculi affectibus medetur.

*Oleum, & deſtillatum & expreſſum*, prodeſt in ventris torminibus, nephritide, ventriculo debili cum vehiculo calido propinatum. Externe umbilico infantum inunctum, diarrhœas ac tormina compeſcit; ac temporibus illitum agrypniam tollit.

Olivæ ſunt fructus *oleæ*, quæ copioſe reperitur in *Italia*, *Hiſpania*, *Gallia Narbonenſi*, *Gallo-Provincia*, & alibi.

*Olivæ Hiſpanicæ* ſunt grandiſſimæ, propterea ſuperbæ vocatæ; *Narbonenſes* ſunt mediæ magnitudinis: *Omnium vero minimæ Italicæ*, inter quas reperiuntur capparum magnitudine, guſtu ſuaviſſimæ.

*Condiuntur vero olivæ muria, antequam plenarie maturuerunt.*

Excitant vero appetitum, laxant alvum, & humidum ventriculum exſiccant & confortant; rancidæ autem eum ſubvertunt.

Ex olivis vero maturis Oleum olivarum expri-

exprimitur triplex: *Primum omnium eſt præſtantiſſimum*, quod ſcil. ſpontaneè quaſi ex parum prælo preſſis effluit, *& vocatur olei flos*, nobis Carcer-Oehl. Huic ſuccedit *alterum*, quod ex ſecunda preſſura provenit.

*Tertium* vero vilius eſt, & nullius valoris.

Quod ex immaturis olivis exprimitur, *Oleum Omphacinum* dicitur. hinc notandum, ne loco olei omphacini, ſuccus ex immaturis uvis expreſſus, omphacium itidem dictus, ſumatur.

*Oleum Olivarum alvum laxat, & tormina ventris ſiſtit, ac vulnerarium eſt cum cereviſia calida ſumtum ad cochlear unum aut alterum.*

Opium Eſt ſuccus ex capitibus Papaveris paulatim inciſis deſtillans & inſpiſſatus.

Differt vero pro Regionum diverſitate, unde ad nos transfertur. *Præſtans opium olim mittebat Regio Thebaica Ægypto contermina*, unde & adhuc Thebaicum dicitur. * Hodie vero ex *Cairo* & *Arabia ad mare rubrum* ſita *Alexandriam*. & inde ad nos defertur.

Plurimum tamen nunc *Cambaja* & *Decan. Indiæ Orientalis Provinciæ ſuppeditant*. & univerſæ *Europæ* ſubminiſtrant. Hoc mollius eſt & inſtar ſucci roſacei flaveſcit, & tincturam fere croceam oſtendit.

Optimum alias habetur denſum, grave, amarum, odore gravi, viroſo, aqua facile ſolubile, quodque colorem habet ex nigredine rufeſcentem, & ſi pulveriſatur, inſtar Aloes flaveſcit, ac impuritatibus caret.

VI-

VIRES *in genere ſpiritibus ſopiendis hinc doloribus ſedandis, & tumultuanti humorum motus in diarrhœis, dyſenteriis, & hæmorrhagiis coercendo dicatæ ſunt. Vitetur vero, ubi vires nunc exhauſtæ notantur; in eis enim ſpiritus nunc debiles cito plane ligat & interitum maturat.*

Opoponax. Eſt ſuccus gummoſus *ex radice vel caule panacis Heraclei vulnerato emanans*, potiſſimum æſtate, *in Macedonia* & alibi

Probatur ſapore valde amarus, odore gravis, colore interne albus externe vero flaveſcens ſive ſubfulvus, pinguis, tener, friabilis. galbani inſtar lacteſcens, & ſtatim in aqua liqueſcens, gravi odore præditus.

Improbatur niger ac mollis, nec non Ammoniaco aut cera fucatus ; cognoſcitur tamen dolus, quando digitis fricatus in aqua, non reſolvitur, nec lacteſcit.

*Diſſipat flatus, ac craſſos viſcidos humores purgat, Externe vero uvulæ delapſæ, ſuffitu in os immiſſo, medetur.*

Palma Dattelbaum *provenit plurimum in Ægypto, Syria, Judæa*, ubi fructus fert, Dactylos, Datteln. Qui ſaltem eligendi ſunt magni, molles, parum rugoſi, pleni, carnoſi, ſubdura carne ad nucleum candicante, ad corticem rubeſcente ſapore vinoſo.

Deteriores ſunt graciles, flaccidi, duri & excarnes

*Leniunt aſperitatem faucium, fœtum in utero confortant, & maturi alvum laxant : immaturi vero adſtringunt.*

**Petrolæum** ſive oleum Petræ *ex Petris & ſaxis ſtillat album & ruffum in Mutinenſi Italiæ Regione.* In *Silicia* & alibi fontibus innatat. Subtilior hujus olei pars *Napta* vocatur: *Oleum* vero *Terræ* pellucido-rubicundum eſt odoris fortis, petrolæum æmulantis, gratioris; ſpecies eſt petrolæi rubri.

Nobilis Naphtæ ſpecies *affertur ex* Inſula Samatra *quod odoris eſt gravioris, ſed minus faſtidioſi, quodque partibus paralyticis illitum miraculi inſtar ſolatur, id quod & Petrolæum ac oleum Terræ, non tamen ita prompte, præſtant: Cum ſpiritu vini nervos optime confortant naturalia hæc olea.*

**Pineæ Nuces** ſunt nuclei exigui, oblongi ſtrobilorum ſive fructuum pini ſativæ: eligantur plenæ, recentes, ſiccæ, non flavæ aut pallidæ, quæ jam rancidæ ſunt.

*Harum uſus potiſſimus eſt in atrophia, Phthiſi, ſemine augendo &c.*

**Piper.** Vel rotundum eſt, vel oblongum: *Rotundum* vel *album*, quod omnium præſtantiſſimum, vel *nigrum*, quod albo ſuccedit. *Longum* vel *Orientale* minus, quod uſuale, vel *Occidentale* majus.

*Planta* in qua creſcit piper, *videtur convolvuli eſſe ſpecies*, arbores enim & bacillos eodem modo ac convolvulus ſcandit, abſque horum enim adminiculo adſurgere nequit, multas admittit frondes, in quavis fronde quinque vel ſex & ſeptem creſcunt ramu-

ſculi,

ſculi, digiti longitudine, ex quibus piper inſtar racemorum propullulat, virideſcens inſtar immaturarum uvarum.

*Provenit verò maxima quantitate in Inſula Java*, in *Provincia Bantam* & in *Sumatra*, ac *Malabar*. Matureſcit Septembri & Octobri; *colligitur Novembri, Decembri & Januario.*

Eligendum verò quod eſt plenum, non rugoſum, utpote immaturum; tum & ponderoſum, ac recens.

Longum in *Bengala* potiſſimum creſcit.

*Inſignes obtinet vires Piper in cruditate ventriculi acida corrigenda, ſi ejus ante cibum grana quatuor vel quinque leviuſculè inciſa deglutiuntur. Sic & grana integra per plures dies ad novem deglutita Febres quartanas aliquando curant.*

*Piperis racemi* adhuc virentes & immaturi, *Muria conditi* ad orexin excitandam, & ventriculi coctionem juvandam admodum conducunt, & *apud Indos maximo ſunt in uſu & æſtimatione*, ut & Zingiber viride & garyophyllorum racemi tali modo conditi.

Piſtacia ſunt fructus arboris cujusdam ejusdem nominis, quæ copiosè provenit in *India, Perſia, America*, &c.

Fructus avellanam referunt oblongam, cortice albo cruſtoſo magis, quam oſſeo, externa tunica arida, cineritia, decidua: medulla ſive nucleo interno viridi, dulci, ſubacri.

Eligendi verò nuclei recentes, non rancidi, ponderoſi.

*Potiſſimum macie & maraſmo affectis proſunt; quia pinguant; unde & ad venerem excitandam, vel ei materiam ſubminiſtrandam commendantur.*

Rhabarbarum. Eſt *Radix* cujusdam *plantæ naſcentis in China*, imprimis *in Provinciis Suciven, Xenſi* & *Socieu civitate*, proxima ad *Murum Sinarum longum.*

Planta non multum abſimilis eſſe dicitur *Hippolapatho* noſtro hortenſi, vulgo *Rhabarbarum Monachi* dictum.

*Radix verò Rhabarbarum vocatum leniter per alvum purgat omnes humores vitioſos abſque differentia. Color verò excrementorum flavus à Rhabarbaro aſſumto proveniens, Veteres credere fecit, id bili in ſpecie purgandæ dicatum eſſe.*

Cum vero benignum ſit purgans, hinc humoribus dyſenteriam excitantibus eliminandis, ab initio quidem, antequam humores inteſtina gravius affecerunt, & exulcerarunt, alteri purganti præferendum eſſe cenſuerunt. Ubi tamen humores admodum ebulliunt & leviſſimo laxativo nimium irritari poſſunt, tam parum tutum eſſe Rhabarbarum ac aliud leve laxans, certum eſt.

Quo vero ſecurius exhiberi queat in dyſenteriis Rhabarbarum, id torrere præceperunt, ſed cum hâc methodo, ſi nimium torretur, vis purgans planè perditur, nec tamen vis terrea adſtrictoria inde augetur ad orgaſmum compeſcendum.

Hinc

Hinc *ut abſque perditione* virtutis purgatricis *terrea pars ſervetur*, *prius cum aqua cichorii Tinctura Rhabarbari extrahenda*, relictum vero Rhabarbarum tunc ſiccandum & ſervandum.

*Optimum alias Rhabarbarum, aureo ſit colore, aureisque ac ruffis venulis abunde diſtinctum, guſtu amarum, compactum, & pro raritate ſua ſat ponderoſum, odoratum, & madefactum croceo colore manum fricantis tingens.*

Rhaponticum Verum ſi *cum Rhabarbaro* non *eſt ejusdem in diverſo ſolo naſcentis plantæ radix* tamen ambo ejusdem ſpeciei & plantæ non longe differentis radices eſſe certum eſt.

*Differre ſaltem videntur ſolo natali*, cum *Rhabarbarum ex Meridionali*; *Rhaponticum vero ſeptentrionali plaga ex Scythia ad fluvium Rha advehitur.* Hoc tamen radice conſtat tenuiori, ejusque ſubſtantia levior & rarior eſt, remiſſioremque amaritiem & odorem habet, & in maſticatione paulo glutinoſior exiſtit. Optimum vero eſt, quod teredines non ſenſit, rubeſcens, & quod dentibus contritum cum remiſſa adſtrictione lenteſcit.

*Quoad Vires, vices ſupplet Rhabarbari Sinenſis, ſed majori Doſi.*

Rubia Tinctorum, vel *ſpontanea eſt*, *vel ſativa.*

 Vul-

Vulgaris *ſativa* non ſolum *in Sileſia copioſe colitur*, & inde ad nos transfertur, verum & in plurimis ſeritur *Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ & Belgii* locis. Radices vero colliguntur Majo ac Junio.

*Quoad vires vulneraria eſt, unde Decoctum earum commendatur vulneratis, cæſis & ex alto præcipitatis in cruore coagulato &c.*

**Rubinus** à Rubore ita dictus, eſt gemma diaphana, rubens, limam reſpuens, & linguæ vel ori ſenſibilem frigiditatem imprimens: *Meliores cenſentur Zeilanenſis*, & qui *in flumine Pegu* reperiuntur. *Naſcuntur in lapidea matrice roſei coloris*, & plerumque eadem in fodina, ubi Saphiri reperiuntur.

*Quoad Vires venenis reſiſtere & à Peſte præſervare, terrentiaque ſomnia avertere dicitur, in ſpecie ſi homini infortunium inſtet, hoc eum coloris ſui mutatione in obſcuriorem indicare, ſunt, qui credunt.*

**Saccharum**, Eſt *ſuccus inſpiſſatus* & induratus *arundinis ſive cannæ Sacharifera*, octo pedes longæ, craſſiſſimæ & geniculatæ, foliis utrumque multis, longis, anguſtis, ſtriatis obvallatæ, medulloſæ, & intus dulciſſimi ſucci ubertate refertæ.

*Radices ſunt cannæ noſtratis æmulæ*, ſed minus lignoſæ, magis ſucculentæ & dulces, à quibus germina quædam erumpunt, quæ avulſa & legitimo tempore tranſplantata virent & adoleſcunt.

*Modus*

*Modus ſuccum exprimendi talis eſt* ; Cannas primum minutim incidunt homines huic operi deſtinati, tum in molendinis ſuis torculari forti ſupponunt & *ſuccum exprimunt, ac ſtatim, ne aceſcat, (ne unum diem namque durat)* ahenis maximis immittunt & coquunt ac deſpumant; deſpumatum vero ſuccum in aliud ahenum transfundunt, ut ibi cum pauxillo lixivii iterum purificatus, in tertio aheno per pannum colatus, quarto demum & quinto poſt iteratam colaturam, & transfuſionem ac coctionem validam inſpiſſetur & formis tum inſtilletur, ut ſic ſenſim perplures menſes in loco clauſo indureſcat, & uſui inſerviat.

Pro diverſitate vero loci diverſa ſaccharum obtinet nomina. Sic *ab Inſula Madera* Maderanenſe, *à Canariis* Canarienſe, & *Thomæum* ab *Inſula S. Thomæ* &c. nomen tulit.

Aliud item eſt finum ſive *candiſatum*, & hoc *ex Canarienſi album, ex Thomæo rubrum*: Vel non finum, uti apportatur ad nos in pyramidali, vel grumorum craſſorum forma.

**Sagapenum.** Eſt gummi reſinoſum balſamicum, *arboris cujusdam ferulaceæ ſagapenum dictæ*, ex cujus radice ſauciata deſtillat.

*Naſcitur in Media*, & inde *Alexandrinam*, dehinc *Venetias* & in alia *Europæ* loca transfertur.

Optimum habetur translucidum, purum,

 ex-

exterius colore fulvo, intus albicante, guſtu acri, ac odore gravi præditum.

*Purgat lentos, craſſos ac ſeroſos humores, ex omnibus partibus corporis: hinc in hydrope aſthmate, obſtructione lienis, menſium ſuppreſſione &c. optime convenit, doſi ʒß. ad ʒj.*

*Externe reſolvit tumores, mitigat dolores, & quaſi vim magneticam obtinet in herniis disloсata inteſtina reducendi, unde primarium eſt ingrediens Emplaſtri Magnetici.*

Sandaracha. *Alia Arabum* eſt, gummi videlicet, juniperinum ab illis Sandarax vel vernix appellatum: *Alia Græcorum* auripigmenti ſpecies, auripigmento tamen rubicundior, proptereaque auripigmentum rubrum à *Serapione* vocatum.

Ad diſtinctionem hæc notentur, ne hoc pro illa ſumatur vel intelligatur.

Sanguis Draconis. Eſt lachryma *arboris cujusdam magnæ Mexicanæ*, folia ferentis verbaſci, ampla & anguloſa, *ſuccum ſtillantis ſanguineum, Draconis vocatum*, ex fructu admirando, qui ſublata pelle Draconem opponit, tanto artificio à natura factum collo oblongo, ore hiante, ſpina aculeis horrida, cauda oblonga & pedibus conſpicuum, ac ſi à peritiſſimo aliquo artifice ſculptus eſſet.

VIRES *obtinet adſtringentes & ſiccantes, unde in fluxibus alvi, hæmorrhagiis & catarrhis*

ſic-

*ſiccandis optime exhibetur. Solvitur optime ſpiritu vini, non autem per aquam aut oleum.*

Santalum *trium generum eſt, Rubrum, Citrinum & Album.*

Præſtantiſſimum ex his eſt citrinum, ſaporem obtinens aromaticum amaricantem, & odorem ſaporis moſchi æmulum. Huic ſuccedit album parum à citrino differens, niſi quod ſapore & odore ſit inferius. Rubrum vero plane inodorum tenet infimas.

*Naſcitur* vero *citrinum plurimum in Inſulſa Timor.*

VIRES *communiter ſtatuuntur cardiacæ & hepaticæ, ſanguinis fervorem temperantes &c.*

Santonicum Semen ſive *Semen Cinæ*, emergit ex ejusdem nominis planta, abſynthio vulgari quidem ſimili, ſed aliquanto minori, quæ *abunde provenit in Terra Sancta,* & *Alexandria Ægypti.*

VIRES *ſeminis hujus in cujuscunque generis lumbricis enecandis ſatis ſunt notæ. Præſtat vere in uſum trahere absque maceratione in aceto, ſaccharo ſaltem confectum.*

Sapphirus Eſt gemma coloris cœrulei, pellucida & diaphana. Eſt vel *Orientalis* vel *Occidentalis. Orientalis* ex *Pegu* veniens reliquos antecellit; Occidentalis in *Sileſia* ad *Iſeram* & in rivulis *Goldbergæ* &c. reperi-

 tur,

tur, & expolitus ſæpe pro Orientali venditur, cui tamen inferior eſt.

*Præter vires, quas cum lapidibus aliis pretioſis communes habet, in peſte anthraci impoſitus eundem extinguit, teſte* Knœffelio de Febr. malign. curatione.

Sardius Lapis nomen obtinet *à ſolo natali, Inſula Sardinia*, vocatur alias *Carneolus ob colorem carneum*, vel loturæ carnis ſimilem.

VIRES *obtinet ſanguinem ſiſtendi, in pulvere propinatus, vel exterius admotus.*

Sarcocolla. Eſt gummi granulatum, viſcoſum, Mannæ ſimile, colore vel flavum, vel ſubrubrum, ſapore dulcamarum: *Deſtillat ex arbore ſauciata, ſarcocolla dicta.*

Eligenda recens, ſaporis amari, coloris ſubflavi, ſubſtantiæ viſcoſæ ac glutinoſæ, facilis in aqua ſolutionis

VIRES *obtinet ſiccantes, conſolidantes, glutinantes, adſtringentes, hinc uſus præcipuus eſt in vulneribus conſolidandis, & cicatrice obducendis, oculorum fluxionibus &c.*

Sarſaparilla. Eſt Radix enodis nullis geniculis aſpera, dura, fibroſa, medulloſa, quæ viminis inſtar facile finditur. *Naſcitur in Peru & aliis Indiæ regionibus.* Eſt vero alia nigrior, alia candidior.

Eli-

Eligenda vero recens, non carioſa, fractu contumax, & ponderoſa; quæ enim cariem ſenſit, & dum frangitur pulverulenta eſt, ceu inutilis rejicienda.

*Diaphoretica eſt & aperitiva, hinc in lue venerea, arthritide, & catarrhis inſignis ejus eſt uſus.*

Saſſafras. Eſt *Lignum & cortex Arboris in Florida novi Orbis Provincia provenientis*, ſpecialiter in portu *S. Helenæ*, & portu *S. Matthæi* in maritimis ſcil. & temperatis locis, ubi montes hac arbore ſcatent, & ſuaviſſimam præternavigantibus præbent odorem.

Optimum eſt recens, *acri ſapore* præditum, ſed *aromatico, & fœniculum ſpirante*, ad cinereum colorem tendens, atque ſuum corticem retinens; quod enim cortice caret, invalidum cenſetur; cortex enim ligno præfertur, præſertim ſi ex radice deſumtus ſit.

Alii propterea lignum radicis cum cortice ligno arboris longe præferunt.

VIRES *in lue venerea curanda ſunt ſatis notæ, eſt enim egregium in obſtructionibus internarum partium reſerandis, unde & catarrhorum dicitur alexipharmacum, ac ſterilitati medetur cum anthophyllis,*

Scammonium. Eſt ſuccus collectus ex

 radice

radice excavata plantæ ejusdem nominis; lactefcentis intus candidæ, multoque ſucco prægnantis, odoris gravis, &c. *Optimum vero eſt*, quod ex inciſa radice ſuperna exſudat, præcipue *quod ex Antiochia affertur*, & elatum, ſpongioſum, friabile, non valde ponderoſum, cito liqueſcens, linguam non exurens, nec tetro odore infectum eſt.

Adulteratur lacte Tithymalli, ſed tunc linguam nimis valenter afficit.

*Cum interim ſcammonium, etiam legitimum, ſit magnæ acrimoniæ, hinc non exhibendum illis, quibus ventriculus eſt debilis, ut hypochondriacis, nec illis qui cardialgia laborant.*

**Schœnanthum** ſive *Juncus odoratus*, eſt planta juncea & ſtraminea, cujus faſtigia ornat ſeries floſculorum ex pallido rubentium.

*Advehitur ad nos ex Arabia felice.* In Uſum vero cedunt flores & ſurculi ſive ſtipites, odore & ſapore aromatico floribus ſimiles.

Eligendi vero flores hi præter ſaporem & odorem aromaticum, colore ex pallido rubentes, pulvere, feſtucis, aliiſque quiſquilis non permixti, exceptis ſtipitibus propriis.

Ma-

Malaicæ mulieres *ſtudioſe juncum hunc odoratum in hortis colunt, & eo ad lavacra, fomentationes, inſeſſus, ac ad omnes muliebres affectus utuntur.*

*Apud nos præcipuus ejus eſt uſus in menſium obſtructione, ventriculi inflatione, commanſum vero anhelitum commendat & caput roborat.*

Scylla *ex caparum genere eſt*, & ſponte provenit *in Balearibus inſulis*, ac per *Hiſpaniam*, ut & in *Apulia & Sicilia* maxime in locis maritimis.

Authores plura ſtatuunt ſcyllæ genera, ſed diſcrimen ſaltem concernit colorem, magnitudinem & ſimilia externa.

Eligenda tamen eſt alba & magna, ac quæ alteri annexa eruitur, quæ enim ſola eſt, virulenta eſſe dicitur.

*Conducit egregium in pulmonum obſtructionibus à pituita craſſa liberandis &c.*

Sebeſten ſunt ex prunorum genere, & *proveniunt in Ægypto, Syria ac Italia*, ex arbore ejusdem nominis.

Fructus ad maturitatem pervenientes ex atro viteſcunt, ac mucoſo ſucco turgent, intusque nucleum durum, & quaſi oſſeum ac triangularem continent.

